



**De historia stirpium commentarij insignes, : maximis impensis  
& vigiliis elaborati, Leonharto Fuchsio medico clarissimo,  
auctore, Scholiis in singula prope capita longe? vtilissimis a?  
viro quodam medicinae doctissimo adiectis, & Pl[n]tarum  
voces gallicas passim exprimentibus. Accessit iis succincta  
admodum voc[m] difficilium & obscurarum passim in hoc  
opere occurrentium explicatio. Vna? cum triplici Indice,  
quorum primus quidem Stirpium nomenclaturas Graecas,  
alter Latinas, tertius officinis Seplasiariorum & herbariis  
vsitatas, continet.**

<https://hdl.handle.net/1874/433563>





**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

FUCHSIUS  
De  
Historia  
Stirpium

R. oct.

**210**














DE HISTO-  
RIA STIRPIVM

COMMENTARII INSIGNES,

maximis impensis & vigilijs elaborati, Leon-  
harto Fuchsio medico clarissimo, authore:

Scholijs in singula propè capita longè

vtilissimis à viro quodam medicis-  
na doctissimo adiectis, & Plā-

tarum voces gallicas pas-

sim exprimentibus.

Accèssit iis succineta admodum vocū dif-  
ficilium & obscurarum passim in hoc opere  
occurrentium explicatio.

Vnà cum triplici Indice, quorum primus qui-  
dem Stirpium nomenclaturas Græcas, alter Lati-  
nas, tertius officinis Seplasiariorum & herbariis  
vsitatas, continet.

PARISIIS,

Apud Ioannem Foucherium, sub scuto  
Florentia, via ad D. Iacobum.



Dominus Hub à Bruchell

# ILLVSTRIS- SIMO ET CHRI-

STIANISSIMO PRINCIPI AC

Domino, Domino Ioachimo, Sacri Romani imperij  
electori, Marchioni Brandenburgensi, Stetinæ,  
Pomeraniæ, Cassuborum, Sclauorumq; Duci,  
Burggraui Norimbergensi, necnon Rugiæ  
Principi, Domino suo longè clementissi-  
mo, Leonhartus Fuchsius medicus

S. P. D.

Herbariã  
medicinã  
multũ ad-  
miratio-  
nis & lau-  
dis sem-  
per obti-  
nisse.  
Stirpiũ  
origo diui-  
na.



Vanquã vniuersa medicina nul-  
lis non seculis gloriosa & diuina  
sit habita, Illustrissime ac gene-  
rosissime Princeps, tamen in hoc  
eius sumo splendore sepe plus lau-  
dis, admirationis ac ponderis, eã  
illius pars que naturas stirpiũ vestigat rimaturq;  
obtinuit: idq; partim quòd vetustate, cuius maxi-  
ma semper apud omnes autoritas et veneratio fuit,  
esset antiquissima: partim etiam quòd incunda, v-  
tilis & necessaria eius esset cognitio. Nam cum ve-  
liqua propemodum omnes artes, simulatque à Deo  
opt. max. creatus est homo, inuenta sint, ac subinde  
multorum industria aucta, solæ herbe post condi-  
ta statim elementa, nulloq; adhuc existente homi-

ne, unā cum diuinis suis viribus, ita iubente Deo, ē  
terra latebris eruperunt. Vt hoc nomine nullius rei  
aut artis inuentio verius quā medicinae & stir-  
pium, Deo assignetur. Cuius rei Moses in sua genesi te Moses scri-  
psit omnium qui aliquid scripserunt vetustissimus, & p̄tor om-  
non minus profanis quā nostris admirabilis atq; venium anti-  
nerādus. Testes itē sūt poetæ græcorū antiquissimi, quissimus.  
Orpheus, Musæus in Polij laudib. Hesiodus in iisdē,  
& malua & Asphodeli virib. Homerus in Nepen-  
the, Loto, Moly herba Mercurio inuenta: Latini au-  
tē Ouidius, dum medicinae inuentione Apollini tri-  
buit. Vergilius, dū passim dictāni & aliarū herba-  
rum naturā miscet. Plātas autē atque adeo plan-  
tarū ipsarum vires omnes, tum à primis qualitati-  
bus profectas, tum quas tota ipsarum substantia oc-  
cultas tegit, methodo experiētiaq; pernouisse, quā-  
sit non iucundum modo, sed etiam vtile ac etiā ne-  
cessarium, ad sanitatem (qua nihil homini prius et  
optatius esse possit) vel præsentem tutandam, vel  
absentem reuocandam, abūdē prodit veterum etiā  
regum in eam rem studium nobile ac strenuum, quo  
horum quisque tum de posteris bene mereri tū no-  
men suum apud eos immortale reddere conatus est,  
suo nomine plantis à se inuentis, impertito. Hinc  
Gentiana, Lysimachia, Mithridatia herba, scordiū  
etiā dicta, à potentissimis regibus. Illyriorum Gē-  
tio, Macedonum Lysimachō, Ponti & Bithiniæ Mi-  
thridate adpellatae sunt, vt à Teucro Teucrium, ab  
aa ij Achila



Achille Achilleia, à Chirone Centauro Cetaurium,  
ab Artemisia Carie regina, & alia ab aliis pluris  
me & inuenta & dicta fuerunt. Quin & Mithri-  
dates idem, Attalus Pergami, Salomon Iudeorum,  
Euax Arabum, Iuba Mauritanie rex, plantarum  
noscendarum non studiosi modò fuerunt, sed horum  
plerique de his accuratè quaedam scripserunt, alij  
composita ex his non pauca medicamenta miscue-  
runt, magno mortalium commodo. Adde quòd Ro-  
mani Reges pariter ac Imperatores in multis re-  
gionibus herbarios magno sumptu alebant, vt sim-  
plicium medicamentorum, sed optimorum notitia &  
sibi esset vsui, & ad posteros vsque permaneret.  
Idem quoque studium Philosophos tenuisse, his col-  
ligas licet, quòd Pythagoras bulbos, Chrysippus  
Brassicam, Zeno Capparim, Aristoteles rem herba-  
riam volumine iusto celebravit. Quàm vellem hu-  
ius ætatis Reges ac Principes alios in idem studium  
incumbere, vel saltem viros bonos rei plantarie stu-  
diosi sumptu iusto iuuare. Quàm vellem quoque  
huius tempestatis medicos hanc medicine partem  
diligentius tractare, neque totam Pharmacopolis  
& rusticis mulierculis permittere. Iam enim &  
morbis ratione certa mederi scirèt: iam medicamē-  
ta methodo componere, iam compositorum vires ex-  
pendere, iam compositis rectè uti profectò possent.  
Quem verò lapidem non mouerunt Theophrastus,  
Dioscorides, Galenus, vt plantarum non modò hi-  
storiam,

storiā, sed vniuersam quoque naturam nobis ex-  
primerent? Quo Deus bone studio Hermolaus Bar-  
barus & Ioannes Ruellius Plinij exemplo ex va-  
riis veterum libris rem plantariam restituere cona-  
ti sunt? Vt eo nomine vterque hac etate doctissi-  
mus de posteris præclare sit meritus, vt etiam me  
non pudeat aperte fateri, Ruellij cōmentarios mul-  
tum mihi profuisse, vt idem de Hermolai, & Mar-  
celli, & Othonis Brunfelsii, Euricij Cordi, Hieronymi  
Tragi scriptis pollicear. Quorum longè doctissi-  
morum virorum studium imitatus, hos de historia  
stirpium cōmentarios maximis cū vigiliis tum  
sumptibus confeci. Primū vniuersam cuiusque stir-  
pis historiam breuiter & ordine optimo complexus.  
Deinde singularum imagines viuīs proximās, quā  
ceteri omnes artificiosius expressi, vt etiam vulgas-  
res quasdam non prætermittendas censuerim, ne o-  
lim à posteris ignorentur, quomodo plurimæ Diosco-  
ridis sæculo notiores, quā vt eas putarit describē-  
das, hodie etiam doctissimis & diligentissimis igno-  
rentur. Addidimus quoque vulnerarias præsertim  
plurimis chirurgis vsu quotidiano cognitissimas,  
quas ineptis nominibus exprimere quā tacere  
maluimus. dū quod nomen apud Græcos aut Latī-  
nos germanum sunt sortitæ, si tamen sunt sortitæ,  
ignoretur. Appinximus & arbores aliquot, ob id  
quod ad earum folia sæpius Dioscorides herbarum  
quoque folia comparat. Quas porro plantarum vi-

res ex Diosc. Galeno. Actio, Paulo, Simeone, Plinio  
recensemus, si vno ore ab omnib. confirmatur, suscipi  
piēda: Si in his dissentitur, Ga. tibi præter ceteros  
imitandus, vt qui methodo inuentas plantarum fa  
cultates experientia longi comprobavit. In his au  
tem describēdis, Galenum, Aetium, Paulum sequen  
tus, literarum Græcarum ordinem tenui, non cum  
Dioscoride congeneres passim herbas cōnexui, quōd  
hæ in idem tempus non incidant perfectæ, quales  
nobis ad viuas representare in animo fuit, ob id vni  
bris pictorū libidini consuetis abstinere volumus,  
ne veram plantæ formam obscurarent. Quum ve  
rò vsitato more patronum aliquem iis nostris com  
mētariis quærerem nobilitate & virtutum splendo  
re excellentem, nemo omnium cui iustius quàm tibi  
Illustrissimè Princeps Ioachime, clarissimo heroi,  
hos dedicandos esse putarē occurrebat. Nā si generis  
tui vetustatem atque nobilitatem specto, nemo te  
hodie Principum aut melior, aut præstantior, vtpo  
te cuius maiores à Guelfis, qua vix vlla in Germa  
nia vetustior est nobilitas, ortos esse constat. Quod  
si eorundem virtutes expendo, nullā prorsus virtute  
magnis & bonis Principibus dignā illis defuisse  
video. Proinde cum in spē certissimam adducere  
mur, nostras has vigilias non vulgarem gratiā ex  
amplissimi nominis tui inscriptione apud candidos  
& equos inituras, foreq; vt eā ob causam maledi  
corū cōiuciatorū petulantia perfringeretur, te qui  
dem

dem in tanto ornatissimorum Principū numero mihi delegi, cui potissimum has ipsas consecrare. Quare cum eas suscipies illustris. PRINCEPS commendari tibi defensionē & conseruationem huius partis medicinae quae stirpium naturas inquirat, statures. Quam ut cupidē & libetē in te recipias, multa, scio, mouebunt: potissimū vero hoc ipsum, quod vix ex vlla alia re magis diuina praesentia & benignitas eluceat, quā ex tam varia stirpium tū forma, tum natura, dum scilicet omnes illas ad vsum hominis conditas à Deo ipso perpendimus. Si quid igitur aliud, herbarum certē diligens contemplatio exuscitat, imō confirmat in animis nostris opinionem hanc, quod homines Deo curae sint, qui tā anxie laborauit in iis inuandis ac tuendis, dum tot elegantissimis atque praestantissimis stirpibus quibus ill. tā varios morbos propulsare possunt, terrā exornauit. Nō parū etiam ad eam suscipiendam curā te praclarissimorum tū Regū tum Principū exempla, quae supra recitauimus, hortabūtur. Sed omnium maxime immensa commoditas quae ex istius partis medicinae conseruatione ad vniuersos perueniet. Ad herbariae denique medicinae tum amorem tum defensionem mira quoque incūditas, quae in contemplandis tot herbarū generibus animum subibit tuū, inuitabit. Quid enim incūdius, quid delectabilius quā intueri stirpes, quas Deus opt. max. tot tamq; variis pinxit coloribus, tot elegantissimis redimiuit

Diuina  
praesentia  
& benignitas ex  
stirpibus  
ipsis eluceat.

floribus, quorum colorem nullus vnquam pictor factis exprimere potuit: tot denique seminibus & fructibus quorū & in culina & in medicina vsus est maximus, ornauit? Verūm nō est cur te pluribus in admirationem huius partis medicinae pertrahere coner, utpote qui antea studio & amore eius sic tenearis, ut vix sit aliud quod te magis delectet. Nunquam enim in extruēdis hortis tot arboribus atque herbis consitis, tantum operae & impensarum poneres, si non illuc te rei incunditas ac singularis amor pertraheret. Reliquum nunc est illustris. P R I N C I P S, ut pro tua excellenti humanitate, quae vestrae familiae cognata est, munus hoc nostrum tanquam specimen & testem mei erga C. T. amoris & obseruantiae, exporrecta lataq; fronte accipias, atque me tuo favore complectaris, & autoritate ab inuidorum calumniis defendas. Bona autem spes est hunc hortum quem donamus C. T. fore longē gratissimum, non tantum quod in eo omnis fere generis herbas elegantissime pictas reperire queas, verūm etiam quod inde ad quouis morborum genera remedia decerpere tibi liceat. Deus opt. max. te tuamq; conditionem incolumem seruet, ut Reipub. Christianae atque literis diuissime prodesse possis. Tubingae, Calendis Martii, Anno à nato Christo

M. D. X L I I.



GRAECARVM NOMENCLATIONUM Index Alphabeticus.

<b>Α</b> Βρότονου. 5	ἀναγαλλίς ἔνυδρος. 389
Ἀγριοκάρδαμου. 176	ἀνδρόσαιμον. 44. 6
Ἀγρωσις. 80	448
Ἀδίατον. 48	ἄνδρ' ἄχνη. 66
Ἀδιφορ. 106	ἄνθου. 18
Ἀείζωου. 19	ἄνθεμις. 16
Ἀείζωου ἄγριου. 432	ἄνθρωπόμορφος. 288
Ἀιγόνκρωσ. 430	ἄνισου. 35
Ἄϊεσ. 75	ἄνωις. 33
ἀκαλύφη. 63	ἄπαρίνου. 28
ἄκανθος, ἢ ἄκανθα. 29	ἄπιος. 78
ἄκανθα λδνική. 30	ἄρισαρον. 39
Ἀκόνιτον. 52	ἄρισολοχία. 54
Ἄκορον. 8	ἄρκειου. 42
Ἄκτη. 36	ἄρκουθος ἢ ἄρκουθίς. 45
Ἄλθαία. 11	ἄρνόλωστος. 22
Ἄλισμα. 24	ἄρου. 39
Ἄλκία. 47	ἄρτιμισία. 25
Ἄλιβιάδιου. 148	ἄσαρον. 7
Ἄλοή. 82	ἄσυκλήπιας. 77
Ἄλσινη. 14	ἄσχυρον ἢ ἄσχυροειδής. 44
Ἄμαρσικον. 314. et 360	ἄσπυραγος. 32
Ἄμαρσιντος. 60	ἄσπυρ ἄπικός. 79
Ἄμμι. 38	ἄσπιου. 244
Ἄμπελος λδνική. 57	ἄσφόδελος. 68
Ἄμπελος μέλαινα. 59	ἄστακτυλίσ. 73
Ἄμπελος οἰνοφόρος καὶ ἡμόρος. 50	ἄτράφαξις. 71
Ἄναγαλλίς. 13	ἄφάκη

ἀφάνη.	66	γδράνιορ.	115
ἀφίνθιορ.	1	γῆς σέφανος.	472
<b>Β</b> αλωτή.	92	γγυίδιορ.	119
Βάρυθρορ.	88	γλήχωρ.	110
Βασιλικόρ.	298	γυκίρριζα.	106
Βάτος.	90	γλυκισίδη.	113
Βατράχιορ.	93	γαφάλιορ.	121
Βήχιορ.	84	γογγύλη, ἢ γογγυλῖς.	
Βίκιορ.	99	117	
Βλήχωρ.	110	<b>Δ</b> αμασώνιορ.	24
Βλίπιορ.	99	Δαῦκος.	127
Βολβός ἀγριός.	97	δάφνη ἀλεξάνδρεια, ἢ ἰ-	
Βοτάνιορ ἱερμ.	259	δαία.	130
Βότρυς.	101	δαφνοειδής.	124
Βυβώνιορ.	79	Διός βαλανός.	205
Βυβλωσσορ.	85	δίφακος.	122
Βυκίρωρ.	430	δρακοντία μεγάλη, ἢ	
Βυκιάς.	100	δρακόντιορ μέγα.	128
Βυφθαλμορ.	86.	δρῦς.	125
Βυθύς.	88	δύσοσσορ.	417
Βύουρ.	95	<b>Ε</b> βονόριχορ.	48
Βρυονία.	57	ἐβίσκος.	11
Βρώμος.	103	ἐλατήριορ.	378
<b>Γ</b> αλιόδοιορ.	108	ἐλελίσφακορ.	136
Γαλήοφις.	ibid.	ἐλέιορ.	133
Γάλλιορ, ἢ γαλλέριορ, ἢ		ἐλεσέλινορ.	149
γαλάτιορ.	109	ἐλίχρυσσορ.	60
γεντιανή.	111	ἐλλέδορος λυκός.	149

ἑλίκη κισσάμπελος. 142	θύαρος. 79
ἑλίκη. 152	θύμβρα. 164
ἑλυμος. 140	θύμος. 445
ἑμπεζορ. 391	<b>Ι</b> βός. 176
ἑπιφυλλόκαρπον. 130	Ιβίσκος. II
ἑπτάφυλλον. 143	ἱεραβοτάνη. 319
ἑρέβινθος. 146	ἱεράκιον. 173
ἑρείκη. 141	ἱξός. 178
ἑρτυλλον. 138	ἱορ πορφυροῦ. 169
ἑρυθρόδανον. 154	ἱωποσέλιον. 177
ἑρύσιμον. 141	ἱωπυρίς. 174
ἑυζωμον. 144	ἱρίς. 171
ἑυπατώριον, ἡ ἑυπατώ- ριον. 134	ἱρίς ἀγρία. 131
ἑυφροσύνη. 135	ἱσάτις. 179. ἱσχας. 78
ἑφῆμβρον. 131. & 193.	ἱτία. 180
ἑχιον. 148	ἱχθυόθρον. 246
<b>Ζ</b> αά. 155	<b>Κ</b> αλαμίνθη. 237
Ζιζάνιον. 75	καλλιρίχον. 48
<b>Η</b> λύσμος. 157	κάναβις. 215
ἡμιονίτις. 160	κάπνος. 182
ἡπατώριον. 134	κάρδαμον. 196
ἡριγέρων. 156	καρδαμαντική. 176
ἡρύγιον. 161	κάρος. 217
<b>Θ</b> ορμός ἡμβρος. 167	κάρυα τροντικά. 217
θηλυπύρις. 322	κάριον βασιλικόν. 207
θλάσσι, ἡ θλασίδιον. 165	κασύθα. 188
θρίδαξ. 162	κασίνα. 205
	κέγχρος. 223
	κσν-

κονταύριον μικρόν.	211	κυκλάμινος.	246
κεραΐτις.	430	κυκία.	242
κέρκσος.	232	κωδύλωσος.	222
κέρρον.	190	κωσοκρέμβη.	242
κίκι, ἢ κρότωρ.	183	κωσός οὐρχις.	303
κισσαία.	288	κύπερος ἢ κύπερος.	248
κίρσιον.	184	κώνειον.	221
κισός.	229	Λ γνάπυς.	267
κληματὶς σαφροειδής.		Λ λαθυρίς.	249
195 κίδα.	63	λάπαθρον.	252
κνίκος.	223	λάριξ.	268
κνίκος ἀγρία.	73	λαμώειον.	255
κοκκιμηλία.	219	λαίριον.	198
κολοκύνθα ἰδιώδης.		λαίχηρ.	358
200		λέκυθος.	339
κολοκωθίς.	202	λατρίδιον.	263
κολυτρία.	243	λεπτοκάρυα.	217
κολυθικόν, ἢ ἐφήμερον.		λίδικανθον.	305
193 κομή.	443	λίδικόδιον διοσμορίδου.	
κόριον, ἢ κορίαννον.	185	250	
κορωνόπυς.	244	λίδικόδιον θιοφράσου.	
κρέμβη ἢ ἡμόρος.	225	264 λιθανωτὶς.	260
κρίθη.	239	λίθοσπυρον.	265
κρίνον.	198	λιμνήσιον ἢ λιμναϊόν.	
κρόκος.	241	211	
κρόμμυον.	234	λινόζωσις.	259
κρότωρ.	183	λινόζωσις ἀγρία ἀγρίω.	
κίανος.	213	242	
κίανος.	233		
κνιδωνία μηλία.	203		

λίνοϋ

λίνορ.	257	ὄμφαλόκαρπος.	28
λόπιμον.	205	ὄξυάκανθα.	286
λυσιμάχιον.	266	ὄξύς.	306
<b>Μ</b> Αλάχη.	274	ὄρεδοσελίνορ.	310
μανδραγόρα.		ὄρίγανος.	301
288 μέρα. Φρον. 271		ὄρμινορ.	308
μέλαν πρᾶσιον.	92	ὄροδος.	309
μελάνθιον.	272	ὄσυρις.	297
μελίλωτος.	286	ὄρχις.	303
μελισόφυλλον, ἢ μελί-		ὄρχις σεράτωιας.	304
φυλλον.	269	ὄφιόγλωσσον.	312
μήκωρ ἢ μόρος.	280	<b>Π</b> αιονία.	113
μήκωρ κερχίτις.	282	παρθένιορ.	314
μήκωρ ροιάς.	279	πεντάφυλλον.	337
μίλαξ.	385. & 386	πέπλος.	327
μίνθη.	157	πέρδιμον.	154
μορέα.	283	πέρικλύμαμον.	348
μυρίκη.	276	πέρισδραίων.	319
μύρρις, ἢ μόρρα.	285	πέρσικὴ μηλιά.	326
<b>Ν</b> άτυ.	293	πέτασίτις.	347
νάρδος ἄγρια.		πετροσέλινορ.	353
461 κήριον.	295	πεξοσέλινορ ἄγριορ.	210
νυμφαία.	291	πδικίδανος.	324
<b>Ξ</b> άνθιον.	313	πίγανον κητωτόν.	332
<b>Θ</b> ή.	311	πίσον.	339
οἰνάνθη.	305	πόα.	259
ὄχιμον.	298	πολυγόνατον.	316
		πολύγονον ἄρρον.	331
		πολυ-	



πολύζιχον.	48	κόν.	424
ποταμογαίτων.	351	σδύτλον.	434
πράσιον.	318	σιδηρίτις.	414
πράσιον μέλαν.	92	σίκυσ, ἢ σίκυος ἡμδρος.	
πράσον.	342	374	
προσώπιον, ἢ προσωπίς		σίκυσ ἄγριος.	378
42 πηαρμική.	345	σίλφιον.	409
πῆρις, ἢ πῆριον.	322	σίνητι.	293
πύξος.	346	σίνητι ἄγριον.	165
πύρεθρον.	345	σίον.	389
πυρός.	349	σίσαρον.	401
<b>Ρ</b> άφανος, ἢ ῥαφανίς		σισύμβριον.	387
356		σκήλλα.	420
ῥοδάριζα.	359	σκόλυμος.	426
ῥοδιδάφνη.	295	σκόροδιον.	417
ῥοδόδενδρον.	ibid.	σκόροδον.	394
ῥόδιον.	354	σμίλαξ λεῖα.	386
<b>Σ</b> άμφυχον.	360	σμίλαξ τραχεῖα.	385
σαρδιάννα βάλα-		σμίλαξ κητωαῖα.	381
νος.	205	σμύρνιον.	407
σαρξίφραγον, ἢ σαρξί-		σογχίτης.	173
φραγον.	391	σόγχος.	362
σατύριον τρίφυλλον.	382	σπαναχία.	360
σατύριον βασιλικόν.	383	σπάρτον, ἢ σπαρτίον.	
σέλινου κητωαῖον.	397	406 σπυλίον.	160
σέρις.	164	σαυρότυπος.	228
σέσελι κρητικόν.	437	σάφισ ἄγρια.	422
σέσελι ῥμασσαλιωτι-		σαφυλῖνος.	366
		5ά-	

σάχως. 412  
 σαχυίτης. 351  
 σιχάς. 418  
 σεστιώτης ὀχιλιόφυλ-  
 λος. 390  
 σρῆθιον. 419  
 σρύχνος. 368  
 συκαμινέα. 283  
 σνική ἡμόρος. 402  
 σύμφυτον, 372  
 σχοινόςτροφος. 215  
**Τ**ελέφιον. 432  
 τδύκειον. 447  
 τήλις. 430  
 τιθυμάλος. 438  
 τόρδυλον, ἢ τορδύλιον.  
 437 τραγόπωγον. 440  
 τρίαρχις. 304  
 τρίφυλλον. 440  
 τρίφυλλον ἐν χορτῷ κο-  
 πείοις ἡνώμενον. 442  
 τριχόμανες. 429  
 τρύχνος. 368  
 τύφη. 444  
**Υ**άκινθος. 451  
 ὑδροπέδι. 455  
 ὑδροσέλιον. 149  
 ὑοσκήαμος. 449

ὑπόρικόν. 448  
 ὑσώπος. 454  
**Φ**ακός, ἢ φακή. 462  
 φάσγανον. 313  
 φίλυρα. 465  
 φιλάνθρωπος. 28  
 φλόμος. 456  
 φου. 461  
**Χ**αμαιάκη. 37  
 χαμαιβάλανος. 78  
 χαμαίδρευς. 447  
 χαμαικίστος. 472  
 χαμαικυτάριαστος.  
 471  
 χαμαιλίαν λδυνός. 475  
 χαμαιλίαν μέλας. 477  
 χαμαίμηλον. 16. & 314  
 χαμαιπίτυς. 448 & 478  
 χελιδόνιον μέγα. 467  
 χελιδόνιον μικρόν. 468  
 χρυσάνθεμον. 474  
 χρυσολάχανον. 71  
**Υ**διδόναρδος. 481  
 ψίλωθρον. 57  
 ψυλλιον. 480  
 ψυλδρόσπον. 190  
**Ω**κιμοειδής. 482  
 ὠνιός. 33

LATINARVM APPELLATIO-  
NUM INDEX.

A			
<b>A</b> Brotonum.	5	Apiastrum.	269
Absinthium.	1	Apium agreste.	92
Acanthus siue Acantha.	29	Apium hortense.	397
Aconitū. s. l. Acorum.	8	Apium montanum.	310
Adiantum.	48	Apium palustre.	149
Ainga siue Abiga.	478	Apium saxatile.	353
Aixoon. 19. Alcea.	47.	Apios.	78
Alcibiacū.	148	Apollinaris.	449
Alisma.	24	Aristolochia.	54
Allium. 394. Aloen.	82	Armoracia.	356
Althæa. II. Amaracū.	314	Arnoglossum.	22
Amaracus.	360	Artemisia.	25
Amarantus.	60.	Arum seu Aris.	39
Ambubeia.	364	Asarum. 7. Asclepias.	77
Ammi.	38	Ascyrum.	44
Anagallis.	13	Asparagus.	32
Anagallis aquatica.	389	Asphodelus.	68
Androsemon.	44	Aster atticus.	79
Anethū. 18. Angelica.	74	Atractylis.	73
Arguria.	375	Atriplex.	71
Anisum.	35	Avena.	103
Anonis. 33. Anthemis.	16	Auricula muris.	14
Aparine. 28. Aphaca.	364		
Aphace.	66	B	
		<b>B</b> Allote.	92
		Balsamine.	105
		Barba	

Barba caprina.	101
Batrachiu. 93. Beta.	434
Beta syluestris.	255
Bellis siue bellius.	87
Betonica. 190. &	191
Blattaria.	102
Blitum siue blitus.	99
Botrys. 101. Bonis lingua.	85
Brassica satina.	225
Bubula lingua.	85
Buglossum.	ibid.
Buglossum magnum.	184
Bulbus syluestris. 97. et 193	
Buphthalmum.	86
Buxus.	346

C

<b>C</b> Alamintha.	237
Callitrichum.	48
Caltha vel calthula.	209
Campanula.	236
Canina brassica.	242
Canina malus.	288
Cannabis. 215. Capillaris.	
429 Capsella.	165
Carduus.	426
Carduus veneris.	122
Carduus suarius.	475
Carduus niger.	477

Cardiaca.	216
Caron, vel carcum.	217
Caryophyllata.	210
Cassutha.	188
Castia herba.	113
Castanea.	205
Centummorbia.	219
Cetunculum aut cetuncula-	
ri herba.	121
Cepa. 234. Cerasus.	232
Chamæcyparissus.	471
Chamadaphne.	195
Chamæleon albus.	475
Chamæmelon.	16
Chelidonium maius.	467
Chelidonium minus.	468
Chrysanthemum.	474
Cicer.	146
Cicerbita.	362
Cicuta. 221. Cinara.	426
Cincinnalis.	48
Citrigo.	269
Clematis Daphnoides.	195
Cnicus & Cnecus.	223
Cnicus syluester.	73
Colubrina.	128
Columbaris seu columbina.	
319 Colutea.	243
libo Calus	

Colus rustica.	73	Dracunculus maior.	128
Coma.	443	Dulcis radix.	106
Consolida media.	215	E	
Consolida minor.	87	<b>E</b> Biscus.	11
Conuoluuulus.	142	<b>E</b> Ebiulus.	37
Corion seu Coriannon.	185	Echiu. 148.	Eleniu. 133
Corona regia.	236	Elleborus albus.	149
Corona veneris.	387	Elleborus niger adulteri-	
Cotonea malus.	203	nus.	151
Crambe.	225	Ephemerum.	131
Crista gallinacea.	320	Equinalis herba.	174
Crocus.	241	Equisetum ibidem	
Cruciata.	228	Erica. 141.	Eruca. 144
Cucumis, seu cucumer	374	Eriuum.	309 309
Cucumis anguinus.	373	Eryngium.	161
Cucurbita.	200	Eupatorium.	134
Cucurbita syluestri:	202	Eupatorium adulterinum.	
Cumila.	164	145	
Cyanus.	233	F	
Cydonia.	203	<b>F</b> Aba.	213
Cynia.	242	Farrago.	413
Cynosorchis.	303	Farfaria.	84
Cyperus & Cipirus.	248	Febrifuga.	211
D		Fel terre.	ibidem
<b>D</b> Amassonium.	24	Ficus satina.	402
Daphnoides.	124	Filicula.	320
Daucus	127	Filix.	322
Dolichi.	281	Flos frumentorum.	234
		Fania	



<i>Foeniculum.</i>	271	<i>Hieracium.</i>	173
<i>Foenumgracum.</i>	430	<i>Hierobotane.</i>	320
<i>Fontalis.</i>	351	<i>Hirci barba.</i>	443
<i>Fragaria.</i>	458	<i>Hirudinaria.</i>	219
<i>Fumaria.</i>	182	<i>Hordeum.</i>	239
<i>Fusus agrestis.</i>	73	<i>Hordeum distichū.</i>	ibid.
		<i>Hordeum polystichum</i>	
		<i>Ibidem.</i>	
<b>G</b> <i>Alcopsis.</i>	108	<i>Hyacinthus.</i>	451
<i>Gallion.</i>	109	<i>Hydropiper.</i>	455
<i>Geminalis.</i>	308	<i>Hyoscyamus.</i>	449
<i>Genista.</i>	120	<i>Hypericum.</i>	448
<i>Genistella.</i>	121	<i>Hyssopus.</i>	454
<i>Gentiana.</i>	III		
<i>Geranium.</i>	115		
<i>Gingidium.</i>	119.	<b>I</b>	
<i>Gith.</i>	272	<i>Ibiga.</i>	478
<i>Gossipium.</i>	314	<i>Ibiscus.</i>	II
<i>Gramen.</i>	80	<i>Illecebra.</i>	432
		<i>Inguinalis.</i>	79
		<i>Intubus.</i>	364
<b>H</b>		<i>Inula.</i>	133
<i>Alicacabum.</i>	368	<i>Iouis glans.</i>	205
<i>Hedera.</i>	229	<i>Irion.</i>	141
<i>Hedera terrestris.</i>	472	<i>Iris.</i>	171
<i>Hedypnois.</i>	364	<i>Iris sylvestris.</i>	131
<i>Helxine.</i>	152	<i>Isatis.</i>	179
<i>Helxine Cissampelos.</i>	142	<i>Luglans.</i>	207
<i>Hemionitis.</i>	160	<i>Luniperus.</i>	45
<i>Hepatorium.</i>	134	<i>Lunonis rosa.</i>	198
<i>Hiberis.</i>	176		
		<i>bb ij</i>	<i>Lan</i>

L	
Labrum veneris.	122
Lactaria herba.	438
Lactuca.	162
Lactuca caprina, aut ma- rina.	438
Lactuca syluatica.	173
Lamium.	256
Lanaria herba.	419
Larix seu Larex.	268
Lascer, seu Laserpitiū.	409
Lathyrus.	249
Lauer.	389
Laurus alexandrina, aut Idea.	130
Lens siue lenticula.	462
Lepidon.	176. & 263
Leporinus pes.	267
Leucoion Dioscoridis.	150
Leucoio Theophrasti.	264
Lolium.	75
Lichen.	258
Ligustrum.	261
Lilium.	198
Limonion.	255
Lingua canina.	222
Lingua serpentina.	312
Linum.	257
Lobus satina	440

Lithospermum.	268
Lunaria minor.	262
Lupinus satiuus.	167
Lupus salictarius vel reptis- tius.	95
Lychmitis.	457
Lycocotonum.	52
Lysimachia.	266
M	
Maiorana.	360
Mala insana.	290
Malua.	274
Malus Cotonea.	203
Marrubium.	318
Melilotus.	286
Melones.	375
Menta.	157
Menthastrum.	157
Mercurialis.	259
Mercurialis syluestris mas- 242	223
Milium.	223
Millefolium.	314
Mors vermium.	4
Morus.	283
Myrice.	276
Myrrhis.	285

N

Napus

## N

Napus.	100
Napus bunias sativus & sylvestris.	ibidem
Nardus sylvestris.	461.
Nasturtium agreste.	176
Nasturtium sativum.	196
Nepeta.	237.
Nerion.	295
Nigella.	272
Nummularia.	219
Nux auellana.	217
Nux regia & persica.	207
Nux castanea.	205
Nux pontica.	218
Nymphaea.	291

## O

Ocimum.	298
Ocimastrum.	482
Oenanthe.	305
Olus atrum.	177
Ouonis.	33
Ophioglossum.	312
Ophris.	307.
Orchis.	303
origanū.	301.
Orminū.	208
Osyris.	297.
Oxalis.	253
Oxyacantha.	286
Oxylapathum.	253
Oxys.	306

## P

PAEonia.	113
Panicum.	140
Papauer corniculatū.	282
Papauer nigrum.	272
Papauer rhoeas.	279
Papauer sativum.	280
Parthenium.	314
Pastinaca.	366
Pedicularis herba.	422
Peplos.	327
Pepones.	374
Petasites.	347
Petroselinum.	353
Petroselinum sylvestre.	310
Poyfoliata.	341
Persicaria.	ibidem
Persica malus.	326
Personatia.	42
Pes anserinus.	352
Pes cornicis.	244
Peucedanus.	324
Phu.	461
Pinastellus.	324
Piperitis.	392
Pistolochia.	54
Pisum.	339
Pituitaria.	422
Plantar.	bb iij

Plantago.	22	Ricinus.	183
Polygonatum.	316	Rosa.	354
Polytrichon.	340	Rosmarinus.	260
Polytrichum.	48	Rubia.	154
Porum.	342	Rubus.	90
Portulaca.	66	Rumex.	252
Potamogeton.	351	Ruta hortensis.	332
Prænestina nux.	217	S	
Proserpinaca.	331	S Abina siue sanina.	82
Prunus.	219	Sagminalis herba.	
Pseudonardus.	481	319.	
Psilothrum.	57	Salinari.	345
Pulegium.	110	Salix.	180
Pulicaris herba.	480	Salix equinalis.	174
Pulmonaria.	344	Salvia.	136
Pyrethrum sylvestre.	345	Salvia sylvestris.	308
Q		Sambucus.	36
Quercus.	125	Sanguinalis. 244. & 331.	
Quinquefolium.	337	Sanguinaria.	244
R		Sanicula.	361
R Adicula. 356. et 419		Sardiana glans.	205
R Radix.	356	Satyrium regium.	383
Ranunculus.	93	Satyrium trifolium.	382
Raphanus.	356	Saxifraga.	391
Raphanus sylvestris.	78	Scandulaceum.	165
Rapum.	117. & 246	Scilla.	420
Rhodia radix.	359	Scorpium.	52
Rhododendron.	295	Scythica radix.	106
		Seca	

Secale. 413.	Sedum. 19	Solis oculus.	314
Semen.	155	Sonchus.	362
Semen lumbricorum.	4	Sorbus 311. Spartū	406
Seminalis.	331	Spina alba.	29
Senetio. 156. Sentes.	90	Spinacea vel spinaccum	00
Septifolium.	143	lus.	360
Seriola.	364	Spina mollis.	184
Seris.	364	Stachys.	412
Serpentaria.	219	Sternutamentaria.	345
Serpentaria maior.	128	Stichas.	418
Serpyllum.	138	Stratiotes millefolia.	390
Sertula campana.	286	Strobilus.	425
Seseli Creticum.	437	Succisa.	384
Seseli Massiliense.	424	Supercilium terra.	48
Sideritis prima.	414	Sylva mater.	348
Siliquastrum.	392	Symphytum.	372
Sinapi.	293		
Sion.	389	T	
Sifer.	401	<b>T</b> Amavix.	276
Sisymbrium.	387	<b>T</b> Telephium.	432
Sisymbrium Cardamine.		Terminalis	215
388.		Terra capillus.	48
Smilax aspera.	385	Terra corona.	472
Smilax hortensis.	381	Terrestis malus.	288
Smilax lewis	386	Testiculus serapias suc ora	
Smyrnum.	407	chis.	304
Solanum.	368	Teucrium.	447
Solidago.	372	Teucrium Plinij.	160
		Thlaspi.	165

bb iij

Thyma

Thymbra.	164	Viola alba. 250. & 264
Thymus.	445	Viola matronalis. 170
Thryallis.	457	Viola muraria vel purpurea.
Tilia.	465	169
Tintinabulum terre.	255	Viscum.
Tithymalorum genera plura.	438	178
Tordylō sive Tordyliō.	437	Vitis alba.
Trichomanes.	429	57
Trifolium odoratum.	440	Vitis nigra.
Trifolium pratense.	442	59
Triticum.	349	Vitis vinifera.
Trissago.	469	50
Trixago palustris.	417	Vmbilicus terre.
Tuber terre.	246	246
Tussilago.	84	Volucrum maius.
Typha.	444	348

V

<b>V</b> Eratrum albū.	149
Verbasum.	456
Verbascula.	457
Verbenaca.	319
Vernilagium.	477
Vesicaria.	368
Vetonica.	190
Vicia.	99
Victoriola.	130
Viola.	250

X

<b>X</b> Anthium.	313
Xylon.	314

Z

Zca.	155
------	-----

INDEX NOMENCLATIONŪ quibus officinæ Seplasiariorū, & Herbarii nostri temporis vtuntur.

A

<b>A</b> brotonum.	5
Absinthium.	I
Acorum	



Acorum.	8	Asarum.	7
Acus pastoris.	115	Aspergula.	28
Acetosa.	253	Asprella.	174
Acutella.	33	Atriplex. 71.	Auena. 103
Affodillus.	63	B	
Agrimonia. 134. &	336	<b>B</b> Alsamita.	387
Alchimilla.	330	Baptifecula.	233
Alliaria & alliaria.	63	S. Barbara herba.	399
Alleluya.	306	Bardana.	42
Allium.	394	Basilicon.	299
Alkakengi.	368	Bedegarim, sive Bedeguar.	
Aloe.	82	29 Belzuinum.	410
Altercum.	449	Benedicta herba.	210
Ameos.	38	Berberis.	286
Amoris poma.	291	Betonica.	190
Anethum.	18	Bipennula.	329
Apium hortense.	397	Bistorta. 143 &	416
Apium Agreste.	93	Bismalua.	11
Aquilegia.	62	Bombasum.	314
Archangelica.	156	Bombax.	ibidem
Arcocus.	426	Bonifacia.	110
Aristologia.	54	Bonus Henrichus.	253
Armoracia.	356	Borrago.	85
Artemisia.	25	Branca vrsina.	29
Arthanita.	246	Bruscandula.	95
Arthetica herba.	457	Bryonia.	57
Articocalus.	426	Bucheiden.	383
Asa foetida.	410	Buglossa.	184
		Buglossum	

Buglossum sylvestre.	148	Cepa.	234
Bursa pastoris.	166. et 330	Cepa sylvestris	97
C			
<b>C</b> Alamentum.	237	Centauria minor.	211
Calendula.	209	Centumnodia.	331
Camomilla	16	Centumcapita.	161
Campana.	133	Charadrys.	469
Camponella.	386	Cherifolium.	119
Canapus.	215	Cheiri.	250
Candela regis, quæ & cæ-		Chelidonia.	467
delaria.	456	Chernilla.	401
Capill <sup>o</sup> veneris.	48. et 391	Cicer.	146
Caprifolium.	348	Cichorea.	364
Caputi caules	225	Cicuta.	221
Cardo fullonum, seu Car-		Cicutaria.	285
dus fullonius.	122	Citonia.	203
Cardopatium.	475	Citruli vel Citreoli.	375
Carduus Benedictus.	73	Coloquintida.	202
Carota.	366	Colubrina.	416
Cartamum.	223	Condifi.	419
Cartamus sylvestris.	73	Consolida maior.	372
Cartafilago.	391	Consolida minor.	87
Carui.	217	Coriandrum.	185
Castrangula.	108	Cornu cervinum.	245
Cataputia maior.	183	Corrigiola.	331
Cataputia minor.	249	Cotula fetida.	315
Cauda equina.	176	Cotula non fetida.	86
Caulis.	225. Cauta. 315.	Cotum.	314
		Crassula maior.	432
		Cresc.	

Crescio hortensis. 196

Crocus. 241

Crocus hortensis. 223

Cuculus. 368

Cucumer, seu cucumis.

374

Cucumer asininus. 378

Cucurbita. 200

Cuscuta. 188

Cyclamen. 246

Cypirus. 248

Cypressus. 471

D

Dens leonis. 364

Diapensia. 361

Digitalis. 482

Digiti citrini. 383

E

Elleborus albus. 149

Endiuvia vera. 364

Enula. 133

Enula campana. ibidem

Equina mentha. 157

Eruca. 144 Esula. 438

Esula rotunda. 327

Euisum. II

Eupatoriū adulterinū. 145

Euphrasis. 135

F

Faba. 213

Fabacrasa. 432

Faseoli. 381 Ficaria. 108

Ficus sativa. 402

Filipendula. 305

Filix. 322

Flammula. 93

Flos amoris. 61

Flos februarij. 264

Flos omnium mensiu. 209

Feniculum. 271

Feniculus porcinus. 324

Fenum graecum. 430

Fortis, seu sortis herba. 391

Fuga demonum. 448

Fumus terra. 182

Funis arborum. 386

G

Gallitrichum. 308

Genista, siue

Genestra. 120

Gentiana. III. Glastū. 179

Gratia Dei. 115

Gnadium. 179

H

Hedera terrestris. 472

Hepatica. 258

Here

Herba diui Iodannis.	448	Lanaria.	419
Herba fortis.	391	Lapatium acutum.	252
Herba fullonum.	419	Lapparia inuersa.	313
Herba paralyfis.	457	Lappa maior.	42
Herba Roberti.	115	Lappa minor.	313
Herba stellæ.	244	Larga.	268
Hermodaëtylus.	193	Laureola.	124
Hirundinaria.	77	Lenz.	462
Hispanach.	361	Lcuisticum.	407
Hispanicum olus. ibidem		Lilium album.	198
Hordeum.	239	Lilium conuallium.	131
Humulus.	95	Lilium inter spinas.	348
Hipericum.	448	Linaria.	297
Hyssopus.	454	Lingua bouis.	184
	I	Lingua ceruina.	160
Iacobi flos.	397	Linum.	257
Iarum.	39	Liquiritia.	106
Indicum.	179	Luparia. s2 Lupinus.	167
Iringus.	161	Lupulus.	95
Iris.	171		M
Iua mischata.	478	Maiorana.	360
Iuniperus.	45	Malua.	274
Iusquiamus.	449	Maluaniscum.	11
	K	Mandragora.	288
Keirim. 250	Kerua 383	Marrubium nigrum.	92
	L	Marrubiastrum.	ibidem
Lactuca.	162	Mater sylua.	348
Lactucella.	362	Matricaria.	25
			Melan

Melanxana. 290

Melilotum. 286

Melissa. 269

Mentha. 157

Mentha aquatica. 387

Mentha Romana. 157

Mentha Saracenicā. ibidē

Mercurialis. 259

Milium. 223

Milium solis. 265

Millefolium. 390

Millemorbia. 108

Mora Vaticana. 90

Morella. 368

Morsus diaboli. 384

Morsus gallinae. 14

Morus celsi. 283

Muralis. 152

Muscata. 115

N

Nasturtium 136

Nasturtium aquaticum. 387

Nasturtium tectorum. 166

Nensphar. 291

Nigella. 272

Nil. 179

Nilech. ibidem

Nix. 207

O

Ocularia. 135

Oculus bonis aut

vacca 86

Olcander. 295

Ophthalmica. 135

Orobus. 309

Origanum. 301

Os mundi. 66

Osatis. 179

Osteritium. 409

P

PAEonia. 113

Pagana lingua. 130

Palma Christi. 183. et 383

Pampinula. 329

Panis cuculi. 305

Panis porcinus. 79. et 246

Panis terrae. ibidem

Papauer. 280

Papauer cornut. 282

Papauer rubeum. 279

Parietaria. 152

Pastinaca. 401

Pastoria bursa. 330

Pentactylon. 183

Pera pastoris. 330

Perfo-

<i>Stichas arabica.</i>	418	<i>Vernix.</i>	46
<i>Stichas citrinum.</i>	60	<i>Veronica.</i>	96
<i>Stramonia.</i>	369	<i>Vincaperuinca.</i>	195
<i>Succus cyrenaicus.</i>	410	<i>Vincetoxicum.</i>	77

T

<b>T</b> <i>Amariscus.</i>	276	<i>Viola.</i>	169
<i>Tanacetū. 26. &amp; 27</i>		<i>Virga pastoris.</i>	122
<i>Tanacetum sylvestre.</i>	336	<i>Viscum.</i>	178
<i>Tapfus barbatus.</i>	456	<i>Vitcalis.</i>	143
<i>Taraxacon.</i>	362	<i>Vicia sylvestris.</i>	66
<i>Testiculus canis.</i>	303	<i>Viticella.</i>	57
<i>Testiculus vulpis, aut sacerdotis.</i>	382	<i>Vngula caballina.</i>	84
<i>Tilia.</i>	465	<i>Volubilis maior.</i>	386
<i>Tinctorius flos.</i>	436	<i>Volubilis media.</i>	143
<i>Tormentilla.</i>	143	<i>Vrinalis herba.</i>	297
<i>Trifolium. 440. &amp; 442</i>		<i>Vrtica.</i>	63
<i>Trifolium acetosum.</i>	306	<i>Vrtica iners, mortua, vel alba.</i>	256
<i>Trifolium humile.</i>	267	<i>Vua lupina.</i>	368
<i>Trinitas</i>	<i>ibidem</i>	<i>Vua versa seu vulpina.</i>	52
<i>Trinitatis herba.</i>	434	<i>Vua vulpis</i>	368
<i>Triticum.</i>	349	<i>Vuularia.</i>	130
<i>Tunica.</i>	191		
<i>Turcicum frumentū.</i>	444		

V

<b>V</b> <i>Aleriana.</i>	461
<i>Verbena.</i>	319
<i>V' aquia</i>	90

Z

<i>Zinziber caninum.</i>	392
--------------------------	-----

Finis Indicis.



# IN PLANTARUM HISTORIAM

à Leonharto Fuchsio picturis elegantibus expressam adnotationes.

Absinthium officinis Romanum idem cum pontico rectè sentis, à vulgari autem id esse diversissimum ex Galeni Methodo abunde probatur.

Santonicum à Santonia regione prope Burdegalam albius Romano est, folio non multo latiore. Vtrunque enim & Seriphium est tenuifoliū, cum vulgare sit latifolium. Aloine nobis dictum ab insigni Aloes amaritudine.

DE ABSINTHIO. *alsem*

CAPVT I.

NOMINA.

*Scrophim  
Santonim  
Semicubum*



Ἀψίνθιον Græcè, Absinthium Latine appellatur. In officinis suam appellationem retinuit. Gallicè de Laloine, quasi prohibens hilaritatem & alacritatem, ob immensā suā amaritudinem, nominatur. Nomen hoc Græci ab ἄψινθος, id est, cōtractado,

PLANTARVM HISTORIAE

Absinthii tractando, per ἄντιφω γῶν deflexerūt, quod nulum vnde lum animal, ob eximiam amaritudinem, hanc herbam attingat. Veteres Graeci Comici ἀδιδίσιον quoque conformi etymo, quasi impotabilem dixerunt, quod hāc nemo, propter insignem amarorem, bibere possit.

GENERA.

Absinthii genera sunt tria. Galeno & Dioscoride testibus. Vnum quod Romanum, vulgare seu commune vocant, & est id quod passim in Germania nascitur. Huius generis est quod a Ponto regione, in qua nascitur, Ponticum cognominatur, estque ceteris multo praestantius. Alterum genus est marinum, quod Seriphium nominant. Tertium Santonicum, a Santonibus Galliae populis, apud quos plurimum gignitur, dictum est. Hinc nonnulli eius semen corrupta voce Sanctum, quoniam Santonicum dicendum esset, appellant. Nisi id nominis ob insignem eius efficaciam, quam in necandis lumbricis obtinet, illi imposuerint. Hodie semen lumbricorum nuncupant, Gallicè Mort de vers.

FORMA.

Absinthium vulgare, herba est caule ramoso, foliis incanis, multipliciter sectis, aureo flore, semine Vulgare rotundo, racematim coherente. Seriphium verò Seriphii. herba est praetenuis ramos cirrosve habens, minori similis Abrotono, exiguis referta seminibus, submara, & graui odore. Siquidem herba est tenuibus cirris,

*cirris*, Abrotano femine similis, semine in siliquis paruo, grauitè odorata, & subamara. Santonicum Santonis simile est Absinthio, sed non ad eò copioso semine cum scatenis, & subamarum.

## LOCVS.

Nascitur, Oribasio & Apuleio autoribus, locis cultis, montosis & saxosis: plurimum autem præstantissimùmque in Ponto, Cappadocia, & Tauro monte. Seriphium passim circa itinera, macerias vinearum, & sepes prouenit: vt verum sit quod à Plinio dictum est, plerásque herbas pedibus cõculamus, quarum si nobis virtus perspecta esset, eas in cælum laudibus ferremus. Santonicum in Galia, vt diximus, copiosè gignitur.

## TEMPVS.

Colligendum in fine Iulij mensis, ac in vmbra exiccandum, quo etiam tempore floribus & semine prægnans est.

## TEMPERAMENTVM.

Ponticum minus calefacit, quod astrictioris multæ sit particeps. Minus etiam ceteris generibus extenuat, non minus tamen rescicat. Galeo itaque autore calidum in primo gradu, & siccum in tertio statuitur. Succus autem eius longè quàm herba ipsa calidior est. Vulgare quidem astrictoriam, amaram & acrem qualitatem obtinet haud secus atque Ponticum. In hoc tamen ab eo differre videtur, quod in illo maior sit ama-

PLANTARVM HISTORIAE

ritudo quàm adstrictio. Quamuis neque Ponticum modicè amarum sit, quod Ovidius satis iis inuicit versibus:

Turpia deformes gignunt Absinthia campi,  
Terraque de fructu, quàm sit amara docet.

Loquitur autem de Ponto. Seriphium ipsum Abrotano minus est calidum, verùm Absinthio calidius. Santonicum in extenuando, & calefaciendo desiccandòve, Seriphio paulò imbecillius.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Absinthium calfacit, adstringit, bilémque stomacho & ventri inhaerentem expurgat. Urinas cit. Crapulam praesumptum arcet. Inflationibus, ventrisque & stomachi doloribus, cum Sefeli & Nardo Gallico potum prodest. Fastidia discutit. Morbo regio correptos, dilutum aut decoctum eius per singulos dies cyathis tribus haustū sanat. Menses cum melle sumptum aut appositum euocat. Strangulationibus fungorum ex aceto potum subuenit. Ixiæ, cicutæ, muris aranci morsibus, & draconi marino cum vino aduersatur. Anginis cum melle & nitro inungitur. Contra epinyctidas ex aqua, sugillata verò & oculorum caligines cū melle, similiter auribus ex quibus manat sanies illinitur. Decocti eius vapor suffitusve, dentium auriumque dolores lenit. Decoctum cum passo dolentibus oculis oblinitur. Præcordiis, iecinori, & stomacho dolenti, ac longo tempore affecto, cum cerato Cyprino tritum illinitur.

illinitur. Stomacho autem cum rosaceo subactum. Cum ficis, nitro, & farina loliacea, aquæ inter cutem, lienosisq; subuenit, Preterea vestiariis arcisq; inditum Absinthium, vestes ab erodentium iniuriis seruat. Culices cum oleo perunctum à corporibus abigit & arcet. Atramentum librarium ex diluto eius temperatum, literas à murium erosione tuetur. Par est etiam succum hæc omnia facere, attamen in potionibus improbat, stomacho enim obest, & capitis dolores adfert. Seriphium verò per se, vel cum oryza decoctum, & cū melle sumptum, ascaridas & rotundos lumbricos necat, aluum simul leuiter subducens. Eadem potest prestare cum edulio aut lenticula decoctum. Santonicum eadem quæ Seriphium potest.

## EX GALENO.

Absinthium adstrictoriam, amaram, & acrem simul qualitatem possidet, excalfaciens pariter & extergens, roborans & desiccans. Proinde biliosos vètris humores per egestionem infernam propellit, ac per vrinam euacuat. Magis verò quod in venis est biliosum per vrinas expurgat. Ideo cõtentam in ventre pituitam, sumptum nihil iuuat. Sic neque se in thorace aut pulmone contineatur: nam adstringens in eo facultas, quàm amara valentior est.

## EX PLINIO.

Stomachū corroborat, & ob hoc sapor eius in vīna transfertur. Bibitur decoctum in aqua, & postea

PLANTARVM HISTORIAE

ea nocte & die refrigeratum sub dio : decoctis sex drachmis foliorum cum ramis suis in caelestis aquae sextariis tribus. Oportet & salem addi. Tritum, vt aiunt, raro in vsu est, sicut & succus expressus. Bibitur & madefacti dilutum. Exprimitur autem cū primū semen turgescit, madefactū aqua triduo recēs, aut sic cū septem diebus, deinde coctū in aereo vase ad tertias, decem heminis, in aquae sextariis quadraginta quinque, iterumq; percolatū, herba eiecta, lentè coquitur ad crassitudinem mellis, qualiter ex minore Cētaurio quaritur succus. Sed hic Absinthij succus inutilis stomacho capitiq; est, cūm (vt tradunt) sit illud decoctū saluberrimum: nā stomachum adstringit, bilemq; detrahit, urinam cit, aluum emollit, & in dolore sanat, vētris animalia pellit. Malaciam stomachi & inflationes cū exiguo Sili & Nardo Gallico, addito aceto, discutit. Fastidia abstergit, cōcoctiōes adiuuat. Cruditates detrahit cū ruta, & pipere, & sale. Antiqui purgationis gratia dabāt cū marina aquae veteris sextario, seminis sex drachmis, cū tribus salu, & mellis cyatho. Efficacius purgat duplicato sale. Quidē in polenta dedere supradictum pondus addito Pulegio. Alij cōtra paralyfin. Alij pueris folia in fico, sic vt amaritudinem fullerēt. Facile thoracem purgat cū Iride sumptū. In regio morbo crudū bibitur cū Apio, aut Adiāto. Aduersus inflationes calidū paulatim sorbetur ex aqua. Iecinoris causa cum Gallico Nardo,



do, lienis cum aceto, aut pulte, aut fico sumitur. Ad-  
 uersatur fungis ex aceto. Item visco, cicuta ex vi-  
 no, & muris aranei morsibus, draconi marino, scor-  
 pionibus. Oculorum claritati multum confert. Epi-  
 phoris cū passo imponitur, sugillatis cū melle. Au-  
 res eius decoctum vaporis suffitu sanat: aut si ma-  
 nat sanies, cum melle tritum. Urinā ac menses ciūt  
 tres quatuorve ramuli, cum Gallici nardi radice  
 vna, cyathis aquae 6. menses priuatim cum melle  
 sumptum, & in vellere appositum. Anginis subue-  
 nit cū melle & nitro. Epinyctidas ex aqua sanat:  
 vulnera recentia, priusquam aqua tangantur im-  
 positum: pratercaque eapitis vlcera. Peculiariter  
 ilibus imponitur, cum cypria cera, aut cum fico. Sa-  
 nat & pruritus. Non est dādum in febrī. Nauseas  
 maris arcet in navigationibus potū: inguinum tu-  
 morē in vētrali habitū. Somnos allicit olfactū, aut  
 inscio sub capite positum. Vestibus insertum tineas  
 arcet. Culices ex oleo perunctis abigit, & fumo  
 si vratur. Atramentum librarium ex diluto eius  
 temperatum, literas à musculis tuetur. Capillum  
 denigrat absinthij cinis, vnguento rosaccoque per-  
 mixtus. Marinum, quod quidam seriphium vocāt,  
 stomacho inimicū. Aluum mollit, pellitq; animalia  
 interancorum. Bibitur cum oleo & sale, aut in fari-  
 nae trimestris sorbitione dilutū. Coquitur quantum  
 manus capiat, in aquae sextario ad dimidias.

VINI ABSINTHITIS VIRES.

a iij

EX

PLANTARVM HISTORIAE  
EX DIOSCORIDE.

*Absinthites vinum stomacho accommodatum est, urinam cit. Tarde concoquentibus utile: iccinorosis itidem, nephriticis, & regio correptis morbo. Cibum non appetentibus, & stomacho male affectis, & longis praecordiorum distensionibus ac inflationibus, rotundis lumbricis, & suppressis mensibus auxiliatur. Contra ixiæ venena hausta, copiosius potum, & vomitionibus redditum prodest.*

CONFECTIO.

*Variæ vini Absinthitis sunt confectiones, ut ex Dioscoride constare potest. Optimum tamen fit, si tuse Pontici absinthij drachmæ octo, linteo raro ligatae, in amphoram vini coniciuntur. Mustum deinde mittitur, relicto vno vasis spiraculo ne effervesceat foras exiliat.*

APPENDIX.

*Semen lû Santonici, quod ut commemoratum est, hodie semenicorum. men lumbricorum vocant, præcipuus hoc tempore ad lumbricos ex corpore pellendos & enecandos usus est. Et si genuinum est, magna efficacia cum melle assumitur tam à pueris, quam adultis. Scribitur quoque aduersus lumbricos à multis commẽm. Mors ver- datur, eoque nomine Mors vermiu appellatur. Sunt mium. etiam qui lumbricorum semen nominent.*

DE ABROTONO.

CAP. II.

Pro foemina abrotono absinthium Romanum

manum videris pictura exprimere, quamquam id vulgo syluestrem cypressum à similitudine & odore foliorum eiusdem appellari scribis. Quam postea ex Plinio chamæ cypressum pingis, quibusdam videtur abrotonum fœmina.

NOMINA.

*Abrotonū mas aut fœmī  
Abrotonū fœmī vtilē cypres*

**A**βρότονον Græcis, Abrotonum Latinis nominatur. Officinæ antiquè nomen retinuerunt.

Gallis Aurogne appellatur. Hoc autem nomen Abrotoni sibi usurpauit, ut Nicandri testatur interpres, διὰ unde διὰ τὸ πρὸς ὄψιν, ἄβρον καὶ ἀπαλὸν φαίνεται. Etiam ἄλλωστε κὶ διὰ τὸ δύσπυρον εἶναι. hoc est, quòd conspectu tenerū, molle & delicatū appareat, aut quòd grauē, acremve & difficultē hālitū prospiret.

GENERA.

Abrotonum duorum est generum, veterum & recentiorum omnium sententia, mas & fœmina. Plinius lib. 21. cap. 7. mas quidem campestre vocat Abrotonum, fœminam verò montanum. Vulgus, syluestrem cypressum, à similitudine & odore foliorum eiusdem, nomenclaturæ herbæ fruticisve vocat. Gallicè Cypres.

FORMA.

Abrotonum, quod mas appellamus, sarmento- sum, minutis foliis, minus album quàm fœmina, mas. tenui semine ac numerofo uti Absinthium. Semen autem non quouis tempore producit, sed ad Septembris

PLANTARVM HISTORIAE

ptembris duntaxat mensis initia, quo si diligenter  
 obseruabis tempore, semine prægnans esse compe-  
 ries. Rectè igitur  $\lambda\epsilon\pi\theta\omicron\nu\alpha\pi\pi\omicron\nu$  in Dioscoride le-  
 gitur, huic lectioni non solum veterum codicum fi-  
 de, verumetiam sensu suffragante. *Æmina frutex*  
*Abrotonū*  
*fœmina.* est, arboris speciem habens, candidantibus foliis,  
 Seriphij modo minutim circū ramulos incisis, flori-  
 bus refertus in summo auri fulgore comātes corym-  
 bos obtinens, odoratus etiam cū grauitate quadam.

LOCVS.

Mas passim apud Germanos in hortis, & in cam-  
 pestribus nascitur: fœmina verò in collibus & mon-  
 tibus sua sponte prouenit.

TEMPVS.

Floret utrunque Augusto. Colligitur autem in  
 autumnno, potissimum Septembri mense: hoc enim  
 tempore semen, vt diximus, profert.

TEMPERAMENTVM.

Abrotonum calidum & siccum, inq; tertio ordi-  
 ne seu recessu post media situm est, id quod amari-  
 tudo eius, quam gustu præ se fert, facile monstrat.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Vtriusque Abrotoni semen seruesactum, & cru-  
 dum tritum, cum aqua potum, non nisi recta cere-  
 uice spirantibus, ruptis, conuulsis, ischiadicis, vrie-  
 næ difficultatibus, & suppressis mensibus auxi-  
 liatur. Potum in vino exitialium venenorum an-  
 tidotum est. Cum oleo rigentibus illinitur. Serpē-

tes lecto instratum & suffitum fugat. Cum vino  
 potum aduersus eorundem morsus, peculiariter au-  
 tem scorpionum & phalagiorū, prodest. Oculorum  
 inflammationibus cū cotoneo cocto, aut pane illitum  
 subuenit. Tritum cū farina hordeacea decoctum q̄;  
 tubercula discutit. Admiscetur irino vnguento.

## EX GALENO.

Non instrenuè excalfacit & desiccatur. Nam siue  
 comam cum floribus (reliqua enim eius palea in-  
 utilis est) contusam vlceri puro illinas, mordax &  
 irritans videbitur, siue eo in oleo macerato, caput  
 aut ventrem perfundere voles, admodum calefa-  
 cere reperies. Quin & si qui per circuitum rigori-  
 bus capiuntur, eos ante inuasionem rigorum hoc vo-  
 les conficere, minus utique rigore concutientur,  
 imò & sensus confestim vbi admotū fuerit ipsum  
 calfacere percipit. Porro quod lumbricos interimat  
 par est, nimirum quum sit amarum. Protinus vero  
 quod & digerendi & incidendi vim habeat, scies.  
 Præterea abrotonum vstum calidum & sicum fa-  
 cultate est, magis etiā quàm cucurbita sicca vsta,  
 & anethi radix. Illa enim vlceribus humidis si-  
 mul & citra phlegmonem callo induratis profunt,  
 ac proinde maxime vlceribus iis quæ in pudendorū  
 præputiis sunt competere videntur: at cinis Abro-  
 toni vlceribus omnibus mordax est, ac idcirco cum  
 oleo tenuium partium, Cicino scilicet, aut Raphae-  
 vino, aut Sycionio veteri, potissimum Sabinos, ad  
 alopecias

PLANTARVM HISTORIAE

*alopecias confert. Barbam etiam segnius tardiùsque enascentem cum aliquo dictorum oleorum elicit: sed nec minus illis, lentiscino maceratum. Raresfaciendi enim vim, eo quòd tenuium est partiu, obtinet, & mordax est, & calidum. Abrotonu verò inimicum stomacho existit.*

EX PLINIO.

*Vsus est & foliis, sed maior semine, ad calefaciendum, ideo nervis utile, tussi, orthopnoicis, vrinæ, torminibus, cõulsis, ruptis, lumbis. Datur bibendum manualibus fasciculis decoctis ad tertias partes. Ex his quaternis cyathis bibitur. Datur & sementusum in aqua drachmæ pondere. Prodest & vuluæ. Concoquit panos cum farina hordeacea, & oculorum inflammationibus illinitur cotoneo malo concocto. Serpentes fugat. Contractus eorum bibitur in vino, illiniturque. Efficacissimum cõtra ea quorum veneno tremores & frigus accidunt, vt scorpionum & phalangiorum, & contra alia venena. Prodest quoquomodo argentibus, & ad extrahenda ea quæ inherent corporibus. Pellit interancorum mala. Ramo eius, si subiiciatur puluino, venerem stimulari tradit: efficacissimamque herbam esse contra omnia venesicia, quibus coitus inhibeatur.*

DE ASARO. CAP. III.

*Asarum seu baccar nobis per metathesin Cabaret.*



## NOMINA.

manfocow

**A**σάρων Græcè, Asarum Latine dicitur. Officinis hodie nomen retinet. Gallicè du Cabaret. Asaron autem dictum est, quod in ornatum Asarō cur non veniat, vel ut Plinius lib. 21. cap. 6. inquit, dictum. quoniam in coronas atque ferta non addatur: vel quod manualibus scopis, quæ odoris gratia gestantur, minimè solitum sit inseri.

## FORMA.

Folia hederæ similia habet, longè tamen molliora, rotundioraque. Flores inter folia ad radicem purpureos odoratos, Hyoscyami cytino similes, in quo semen acino nõ dissimile. Radices multas, geniculatas, tenues, obliquas, graminis persimiles, longè tamen graciliores, odoratas, calcifacientes, & linguam admodum erodentes. Cæterum hic admonendum esse lectorè duximus omnia Dioscoridis exemplaria hoc in loco deprauata esse, perperamq; habere vel τρυκνότερα vel μικρότερα, cum potius scribendum sit μεγαλύτερα, id quod partim Plinij testimonio, partim etiam iudicè sensu ipso cõprobari potest. Plinius siquidè lib. 12. cap. 13. Asarum sic depingit: Est hederæ foliis rotundioribus tantum, mollioribusq;. Si quis verò ea de re ad iudicem sensum referat, Asarumq; cum hederæ conferat, Asaricentè folia neque dēsiora, neque minoræ hederæ foliis esse comperiet, quum Asari folia maiora multò sint quàm hederæ. Proinde cum folia hederæ illo-

Dioscoridis locus emendatus

PLANTARVM HISTORIAE

rum cōparatione multò minora sint, euidentissimum est pro μακροῦ ἑτόρου legendum esse μαλακώτερου, huic nimirū lectiōi adstipulantibus Plinio & sensus iudicio, vt dictū est: ad tactū enim huius folia lōgè sunt hederæ molliora. Accedit quòd ab vna diētionē in aliā facilis sit trāsitus. His itaq; rationibus motus, Asari folia μαλακώτερου, hoc est, molliora hederæ foliis esse dixi, vt reuera etiam sunt.

LOCVS.

Nascitur in vmbrosis locis, montibus potissimum & syluis: aspera enim macrāve & sicca loca amat.

TEMPVS.

Bis anno, vere nimirum & autūno floret. Colligendum in fine Augusti, à die videlicet decimoquin- to eius mensis, vsque ad octauum Septembris.

TEMPERAMENTVM.

Asarum in calefaciendo & exiccando ordinis tertij existit, radices potissimum eius.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Radices Asari calefaciunt & vrinā mouēt. His dropicis & ischiadicis diuturnis prosunt. Ducunt mēses pōdere drachmarū sex cū misso potæ. Purgāt Ellebori albi modo. Ruptis præterea, conuulsis, tussis veteri, difficultati spirandi, & vine conferunt. Cum vino potæ ferarum morsibus salutaris. Folia adstringunt. Illita capitis doloribus, oculorum inflammationibus, egilopis incipientibus, mammis à partu tumentibus, ignibusq; sacris prosunt. Coma somnum

somnum etiam conciliat. Sic Crateias herbarius  
de Asaro proditum reliquit.

## EX GALENO.

Asari radices vtilis sunt, facultate similes radi-  
cibus Acori, intensiores tamen. Itaque ex iis, quæ  
de illis prodita sunt, hinc facienda coniectura.

## EX PLINIO.

Nardi vim habet Asarum, quod & ipsum ali-  
qui syluestre Nardum appellant.

## EX MARCO AEMYLIO.

Est Asarum Græcè Vulgago dicta Latine.

Hæc calida & sicca virtutis dicitur esse.

Tertius est illi gradus, ut dicunt, in utroque.

Prouocat urinam, potatæque menstrua purgat.

Hocque modo iecoris medicatur sumpta dolori,

Hydropicosque iuuat, schiasim fugat hausta fre-

Et vuluæ morbis decoctio subuenit e us. (quæter.

Dicitur ictericum potata repellere morbum.

Elleboriq; modo vomitu præcordia purgat.

Sed non est huius purgatio tam violenta,

Nec metuenda quidem, si fiat taliter illa:

De foliis eius triginta recentia tollens,

Adde meri tantum quo possint cuncta recondi.

Tota nocte mero facias macerentur in illo,

Mane terens, vino quo sunt macerata resolue.

Tunc olus excoctum cum pingui carne recenti

Porcina, prius ægroto da sufficienter.

Et sumat vini vult quantum fortis & albi,

Sic

PLANTARVM HISTORIAE

Sic Asari succum colatum trade bibendum.  
 Fortibus & magnis est hic numerus foliorum  
 Sufficiens, reliquis, vt diximus, est minuendus  
 Iuxta quod vires, etas, & cætera poscunt.

APPENDIX.

Lixiuum in quo Asarum decoctum est, si eo  
 caput lauetur, cerebrum roborat, & memoriam.  
 Succus etiam eius cum Pompholyge, caligantibus  
 oculis confert.

DE ACORO. CAP. IIII.

Acorus officinarum, gladiolus aquæ vul-  
 gò dicitur, flore luteo non vtendus, sed  
 indicus vulgò galanga maior quæ verus  
 esse Dioscoridi Acorus videtur.

NOMINA. *que videntur*

**A** Κορον Græcè, Acoron Latine appellatur. Of-  
 ficinis nomen retinet. Gallicè flume bastar-  
 de ou glaieul de Riuere ou de Mares voca-  
 tur. Acoron aphrodisiam quasi venercam Greci etiã  
 vocant. Apuleius, quicumque ille fuerit, in commen-  
 tariolo quod de aliquot herbis scriptum à se reli-  
 quit, Piper apium dictam fuisse hanc herbam tes-  
 tatur, quòd ea in alueariis suspensa, nunquam dis-  
 fugiant apes.

FORMA.

Folia iridis habet, angustiora tamen. Radices nõ  
 dissimiles, implicatas, neque in rectum enatas, sed  
 obliquas, & in superficie existentes, geniculis seu  
 internodijs.

internodiis distinctas, subalbas, gustu acres, odore non ingratas. Præstat densum, candidum, non cariosum, plenum & odoratum, cuiusmodi est in Colchide & Galatia. Ex qua sanè Dioscoridis descriptione satis liquet, Acorum nostrum, quo hodie officii Acorum nã vtuntur, etsi nõ verum sit, tamen aliquam saltem officinarum Acori speciem esse: Iridis enim folia obtinet, angustiora tamen. Radices quoque similes, implicatas rum acor & inuicem adnatas, non in rectum, sed in obliquum rum, tendentes: non in profundo delitescentes, sed in superficie existentes, & modico cespite tectas: denique geniculis seu internodiis interceptas. Neque etiã in colore ab eo quẽ Dioscorides pingit, variare videtur: nostrum enim Acorum non raro ὕπολευκος, hoc est, subalbas seu candicantes radices habere cõspicitur. Accidit autem vt & rubetes intus habeat radices, quæ tamen cum candicantes passim intercurrentes venas obtineant, recte subalbæ dici possunt, quod nimirum neque vere rubescant, neque candidum etiam prorsus colorem referant, sed cum potius qui ex rubro & candido mixtus sit. Ceterum radices Acori quæ intus candicant, foris vt plurimum subrubent. Hinc est quod Serapion in Acori descriptione Dioscoridis verbareferens, ὕπολευκος descriptionem ita vertere voluit: Et color radicum exterior tendit ad rubedinem. Proinde qui hac sola ratione, quod Acori radix intus interdum rubescat, mouentur, vt diuersum nostrum prorsus à Dioscoridis

dis credant, ū non vtuntur argumento quòd tantū  
 momēti sit, vt quod conantur, persuadere aliis possint.  
 Cū enim Dioscorides Acori radices ὑπολό-  
 κως, hoc est, albicantes faciat, noster certè nunquā  
 non tales habere deprehenditur: vel enim vere cā-  
 dicantes sunt, vel subrubentes, quos etiā ὑπολό-  
 κως rectè dici posse iam ostēdimus. Porro quauis  
 odorata non sint eius radices, tamen nihil obstare  
 posset odor, quo minus nostrum verum esse putare-  
 mus Acorū, quum abunde cōstet illum, haud aliter  
 quā colorem, secundū diuersas regiones in eadem  
 sæpe herba mutari: si non esset aliud, quod vt di-  
 uersum certo crederemus nos vrgeret, hoc nempe,  
 quod nostri Acori radices gustu acres nō sint, quòd  
 tamen omnes veteres vno ore de Acoro affirmant,  
 sed potius adstringentes. Quapropter etsi tota serè  
 descriptio illi respondere videatur, tamen quia acris  
 nō est, vires eas quas vero Acoro tribuunt veteres,  
 habere nō potest: vt hoc nomine vehemēter errent  
 qui a solis descriptionibus tantū pendent. Nec mi-  
 nus hallucinantur officinæ quæ ad vrinas mouen-  
 das, aut menses euocandos, liene sive minuendos eo  
 vtuntur. Perperā etiā Diacori cōpositionem ex eo-  
 dem cōficiunt. Curent itaque vt verum Acorū ha-  
 beāt, quòd iā in multis Gallie officinis proflare pu-  
 to. Nam radix illi quæ à nonnullis seplasiariis nūc  
 sub nomine maioris Galagæ veditur, si cætera etiā  
 respondeant, haud dubie radix veri Acori est. Et  
 de bent



debet seplasiarū ea vti, quoties in cōpositionibus medicamentorum Acori sit mētio, præcipuè autem in Diacori compositione apparanda, quòd hæc calefaciendo concoctiōnem stomachi supra modū iuuet. Et hoc eò confidentius faciendum esse hortor, quòd Galāgam maiorem veri Acori radicem esse existimē: geniculis enim scater, foris subrubra, intus subalba, gustu acris, odore nō ingrata, vthoc noīe illa tuto & sine errore officina pro Acorovti queāt.

## LOCVS.

Apuleius locis cultis, pratis ac hortis nasci, rarāque inuentu herbam hanc tradit. Nostrū Acorum iuxta amnes, & passim in aquosis & palustribus locis provenit.

## TEMPVS.

Legitur radix Acori æstatis initio, & siccatur in umbra digitalibus frustis.

## TEMPERAMENTVM.

In calefaciendo & desiccando tertij est ordinis. Nostrum quidem desiccatur, at citra calefactionem.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Acori radix calefaciendi vim habet. Decoctum eius potum, vrinam cit. Prodest lateris, thoracis & iecoris doloribus, torminibus, ruptis, conuulsis. Lienem minuit. Vrinæ stillicidio, & venenatorij moribus subuenit. In seffu, quæ admodum Iris, ad mulcibria utilis est. Succus radicis caligines oculi sibi discutit. Antidotis præterea radix vtiliter miscetur.

PLANTARVM HISTORIAE

EX GALENO.

Acori vtitur radice quæ gustu acris est, & modicè amara, odoréque non iniucunda. Hinc manifestum est hanc facultate calidam, & consistentia tenuium partium esse. Huic consentaneum est, vt vrinam moueat, & lienes induratos inuet, tñ corneæ membranæ crassitiem detergeat simul atque extenuet. Ad hoc autem melior est ipsius succus. Omnino verò siccificum esse clarum est.

EX PLINIO.

Vis ei est ad calefaciendum extenuandūque efficax, contra suffusiones & caligines oculorū succo eiusdem potō, contrāque serpentes. Pectoris doloribus subuenit, & ideo antidotis miscetur. Iecinori medetur, thoraci quoque & præcordiis. Vrinā cit eius decoctum, & omnia vesicæ vitia sanat. Testiū tumores radix decocta in vino, tritāque & illita mirè discutit. Duritias & collectiones omnes sanat decocto huius herbæ fuentibus. Contusis & euersis pota duobus obolis in mulsi cyathis tribus radix prodest. Acoron quoque vtile est interioribus fœminarum morbis.

ACORI OFFICINAR. VIRES.

Acori a<sup>u</sup> Gustus abundè monstrat eius radicem immensulterini sam adstringendi facultatē obtinere Hinc est quòd facultas diuersam planè à veri Acori radice vim sortita sit. Nam vt hæc tenuium est partium & facultate calida, atque adeò detergit, extenuat atque discutit:

ita illa consistentia crassarum partium, ac facultate frigida constringit, densat, cogit & contrahit. Quare urinā non cit, vt verum Acorum, nec menses euocat, sed potius suppressit. Sanguinem etiā vnde cunq̄ue manātem cohibet. Proinde rectē Paderētariū author scribit, eum qui secū Acori radicem gēstet, à nullo sanguinis profluvio corripī. Et ex recentioribus aliqui hanc facultatē Acori nostri obseruarunt, atque hinc ad eō tradunt eius succū igne expressum, menses nimium promanātes constringere posse, id quod certē de Acoro affirmare vanissimū erit. Ex iis itaque intelligentiā seplasiarū, quis vsus nostri etiam in medicina sit Acori: nec cōmittent, vt fanatici cuiusdam, qui nuper Morophrasti impudentis hominis pestilentissimas nugas & ineptias tegere, atque ad eō epistola aliqua operi illius temerē præfixa commendare, ac præ illo monstro reliquos omnes medicos, si diis placet, contemnere ausus est, consilio obsecuti, hoc prorsus abiciant, cum illius immensa sit adstringendi, quod demonstrauimus, facultas.

## DE ALTHAEA. CAP. V.

Althæa, vulgo Bismalua dicitur.

NOMINA. *vnter hoernst vcl wittē maluuē*

**A**λθαία, ἢ ἑβίσκος, ἢ ἰβίσκος. Græcè: Althæa, Ebiscus, Ibiscus Latine dicitur. Officiū Bismaluana, quæ vt plurimum barbaris vocibus gaudent, Maluanis Bismalua, Maluaniscum, & simpliciter Euisçū nescius.

PLANTARVM HISTORIAE

minat. Maluauisci autem vox corrupta est, ex mal-  
 ue nim ram & euisco composita, quasi dicat ali-  
 quis Malu rebiscus, hoc nomine illam ab aliis mal-  
 uis, quæ sanè multæ sunt, si grecas. Gallicè Guim-  
 mauues. Althea verò à multiplici remediorum  
 potestate & vsu, vel vt Plinius ait, ab excellentia  
 effectus nominata est. Siquidem ἀλθεῖα Græcis  
 idem valet, ac si à medendo medicam simpliciter  
 dicas. Nam ἀλθεῖν illis mederi significat, ἀλ-  
 θῆς verò remedium & medicinam.

Althea  
 vnde di-  
 eta.

FORMA.

Syluestris Maluæ genus est, cui folia vt Cyclami-  
 no rotunda, lanuginosa, flos rosaceus, caulis cubito-  
 rum binum, radix lenta viscosaq; intus candida.

LOCVS.

Locis humentibus, pinguib;que gaudet.

TEMPVS.

Radices, vt reliquarum ferè herbarum omnium  
 inter autumnii initia, hoc est, in fine Augusti & Se-  
 ptembris mensis principio, legenda. Folia verò &  
 semen in æstate. Floret Iulio & Augusto mensib;.

TEMPERAMENTVM.

Folia & flores calidi & sicci primò excessu seu  
 ordine. Radices verò in principio secundi.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Radix in aqua mulsæ aut vino cocta, aut per se  
 pota, ad vulnera, parotidas, strumas, abscessus, mæ-  
 marum inflammationes, sedis contusiones, inflatio-

nes,

nes, neruorum distentiones, efficax est. Siquidē discutit & maturat, aut rumpit, & ad cicatricem perducit. Cocta quo dictum est modo, & cum adipe anserino aut suillo, vel terebinthina subacta ad vteri inflammationes & praeclosurenes utiliter admouetur. Decoctū eius idē praestat, secundasq; à partu relictas educit. Decoctū radices cū vino potū, vrinæ difficultati, calculosorū cruditati, dysentericis, ischiadicis, tremulis, & ruptis succurrit. Dentium mitigat dolorem cum aceto decocta, colluto inde ore. Emen autem viride siccūque tritum, cum aceto in stole perunctum alphas extergit. Cum aceto & oleo inunctū, à venenatorum moribus praeseruat. Valet ad dysenteriam, sanguinis reiectionē, & alui fluores. Seminis decoctum in posca aut vino contra omnes apum & minutarum ferarū ictus bibitur. Folia cum exiguo oleo, moribus & ambustis illinuntur. Addensat aquam sub diuo radix trita & admixta.

## EX GALENO.

Digerendi, laxandi, phlegmone leuandi, mitigandi, concoquendi coctu difficilia tubercula. Porro radix eius & semen caetera quidem pari herba viridi modo agunt. verum tenuiorum partium, magisque exiccatoriam, adhuc magis extersoriam quam illa facultatem ostendunt, vt & alphas detergant, & semen renum calculos confringat. Radicis autem decoctum dysenteriae, alui proflusio,

PLANTARVM HISTORIAE

& sanguinis reiectioni vtile est, nempe cum astrin-  
genem quandam facultatem possideat.

EX PLINIO.

Althææ contra omnes aculeatos ictus efficacior  
vis, præcipuè scorpionum, vesparum, similiūque,  
& muris aranei. Quin & trita cum oleo, hac pere-  
uncti ante vel habentes eā, non feriuntur. Eius ra-  
dix præcipuè conuulsis ruptisque efficax est. Cocta  
in aqua aluum sistit. Ex vino albo strumas & pa-  
rotidas, & mammarum inflammationes, & panos  
in vino folia decocta & illita tollunt. Eadem ari-  
da in lacte decocta, quamlibet perniciose tussi citi-  
tissimè medentur. Hippocrates vulneratis, sitienti-  
búsque defectu sanguinis, radice decocta succum  
bibendum dedit. Et eam vulneribus cum melle &  
resina, item cōuulsis, luxatis, tumentibus, & mue-  
sculis, nervis, articulis imposuit. Et asthmaticis ac  
dysentericis in vino bibendam dedit. Mirum, aquam  
radice ea addita addēsari sub dio, atque elactescere.  
Efficacior autem quò recentior.

EX THEOPHRASTO.

Vsus eius ad rupta, & tusses è vino dulci, & ad  
vlcera in oleo. Aliàs si carnibus cōcoquas, in idem  
aggregare ac veluti conglutinare posse affirmant.

DE ANAGALLIDE. CAP. VI.

Anagallis vtraq; in hortis frequēs, paruu-  
la, arboris tamen habitu, caule quadrato.  
Mouron petit & quarre nobis dicitur.



**A**ναγαλλίς Græcè, Anagallis Latine, officinis inusitata, Germanicè Gauchheyl, oder Gauch Coimarkraut. (Gallicè Mouron) Hoc nominis heyl Gerse forte à Germanis inditum est, quod Anagallis in limanis quæmine vestibuli suspensa maleficiorum introitū pelere dicta. lere credita sit. Errāt qui Morsum gallinae seu Pasce Anagallis serinam vulgò dictam herbam, Anagallida putāt, nō ē Morsus haud secus atque ii, qui Auriculā muris pro Anagallis gallide depictam ostendunt herbarij.

## GENERA.

na, neque

Auricula

Duo duntaxat Anagallidis esse genera, veterum omnium testimonio constat, marem scilicet & feminam, quæ sanè nullo nisi florum discrimine distant. Mas enim puniceo, femina verò cœruleo flore conspicitur. Proinde hallucinari iuniores ac barbaros medicos euidentissimum est, qui plura duobus Anagallidis genera constituunt.

## FORMA.

Frutices sunt Anagallides parui, in terra iacentes, folia in quadrangulis caulibus pusilla habentes, & modicè rotūda ad Helxines similitudinem. Semen gerunt rotundum. Non quicquam sanè certius hac scriptorum pictura respondet: cum duplex sit in flore color, puniceus nimirum & cœruleus, quadranguli caules per terram sparsi, folia nō toto ambitu rotunda, & semen coriandro non dissimile cinatum. Non est tamen quod sic humi prostratos

hos

PLANTARVM HISTORIAE

hos frutices intelligas, vt prorsus non suppullulent.  
Nam in altum etiam surgunt, non tamen altius,  
quam ipsa tibi examussum pictura monstrat.

LOCVS.

Pedibus in aruis vineisque vbique calcatur, ne-  
que quicquam nunc Anagallide despectius est, cum  
tamē in antiqua medicina multus eius fuerit vsus.  
Licet autem vbique ferē proueniat, in vliginosis  
tamen lætior.

TEMPVS.

Per æstitem vtriusque prouentus maximus est,  
potissimum autem mense Augusto. Florent autem  
à Maio mense vsque in autumnum.

TEMPERAMENTVM.

Anagallidis vterque sexus calidam & siccam  
facultatem obtinet, quod scilicet extergere possint.  
Mulieres nanque quæ asperiorē & decolorem à na-  
tura cutē acceperunt, ad leuorem nitoremq; vultus  
harū succo vtitur, vt hac rat'one errare necesse sit,  
qui Anagallidis frigidam & humidam esse statuunt.

Error qua  
rumlā de-  
tegitur.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Vtraque mitigandi facultatem habent, inflam-  
mationes arcent, furculos extrahunt, vlcera serpen-  
tia compefcunt. Succus eorum gargarissatus pitui-  
tam capitis purgat. Per nares infusus dolorem dē-  
tium lenit, si in contrariam naurem iniiciatur. Ar-  
gema cum Attico velle emendat, & oculorum ca-  
ligines iuuat. Contra viperarum morsus, renum &  
iecinoris vitia, ex vino potus prodest. Tradunt nō

nullis

nulli eam que cœruleū florem habet, prociuiam se-  
dem reprimere: que uerò puniceum, illitu euocare.

## EX GALENO.

Anagallis utraque, tam ea que florem parit cœ-  
ruleum, quam ea que puniceum, admodum exten-  
gendi facultatem obtinent. Quœdam etiam calo-  
rem attractorium possident, ita ut impactos cor-  
pori resigant aculeos. Succus ea ū ex naribus pur-  
gat eadē de causa. Et ut summam dicatur, exi-  
catoriā citra mordicationem facultatem habent,  
quā obrem vulnera glutināt, & putrida adiulant.

## EX PLINIO.

Vtriusque succus oculorum caliginem discutit  
cum melle, & ex ictu cruorem, & argema rubens,  
magis cum Attico melle inunctus. Pupillas dilatat,  
& ideo hoc iniunguntur antè, quibus paracentesis  
fit, iumentorum quoque oculis medentur. Succus ea  
put purgat per nares infusus, ita ut deinde uino  
colluatur. Bibitur & contra argues succi drachma  
in uino. Mirum, quod fœminam pecora uitant. At  
si decepta similitudine (flore enim tantum distāt)  
de gustauere, statim eam que Asyla uocatur, in re-  
medio querunt. Ea à nostris ferus oculus nuncupa-  
tur. Præcipiunt aliqui effossuris, ante solis ortum, Supersti-  
tiusquam quicquid aliud loquantur, ter salutare tiosum.  
eam, tunc sublatam exprimere, ita præcipuas esse  
vires. Urinā cient Anagallides. Iecinori mirè pro-  
sunt. cohibent quas nomas uocant. Vtiles & recē-  
tibus

PLANTARVM HISTORIAE

tibus plagis, præcipuè senum corpori. Ad recentia quoque vulnera tanta traditur vis, ut saniem ossibus extrahant. Anagallis cærulea procidentia sedis retro agit, è diuerso rubens proritat.

DE ALSINE. CAP. VII.

Alsine omnis Mouron nobis dicitur, à baccarum similitudine cum solano.

NOMINA. *hoc dicitur*

Morsus  
gallinae.

**A**ΛΣΙΝΗ Græcè, Auricula muris Latine, Morsus gallinae vulgò appellatur. Pauerina Italianè, quod paueris, id est, iunioribus anseribus gratiù pabulù sumministret. Auiculas caueis iclusas, cū fastidiunt escam, aucupes hac herba recreare solèt.

Gallicè Mouron, aliis Morgeline vocatur.

Alsine cur dicta. Alsine autem dicta est, quòd lucos, quæ Græci ἄλδι-  
dicta. σιν nominant, nemorosaq; & umbrosa loca amet.

Auricula muris. Auricula verò muris, quòd musculorum auribus folia similia habeat.

GENERA.

Quamuis Dioscorides & alij vnã tantum Alsinen faciunt, nos tamen tria eiusdem genera, licet plura adhuc inueniantur, damus. Primum genus Alsinen maiorem vocauimus, quod scilicet vera sit Alsine, & aliis maior, Gallicè Mouron nominatur. Alterius generis plantam Alsinen mediam appellauimus, Gallicè Moyen mouron. Hæc quod ad flores attinet, qui cærulei sunt, à descriptione variat: eiusdem tamen cum priore facultas  
tis.

*hoc dicitur*

*hoc dicitur*

tis. Tertij generis herbam. *Alsinen* minorem vocamus. Hæc, quidem, vt prima, pulchrè descriptioni respondet. Gallicè *Petit mouron* nuncupatur.

FORMA. *a esmæ qm geng hoendæ uer*

Cauliculis serpit rotundis, è quorū geniculis exiles ramuli profiliunt, foliis *Helxines* minoribus, minusque hirsutis, flore exiguo, candido, foris herbasco. Hæc cum teritur cucumis odorem refert. Non autem illam *Peponis* maturi incunditatem, sed herbaceum cucumeris odorem subolet. Porrò cum *Dioscorides* *Helxinæ* similem esse *Alsinen* tradit, non de ea *Helxina* quæ vulgò *Parietaria*, sed ea potius quæ alio nomine *Cissampelos* dicitur, intelligas oportet: hæc enim folia *Hederæ* haud dissimilia obtinet. Adèò vt liquidò iam constet, *Alsinen* esse eam herbam quam passim hodie *Morsum gallinæ* appellant. Huc accedit quòd facultates, vt ex sequentibus patebit, quas vulgus *Morsui gallinæ* tribuit, ab *Alsinæ* viribus nihil varient.

*Helxine duplex.*

LOCVS.

Nascitur in lucis, hortis, & maximè in parietibus, maceris, opacisque locis.

TEMPVS.

Incipit à media hyeme. Arefcit autè æstate media. Cum prorepat, muscilorū aures imitatur foliis.

TEMPERAMENTVM.

Refrigeratè & humectatè haud secus quàm *Helxine* obtinet facultatè: est enim aquæ essentiæ frigidaq;

PLANTARVM HISTORIAE

frigidaeq; quare & citra adstrictionem refrigerat.  
VIRES. EX DIOSCORIDE.

Al sine refrigerandi facultatem obtinet. Oculorū  
inflammationibus cum polēta illita conuenit. Suc-  
cus eius aurium doloribus instillatus prodest. In  
vniuersum eadem quæ helxine potest.

EX GALENO.

Ad feruentes phlegmonas, & mediocria cryssi-  
pelata competit.

EX PLINIO.

Vsus eius ad collectiones inflammationēsq;  
Quin emendat omnia quæ Helxine, sed infirmius.  
Epiphoris peculiariter imponitur: item verēdis vl-  
ceribusque cum farina hordeacea. Succus eius au-  
ribus infunditur.

APPENDIX.

Easdem facultates, herbis quas morsus gallinæ  
vulgò nominant, nostri temporis herbarij tribuūt,  
quòd scilicet ad feruentes inflammationes, ac crys-  
sipelata prosint. Omnes enim, vt dictum est, refria-  
gerant atque humefant. Hinc est quod minorem  
aliqui Germanorum Fieberkraut vocent, quia  
scilicet febribus accommoda, & utilis sit.

DE ANIHEMIDE.

CAPVT VIII.

*With camille*

Chamæmelum leucanthemū nomen no-  
bis retinet.

*guck camille*

Chrysanthemū quod pingis: mihi quod  
sciam non est visum.

Eranthe-



Eráthemum quia vere floret in calcaris effi- *κιδδερσπος*  
 giem, in ambitu purpureum, cornueta  
 nobis dicta pingitur, quæ tamen floret  
 melsibus.

## NOMINA.

**A**νθεμις, ἢ χαμοαίμηλον Græcè, Anthemis,  
 Chamæmelon Latine, officinis corrupto no-  
 mine Camomilla dicitur, Germanicè Camillen.  
 (Gallicè de la Camomille.) Chamæmelon quo- *Chamæ-*  
 niâ odorem habeat mâli, appellant, id quod de pri- *melon cur-*  
 mo genere potissimum intelligendum venit. *dictum.*

## G E N E R A.

Tria eius genera, floribus tatum distantia, inue-  
 niuntur. Hi enim & si intus aurei sint, tamen foris  
 per ambitum illis adacèt folia aut candida, aut  
 lutea, aut purpurea. Quæ foris in orbem cædida fo- *Leucæthe*  
 lia obtinet, ea est quæ à Dioscoride propriè λευ- *mon.*  
 κώνθεμον, & vulgò hodie Camomilla vocatur.  
 Quæ verò luteis per ambitum foliis cõstat, ea haud  
 dubiè est, quæ priuatim Dioscorides à suis floribus  
 χρυσοάνθεμον nominat, Germani autem pulchrè *Chrysanthemum.*  
 ad Græcâ appellationem alludentes, Goldtblu-  
 men, Gelcamillen, Streichblumen, appellant.  
 Tertia species chamæmeli, quæ nimirum purpurea *Eranthemum.*  
 per orbem folia habet, nulla alia est nisi ea quam  
 hodie vulgus medicorû Consolidâ regalè, Germani  
 autè à similitudine calcaris, cui respondet flosculus  
 eius herbe, & à colore lepidò regioq; qui aspectari  
 nunquam;

PLANTARVM HISTORIAE

nunquam satis potest, Rittersporn vocant. Dioscorides peculiariter ῥιττερσπρον, eo quò vere flo-  
*Consolida* reat, dici tradit. Tria itaque in vniuersum *Anthe-*  
*regalis* est midis seu *Chamæmeli* genera sunt, quorū sanè pri-  
*tertia cha* mum *Chamæmelon leucanthemon*, alterum *Cha-*  
*mæmeli* mæmelon *chrysanthemō*, tertiu *Chamæmelon crā-*  
*species.* themon *Dioscoridi* nominatur. De duobus primis  
 generibus neminem dubitare, quin vera & legitima  
 sint, arbitramur, quòd nihil in iis sit, quòd  
*Dioscoridis* descriptioni, quam mox subiiciemus, nò  
 respòdeat. Tertiu fortè nonnullis qui morosus omnia  
 obseruāt, minimè genuinū *Chamæmeli* genus esse  
 videbitur, ideoq; quibus sumus argumentis & con-  
 iecturis impulsī, vt tertiu *Anthemidis* esse genus  
 credamus, necesse erit ostēdere. Potissimum autem  
 quòd nos in hanc sententiā pertraxit, est, quòd sin-  
 gula in *Dioscoridis* descriptione illi congruant, ra-  
 mi scilicet palmum non excedentes, fruticosi, mula-  
 tas alas habentes, parui & exigui, capitula rotū-  
 da, aurea, foris purpureis foliis, magnitudine in nul-  
 lo alio genere *Rutæ* foliis magis similibus circū-  
 data. Deinde sententiā hanc nostram confirma-  
 uit antiquissimus codex manuscriptus, in quo pictu-  
 ra exquisitissimè *Regalem* dictā *consolidam* refert,  
 quam iis sanè verbis describit: herba est quam qui-  
 ce dam *Monachellam*, siue *Capuciariam* vocant (à cui-  
 ce collo haud dubiè *monachorum*, quem flores illius  
 ce herbae referunt, nomen imponentes) *Dioscorides*  
*Eranthemno*

*Eranthemum* appellat, & est vna species *Anthemidis*, quæ folia instar *Camomillæ* habet, nigriora tamen: florē autē violæ similem. Hæc ille. Quibus omnibus illud etiā accedit, nostrā de hac herba sententiā mirificè corroborans, quòd vulgus hodie medicorum *Consolidam* regalem calculosis, & oculis prodesse tradat, ad eò vt illius etiā cōspectum multos ex oculis laborantes sanasse dicant. Atque hinc fit vt studiosi passim eam herbā in suis museis suspensam habeant, oculis hac ratione cōsulere volentes. Has autem omnes facultates, vt ex sequētibus patebit, *Eranthemo* suo *Dioscorides* etiā adscribit. Quamobrem nihil certius est, quàm *Consolidā* regalem tertium esse *Anthemidis* genus, id quod argumenta nostrā iam adducta palàm euincunt.

## FORMA.

Rami palmum non excedunt, fruticosi, frequentes alas habentes, parui, tenues & multi, capitulis rotundis. Flores intus aureos continent, foris verò per ambitum candidos, aut luteos, aut purpureos, foliorum *Rutæ* magnitudine.

## LOCVS.

Nascuntur in aspero, sicco, macroque solo, & iuxta semitas atque itinera.

## TEMPVS.

Colliguntur vere in calidis potissimū regionibus, in nostris inter æstatis initia, hoc est, Iunio mense.

## TEMPERAMENTVM.

c  
Calescens

## PLANTARVM HISTORIAE

Calefaciunt & desiccant in primo ordine.

### VIRES. EX DIOSCORIDE.

Vim habent radices, flores, & herba calefaciendi, extenuandiq; Potu & in seissione menses, fixtus, calculus, & vrinam pellunt. Aduersus inflationes, & tenuis intestini dolores bibuntur. Bile suffusos expurgant, & iecinorosis medentur. Decocto earum vesica vitia fouentur. Efficacius ex omnibus generibus est, quod florem fert purpureum, ceterisque maius existit, idq; proprie Eranthemon vocatur. Quod verò Leucanthemon & Chrysanthemon cognominant, vehementius vrinam ciunt. Aegilopiis illitæ medetur. Commanducata oris vlcera sanant. Nonnulli in clysteribus ex oleo vtuntur, terentes ipsas ad pellendos febrium circuitus. Folia & flores reponi debent, & separatim contusa in pastillos conformari. Radix quoque siccatur, & vsu poscete interim partes duas herbae, floris aut radiceis modò vnam: interim contra floris duas, & herbae vnam, alternis diebus duplicantes pondus, dare conuenit. Bibere autem oportet in vino diluto mulso.

### EX GALENO.

Tenuium est partium, quamobrem digerendi, rarefaciendi, & laxandi facultatem obtinet. Est itaque Chamamelon tenuitate Rosæ persimile, calore verò ad olei facultates magis accedit, animalis familiares, & reperatas. Quapropter lassitudinibus vt si quid aliud, cõfert, doloresq; mitigat. Præterea  
tensa

tenfa remittit & laxat, quæq; mediocriter dura sunt, emollit, quæq; constipata condensatæve sunt, rarefacit. Ad hæc febres quæ citra visceris alicuius inflammationem infestant, dissoluit, præsertim quæ ex humoribus biliosis, aut cutis densitate consistunt. Quæ de re & ab Aegyptiorum sapientissimis Soli consecrata est, februumq; omnium remedium putatur. Verùm hæc quidem in re à veritate aberrant: solas enim quas diximus febres sanare potest, eas quæ quæ iam concoctæ sunt. Iuvat autem pulchrè reliquas etiam omnes quæ melancholicæ sunt, aut pituitosæ, aut ex visceris inflammatione prognatæ: nam & harum remedium Chamæmelum vel strenuissimum est, vbi iam concoctis adhibetur: quæ propter & hypochondriis, vt si quid aliud, gratum existit.

## EX PLINIO.

Medici vere folia tusa in pastillos digerunt, item florem & radicem. Dantur omnia mixta drachma vnius pondere contra serpentum ictus. Pellit mortuos partus, item menstrua in potu, & urinam calculosque: inflationes, iccinorum vitia, bilem suffusan, egilopia. Commanducata vlcerum manantes in ore eruptiones sanat. Ex omnibus iis generibus ad calculos efficacissima est, quæ florem purpureum habet, cuius & foliorum, & fruticis amplitudo maiuscula est. Hanc propriè quidem Eranthemon vocant.

PLANTARVM HISTORIAE  
DE ANETHO. CAP. IX.  
NOMINA. *Idem*

**A**νηθον Græcè, Anethum Latinè appellatur. Nomen in officinis genuinum retinet, Germanicè Dyllè, & Hochkraut (Gallicè Anet) nominatur.

FORMA.

Anethum sesquicubitali proceritate assurgit, multicaule, ramosum, exilitate folij in staminis penè modum extenuata, luteolo flosculo, semine lato & quasi foliato, radice lignosa, neq; adeò proluxa, umbella feniculi; cui cognatum quasi genus, propter similitudinem videri potest.

LOCVS.

In hortis seritur: interdum & sponte, feniculi modo. prouenit.

TEMPVS.

Floret in æstate, Iunio & Iulio mensibus.

TEMPERAMENTVM.

Anethum adeò calefacit, vt habendum sit aut secundi ordinis intensi, aut tertij remissi. Exiccantium verò ordinis est secundi incipientis, aut primi finientis. Vstum autem tertij tum calfacientium, tum desiccantium ordinis sit.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Anethi aridi comæ seminisq; decoctum potu lac euocat. Tormina & inflationes sedat. Aluum leuè que vomitiones sistit. Vrinam cit. Singultus lenit. Oculos hebetat, & genituram assidue potum extinguit. Decoctu eius mulieribus præfocatione vuluæ laboranti-



laborantibus ad insidendum vtile. Semen eiusdem  
vstum & illitum condylomata tollit.

## EX GALENO.

Anethum in oleo decoctum digerit, sedat dolores,  
somnum conciliat, crudos & incoctos humores  
concoquit. Fit enim ex eo oleum, cuius propinqua  
sit temperies pus mouentibus, & maturatibus vocatis  
medicamentis, nisi quatenus paulò illis tñ calidius,  
tum tenuiorum partium est, atque adeò digerendi  
facultate præditum. Vstum vlceribus admodum  
humidis illitum prodest, potissimū iis quæ in  
pudendo consistunt. Quæ autem in præputio sunt inueterata,  
iis probè cicatricem inducit. Cæterum viride  
humidius est, & minus calidum, itaque magis  
concoquit sicco, & somnum conciliat, sed minus  
digerit. Idcirco mihi videntur veteres coronis ex  
eo concinnatis in symposiis vsti esse.

## EX PLINIO.

Anethum ructus mouet, & tormina sedat. Aluum  
sistit. Epiphoris radices illinuntur ex aqua vel  
vino. Singultus cohibet semen feruens olfactum.  
Sumptum ex aqua sedat cruditates. Cinis eius vna  
in faucibus leuat, oculos & genituram hebetat.

## EX SIMEONE SETHI.

Ad crassorum humorū inflationes prodest. Quidam  
sanè ipsum stomacho bonū esse, alij verò misime,  
dixerūt. Illi quidem ad eius caliditatem, & facultatem  
quæ humiditatem concoquit, & flatu

PLANTARVM HISTORIAE

qui sunt in ventriculo discutit, respexerunt: ij verò ad substantiam eius, quæ crassarum est partiu, cõcoctu difficilis, & nauseosa. Oleo incoctũ discutit, & somnũ conciliat. Inunctũ tumores crudos cõcoquit. Inflationes quoque quæ in ventriculo generantur, digerit. Corpus ex immodico labore defatigatum, curat. Renes verò, vt quidam aiunt, lædit.

DE AIZOO. CAP. X.

Sedum maius nobis Iouis barba, minus mas. Triquemadame, hortẽse est acerariis expetitur: alia duo syluestria quorum posterius vermicularis nobis dicitur calida multum herba, non autem teneo aliud.

NOMINA. *δουδεκάριον*

*ειζων* Græcè: *Aizoon*, *Sedum*, *Sēperuuium*

A Latinè nominatur. Postremum nomen officinæ obtinuerunt. Vulgo Iouis barba, Gallicè

Iouis barba.

de la Ioubarbe dicitur, quòd scilicet nonnullis locis plebis animos iam pridem inuasit opinio, non feriri fulmine domum, in cuius tegulis vireat *Sedum*. Porrò *Aizoon* & *Semperuuium* appellant, quod perpetuò, tam æstate quàm hyeme vireat, nec vllis frigoribus, aut cæli iniuria quantumuis frigida emoriatur.

GENERA.

*γροειδὲς δὲ δώδεκον* Dioscoridẽ sequẽtes tria eius genera statuimus.

*Aizoon* Primum *Aizoon* seu *Sedum maius*, quòd folia latiora habeat. Alterum *Sedum minus*, quòd Græcis

*βλάδιον* & *μαννικὸν* est *Sedum minus* etiam *Sedum minus* *βλάδιον* & *μαννικὸν*

etiam τριθαλὲς, quia ter floreat in anno, vocatur.  
 Vulgò Vermicularis, à similitudine foliorum, quæ Vermicu-  
 rotunda sunt, & figuræ oualis, vt vermiculos putes, laris.  
 & Crassula minor nominatur. Huius iterum duo Crassula  
 sunt genera: alterum enim mas est, quod nimirum minor.  
 floribus luteis spectatur, & Gallis Triquemada. Aixoon  
 me appellatur. Alterum femina, quod pallidis seu minus.  
 candidis conspicitur floribus. Tertium genus est Tertium  
 quòd Aixoon sylvestre, ab aliis Portulaca sylvestris genus  
 aut Illecebra minus rectè & improprie dicitur. Aixoi-1  
 Nam portulaca sylvestris diuersa ab hoc tertio Se-  
 di genere herba est, vt suo dicemus loco. Illecebra  
 autem nomen aliæ debetur herbæ, quæ Telephion  
 vocatur, vt in eiusdem historia docebimus. Nomina  
 verò hæc generi illi indiderunt, seducti errore eorū  
 qui Portulacam sylvestrem cum tertio Aixoo apud  
 Dioscoridem confuderunt, atque ad eò quæ debentur  
 Portulacæ & Telephio nomina, Aixoo temere  
 assignarunt. Vt enim viribus diuersa est Portulaca  
 sylvestris ab hoc genere tertio Aixoi, ita etiam no-  
 mine & forma. Quare meritò reprehendendi sunt  
 qui duo hæc capita sic sibi temere miscuerūt. Vul-  
 gares herbarij Vermicularem minorem vocant.  
 Galli Pain d'Oyseau.

## FORMA.

Semperuiuū maius caules profert cubitales, in Maius-  
 terdum etiā maiores, pollicis crassitudine, pingues,  
 egregiè virentes, intifuras Characiæ Tithymalli  
 c iij                    instar

PLANTARVM HISTORIAE

instar habentes. Folia pinguia, pollicis magnitudine, in cacumine lingue similia, alia in terram resupinata, alia in capite inuicem contracta, circulo oculi figuram circumscribunt. Minus Aizoon caules ab vna radice exeuntes multos habet, tenues, foliis plenos rotundis, pinguibus, paruis, in summo acuminatis. Emitterit autem è medio caulem palmi altitudine, umbellam & flores pallidos luteosve sustinentē:  $\chi\lambda\omega\rho\acute{\alpha}$ .  $\chi\lambda\omega\rho\acute{\alpha}$  enim hoc loco, vt aliàs sepe, pro  $\acute{\omega}\chi\rho\acute{\alpha}$  accipitur, id quod ex Serapione etiam abunde constare potest, qui hūc Dioscoridis locū ita reddidit: Et habet virgam in medio longam, circa longitudo dinem palmi super quam est capitellum, in quo est flos citrinus, subtilis. Eam autem Semperuii minoris speciem quæ flosculis luteolis spectatur, dilucidioris doctrine gratia, marem appellauimus. Alteram verò quæ candidos obtinet flores, feminam. Tertiam Semperuii genus syluestre dictum, foliola habet pinguiora, ad Portulacæ figuram accedentia, & hirsuta, breuioriq; cacumine. His verbis exquisitè admodum Dioscorides & Plinius tertium Aizoi genus, quod vermicularè minorem hodie appellant, delinearunt. Habet enim pinguia admodum foliola, ad Portulacæ syluestris formā nonnihil accedentia, hirsuta, & breuiori quàm in Aizoo minori cacumine. Reliqua quæ sequuntur in quibusdam Dioscoridis exemplaribus, manifestè adulterina sunt. Neque iis plura habet Aldinum exemplar,

Et alia quæ paulò sunt castigatiora.

## LOCVS.

Maius nascitur in montanis & testeis. Nonnulli autem in tectis domorum conferunt. Minus Aixpon in muris & petris, maceris vinearum, parietibusque que prouenit. Tertium in petrosiss locis, sepulchris umbrosiss, oppidorumque fossis.

## TEMPVS.

Florèt Maio & Iunio mēsis maius & minus. Tertium autem genus in Maio tantum floribus oratur luteis.

## TEMPERAMENTVM.

Aixpon vtrumque, tam maius quam minus, desiccāt modicè, vehemēter autem refrigerāt: sunt enim ex tertio ordine & recessu refrigerantiū. Tertium genus calidum esse, Dioscoridis & omnium veterū testimonio constat. Gustus etiam minimè reclamāt: si enim gustaueris, linguam vehemēter vrit.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Maius vim obtinet refrigerandi & adstringēdi. Conferunt ad erysipelata, herpes, nomas, oculorū inflammationes, ambusta, podagras, folia per se, & cum polenta illita. Succus verò cum polenta & rosacco, capiti in doloribus infunditur. Datur à phalangio morsis in potu diarrhœa laborantibus, dysentericisq;. Teretes lumbricos cum vino potus excutit. Subditus in pessa, muliebres fluxiones sistit. Succus etiā lippicentibus à sanguine vtiliter inungitur.

PLANTARVM HISTORIAE

gitur. Minoris folia antedicto eandem facultatem habent. Tertium genus calfaciendi vim habet, acré, & exulceratè. Cū axungia illitū, strumas discutit.

EX GALENO.

Semperuiuum vtrūque tam maius quàm minus desiccet quidē modicè, quādoquidem & mediocriter adstringat, omnis alterius vehemētis qualitatis expers: quare in eo aquea essentia abundat. Refrigerat non mediocriter, ideoque ad erysipelata, herpetas, & à fluxione natas phlegmonas prodest.

EX PLINIO.

Vtriusque vis eadē, perfrigerare & adstringere. Medentur epiphoris folia imposita, vel succus inunctus. Purgant enim vlcera oculorū, explentq; & ad cicatricem perducūt. Palpebras deglutināt. Eadem capitis doloribus medentur, succo vel folio temporibus illitis. Aduersantur phalangiorum ictibus: aconito verò maius Aizoum præcipuè. A scorpionibus quoque feriri id habentem negant. Medentur & aurium dolori.

APPENDIX.

Errat non parum hodie magna medicorum pars, qui Sedi genus tertiu refrigerare, asserere haud ventur. Et mirum sanè cur ab eo errore illos Dioscorides non reuocet, qui disertè ait, hoc ipsum calefaciendi, & exulcerandi facultatem habere. Sed fortè non magnopere laborant, quid de hac planta Dioscorides tradat: debuisset tamen erroris huius admo



admonuisse eos saltem germanica eius plantæ nomenclatura. Neq; enim alia ratione Maurpfeffer nostris Germanis dicta est, nisi quod in muris proueniat, gustuque acris admodum sit.

## DE ARNOGLOSSO. CAP. XI.

Plantago hæc triplex omnibus nota, & quæ speciatim præter has Arnoglossum dicitur, rotundioribus foliis, lanuginosis, fessilibus, vsu frequētissimo officinarum celebris.

## NOMINA.

**A** ΠΥΘΑΓΩΡΟΥ Græcis Arnoglossum, Plantago <sup>Plantago media</sup> <sup>Græc. μαργαρίτα</sup> <sup>Plantago minor</sup> <sup>Græc. σεντενίαν</sup> Latinis nominatur. Nomen latinum Plantaginis officinæ retinuerunt. Gallicè du Plantain, Germanicè Schaffzungē quod nomen Græco pulchrè respondet, dicitur. Arnoglossum, quod eius forma <sup>Arnogloss</sup> <sup>lia agnina lingua similima sint, appellarūt Græci. sum vnde</sup> Latini autē Plantaginem, ducto à planta vocabulo dictum. lo, nuncuparūt. Sunt tamen qui à multitudine nervorum, quibus quasi costis in dorso per longitudinem folia eius distincta sunt, Polyneuron vocant. <sup>Polyneuron.</sup>

## GENERA.

Duo Plantaginis sunt genera, veterum omnium sententia, maior & minor. Maior, quæ peculiariter à septenis quæ in foliis apparēt, costis, Græcè ἐπτακότων ὀσφον, id est, Septinerviā vocant. Minor, eo quod eius folia fibris quinque tanquam nervis distincta sunt, πέντε ὀσφον, id est, Quinqueneruia dicitur.

PLANTARVM HISTORIAE

dicitur. Officina, quoniam folium arctius desinit in acumen, & velut in lanceæ mucronem fastigiatur, Lanceolatam, vulgus autem Lanceolam appellat, quia scilicet acuminatior & longior est.

FORMA.

- Minor. Minor Plantago angustiora, minora, molliora, leniora, & tenuiora folia habet, caule anguloso, in terram inclinato: flores pallidos: semen in summis caulibus. Maior contra crassior vegetiorque, latiore folio, betaceo. Folia siquidem maioris Plantaginis betaceorum effigiem, non alterius oleris referunt, quod Dioscorides λαχωνίδες dixit. Nam apud Athenienses λαχωνοῦ pro Beta sepe sumi solet, à cuius foliis non multum Plantaginea videntur abhorre. Non itaque olus intelligere potuit, cum in exprimenda similitudine speciatim loqui, non generatim conueniat. Huius caulis angulosus, subruber, altitudine cubitali, à medio sui ad verticem usque tenui semine circumdatus, flosculum in spica luteū, nonnunquā herbaceū ostētat. Radices subsunt illi teneræ, hirsutæ, candidæ, digitali crassitudine. Descriptiones hæc Dioscoridis pulchrè picturæ respondent. Antiquus etiam herbarius easdem pro maiori & minori Plantagine herbas exhibet.
- λαχωνοῦ.

LOCVS.

Maior in palustribus potissimū nascitur. Vtraque autem circū sepes, aggeres, prata, & lacunosa loca.

TEMPVS.

Herba & flores in aestatis initio, Maio & Iunio mensibus, semen verò Augusto carpitur mense.

## TEMPERAMENTVM.

Mixta est temperatura Plantago, habet enim quiddam aqueum frigidum: habet verò & austerrum quiddā, id quod terreum est, siccum, frigidum. Itaque refrigerat simul & desiccatur, & in utroque secundi recessus à mediis est.

## VIREs. EX DIOSCORIDE.

Vim habent folia exiccatoriam & adstringentem, ideo ad omnia vlcera maligna, elephantica, quæ humore scatēt, & sordida, conferunt. Eruptiones sanguinis, nomas, carbunculos, herpetas, epinyctidasq; cohibent. Vlcerā vetera & inæqualia cicatrice obducunt. Medentur & iis quæ Chironia nuncupantur. Sinus glutināt. Morsibus canis, ambustis, inflammationibus, parotydis, panis, prosunt. Strumis & agilopis cum sale illita conferunt. Oulus coctum cū aceto & sale dysentericis & celiacis sumptum subuenit. Datur & in locum Betæ cum lentricula coctū. In leucophlegmatia post aridas epulas in medio herba decocta datur. Comitialibus & asthmaticis data proficit. Foliorum succus oris vlcera continua collutione purgat. Cum creta cimolia & cerusa ignibus sacris medetur. Fistulas infusus sanat. Aurium doloribus & lippitudinibus succus instillatus, & collyriis additus prodest. Ginguivis sanguinolentis, & sanguinem reiiciētibus po-

PLANTARVM HISTORIAE

tus cōfert. Dysentericis subter per aluum iniicitur. Bibitur cōtra tabē. Aduersus vteri strangulationes in lana apponitur: item vuluæ fluxiones. Semē cum vino potum alui fluxiones, & sanguinis excretionēs sistit. Radix decocta collutione. & cōmanducata, dentium dolores sedat. Eadē cū foliis in passo ad vesica renūq; vlcera præbetur. Fecunt tres radices cū tribus vini cyathis, & pari aquæ potas, tertianis auxiliari, & quatuor quartanis. Sunt qui radice è collo suspensa ad strumas discutiendas vtatur.

EX GALENO.

Quæcumque medicamenta cum hoc quod refrigerant vnā etiā adstringūt, ea & ad vlcera maligna omnia, & ad fluxiones, & putredines prosunt atque adeo etiā ad dysenterias: nā & sanguinis eruptiones sistunt, & si quid aduratur refrigerant. Sinus quoq; glutināt, & alia vlcera recētia simul & vetera. In omnibus ferē id genus medicamentis primas tenet, aut certē nulli secūdum est Arnoglossum, idq; tēperaturæ symmetria. Nā siccitatem obtinet morsus experitē, & frigiditatem quæ nōdum obstupesciat. Semen eius & radix similis sunt facultatis, attamen siccioris, & minus frigida. Semē etiam subtiliū est partium, radices autem crassiorū. Et huius herbæ folia exiccata, subtilioris & minus frigida facultatis sunt, nēpe diffolato ex eo ac digesto excremento aquæ. Hac ratione radicibus vtuntur ad dentium dolores, tum manulucātes, tum collutionis

collutionibus incoquentes. Præterea ad iccinoris & renum obstructions non has tantum adhibent, sed folia quoq; & multo magis semen: hæc enim quãdam abstergendi in se facultatem habent, quam & in herba viridi inesse satis conici potest, verum ab humiditatis copia vinci.

## EX PLINIO.

Vis mira in siccando densandoq; corpore, caute vñ vicem obtinens. Nulla res æquè sistit fluxiones, quas Græci rheumatismos vocât. Stomachũ corroborat Plätago per se sumpta in cibo cum Lête alicuë sorbitione. Strumis medetur. Semen eius in vino tritum, vel ipsa ex aceto cocta, aut alica ex succo eius sumpta dysentericis datur. Lichenis fædo mala medetur trita. Vitia sedis & attritus celerrimè sanat. Ex aqua mulsã duabus horis ante accessionem pota duabus drachmis, tertianas leniores facit, vel succus radicis madefacta vel tusa, vel ipsa radix trita in aqua ferro calefacta. Quidã ternas radices in tribus cyathis aque dederunt. Idem in quartanis quaternas fecerunt. Hydropicos sanat in cibo cum prius panem siccũ comederint sine potu. Folia podagras refrigerat, & in primo impetu podagræ rubentis, hoc est, calidæ, conueniunt. Oris vlcera succus emendat, & folia radicesque comãducata, vel si rheumatismo laboret os. Vitio reiectio- nis sanguinis idem medetur. Phthisim sanat si bibatur, & ipsa decocta in vino cũ sale & oleo à somno

maruino

PLANTARVM HISTORIAE

matutino refrigerat. Luxatis dolores & tumores tollit folia tusa, addito sale modico. Fistulis infusus succus auxilio est. Sanguinis profluvium sistit semen, si ore reiciatur, siue aluo fluat, siue feminarum utero. Succus vomentibus sanguinem datur. Contusis, eversis omnibus modis ipsa sumitur. Medetur omnium generum ulceribus, peculiariter feminarum, senum, & infantium, igne mollita, melior & cum cerato.

DE ALISMATE. CAP. XII.

NOMINA. *ἄλισμα, ἄλισμα*

**A**λισμα, ἢ δαμασκόβιον Græcè: Alisma, *Dama-*  
*masonium* Latinè nominatur. Sunt qui eam herbam esse putent, quam herbarum & vulgus nominant Barbam sylvanam, & Plantaginem aquaticam: *Plantago aquatica.* nonnulli verò eam, quam multi pastorem fistulam vocant. Prior Germanis *Vuasser Vuegreich,* & *Froschloffel* (Gallicè *Plantain aquatique*) quòd scilicet in palustribus nascatur, ubi frequètes sunt ranae. Altera verò iisdem *Hirtenpfeiff* nominatur. Plantaginem autem aquaticam, ob natales & similitudinem quæ illi cum vera Plätagine est, dixerunt: quemadmodum fistulam pastorem, quòd singulari scapo rudis fistula & longitudinem & effigiem quædam videatur imitari. Quæ verò nostra de iis sit sententia, paulò post indicabimus.

FORMA.

Alisma folia Plätagini similia habet, angustiora tamen & in terram reflexa, demissaque. Caulis illi



est tenuis, simplex, altitudine cubitum excedente, thyrso similis, capitula habes. Flores tenues, candidos & aliquatenus pallidos obtinet. Radices vt Elebori nigri tenues, odoratas, acres, modicęque pingues. Ex qua quidem delineatione satis constat, neutra herbarum quarum picturas damus, esse Alisma. Nam herba quam hodie Plataninę aquaticę vocant, non per omnia historie respondet. Vt enim alia pretereę, radix eius neque odorata, neque acris est. Alterius autę, quam pastorale fistulę nominauimus, etsi radix odorata sit, minimę tamen acris existit. Quicquid tamen sit, hac potius quam altera pro Alismate vtendum esse censeo. Eius effigiem suo loco dabimus.

## LOCVS.

Aquosa amat loca, in quibus passim nascitur.

## TEMPVS.

In estate colligi potest, tū enim floribus abudat.

## TEMPERAMENTVM

Calidam esse hanc herbam satis monstrant radices, quas acres esse constat. Abstersoriam etiam quandam in se facultatem obtinent.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Radix vnius aut alterius drachmę pondere cū vino pota, his qui leporem marinum deuorauerunt, prodest, & quos rubeta rana momorderit, qui que opium hauscerunt. Torminibus & dysenterię per se, aut cum Danco pari pondere pota confert. Cōsulsis itidem & vteri stragulationibus. Herba sistit

PLANTARVM HISTORIAE

aluum, menses ducit, & oedemata illita lenit.

EX GALENO.

Damasonium aut Alisma. De hac herba in tertio libro tradit Dioscorides, quod radix eius epota dysenterias sanet, & aluum sistat, atque oedemata mitiget. Nos verò ea experti non sumus. Quòd autem constitutos in renibus calculos aqua in qua decocta fuerit pota comminuat, casu experti sumus. Ex quo liquet, quòd absterforiam quandam facultatem obtinet.

EX PLINIO.

Vsus in radice aduersus ranas & lepores marinos. Lepori marino aduersatur in vino potum. Strumis imponitur ex aqua coelesti folium tritum, vel radix cum axungio tusa, ita vt imposita folio suo operiatur. Sic & ad omnes ceruicis dolores, tumoresque quacumque in parte.

DE ARTEMISIA. CAP. XIII.

Artemisia vulgaris nobis nomen retinet. Tenuifoliam pingis quã matricariam vulgo vocamus. Monoclonum verò Tanacetum seu Athanasiam vulgo dictã. Tagetem verò quẽ Oculum Indicum vocamus.

NOMINA. *Βήμοστος*

**A**ρτεμισία Græcis, Artemisia Latinis, Germanis Beyfulz, Bucken. S. Johans gurtel, Sonnenuwed gurtel, oder Großer reinfarin (Gallicè Armoise ou l'herbe de saint Jehã) appellatur.

appellatur. Officina veterem appellationem retinent. Nomen herbae inditum putant ab Artemisia Artemisia uxore Mausoli regis, quae sibi hanc herbam adoptauit, unde diuit, cum ante Parthenis, id est, virginalis, quod virgo est, dea illi nomen dederit, vocaretur. Non desunt qui ab Artemide cognominata arbitrentur, quod priuatim feminarum malis, quibus ἄρτεμις, hoc est, Diana praest, medeatur. Nomen Germanicum S. Iohans gurtel, quasi diui Iohannis zonam dicas, à supersticiosulis nonnullis monachis & mulierculis herbae huic impositum est. Nam fuerunt qui non coronas duntaxat, sed etiam zonas ex ista herba confecerunt, quas tandem in ignem, qui in die diuo Iohanni baptistae sacro, in singulis plateis urbium succendebatur, nescio in quem euentum, proiecerunt, haud dubie hac herba in deserto diuum Iohannem cinctum fuisse somniati.

## G E N E R A.

Tres sunt, Dioscoride teste, Artemisiae species quae etiam hodie apud nos passim reperuntur. Prima ἄρτεμις ἰσχυρὰ ἰσχυρὰ, Latine Artemisia latifolia dicitur Artemisia latifolia. Ea autem est quae simpliciter hodie Artemisia latifolia vocatur. Huius iterum duo sunt genera colore duntaxat distantia: vnum caule & floribus rubes, Germanis Rotbucke, vel Rotbeyfus dicitur: alterum candidis caule, floribus vero flauis, Germanice Vucisf bucken appellatur. Altera Græcè ἄρτεμις ἰσχυρὰ Artemisia tenuifolia dicitur: quod tenuifolia quidem genus vulgus hodie Matricaria, Germani Matricaria

PLANTARVM HISTORIAE

Muterkrant & Mettram, (Gallicè de l'Espargoute) quod vteri què matricè vocāt, morbis me-

Artemis deatur. Tertia species Artemisia monoclonos dicitur, Tanacetū corrupto nomine pro tagetem hodie

clonos. nominant, Germani Reinfarn, quòd filicis ferè

Tanacetum speciem referat & in aquarū ripis nascatur: alio

nomine Vurmkrant, quoniam lumbricos è ventre

pellat. Esse verò hanc herbā aliquā Artemisiae spe-

ciem vel hinc etiā cōstare potest, quòd primā spe-

ciem, vt diximus, nonnulli Germanicè Grossen

reinfarn vocant: hac enim nomenclatura manife-

stè docent, & eam quam Tagetem appellant Ar-

temisiae esse cōgenèrem, quòd scilicet eandem ha-

beat appellationem. Huius haud dubiè generis est

herba quæ elegantissimos profert flores, garyophyl-

los Indos vocatos: nulla enim in re nisi floribus, qui

sunt elegantiores & longè maiores, ab hac nostrā

distat: odore tamen nostrā hanc etiā vincit. Hinc

est quod Tagetem Indicam appellauerimus, Ger-

manicè autem Indianische negelen. His autem

herbis tribus conuenire Dioscoridis descriptiones fa-

cilè vnusquisque ex iis quæ paulò post dicemus co-

gnoscat. Esse autè Artemisiae genera ex manuscri-

pto codice, quem sb vetustatem lubens cito, mani-

festè colligi potest. Is enim pictas ordine tres iam

commemoratas herbas ita ob oculos ponit, vt nemo

qui illas vel semel saltèm viderit, nō agnoscat. Pi-

ctura accedunt descriptiones, & nomenclaturæ ho-

die

tagetes Reinfarn

flos Indiambl  
Cucurbitiflora

die etiam vsitata. Primam enim Artemisiam, alteram Leptophyllon & Matricariam, tertiam vero Tagetem, quo nomine Apuleius vsus est, & Tanacetum appellat, ita vt nemo deinceps quin vera sint Artemisiae genera dubitare debeat, aut meritò possit.

## FORMA.

Prima species quae priuatim Artemisia dicitur, Artemisia fruticosa est herba, Absinthio similis, maiora tamē sicut & pinguiora folia habet, quae supernè ex nigro virescunt, subter autem cādicant, crebrò etiā resecta sunt. Flos illi tenuis, & semen rotundum. Altera, folia tenuiora obtinet, flores exiguos, tenues, albos, & grauius olentes. Porrò Sampsuchi odorem confricata eius folia & flores referūt. Quae utique descriptio ita Matricariam vulgò dictam herbam exprimit, vt nemo non, nisi talpa caecior sit, hanc esse alteram Artemisiae speciem videat. Fruticosa enim herba est Matricaria, foliis quàm sit Artemisia propriè dicta gracilioribus, floribus tenuioribus, per ambitum albis, (intus enim lutei existunt) grauius cum vniuersa herba olentibus. Hallucinantur itaque qui Serapionis interpretem secuti, Dioscoridis Parthenium esse putant, vt suo loco abundè demonstrabimus. Tertia  $\mu\omicron\nu\omicron\lambda\omicron\nu\omicron\varsigma$ , hoc est, vnicau- nium non lis dicta, simplici caule consurgit, foliis minutim est Matricariae. Caulis in summo floribus luteis & tenuibus caria. abundat. Haec odoris iucunditate priorè vincit. Quae sanè descriptio pulchrè herbam Tanacetum appellatam

PLANTARVM HISTORIAE

latam hodie, declinat, ita vt tertiam esse artemisiæ speciẽ nemo dubitare debeat, aut salte iure queat, Tagetes Indica caule exurgit rubescente, ramulis multis brachiato, foliis tenuib. minutim scissis, & grauitè odoratis, florib. in summo caule luteis, & croci ferè colorem referentibus, elegantia nulli alteri cedentibus.

LOCVS.

Prima nascitur in aquosis, incultis, asperisque locis. Altera in hortis, locis siccis & lapidosis. Tertia in aquarum ripis, atque vinearum aggeribus passim prouenit, vnde Germanicè apposito vocabulo Reinfern vocatur. Indica Tagetes non nisi sata prouenit in Germania.

TEMPVS.

Singula genera tria æstate, potissimũ cum vna maturescit, tunc enim abundant floribus, colliguntur. Indica paulò tardius in nostra regione floret.

TEMPERAMENTVM.

Calefaciunt & modicè desiccant, & sunt, quod ad calefactionem attinet, ordinis secundi: quod vero ad resiccationem, aut primi intensi, aut secundi remissi. Sunt etiam modicè tenuium partium.

VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Excalfaciunt & extenuant. Feruifacit & profunt ad infessus muliebres, ducendos menses, secundas & fetus. Vteri præclusionem atque inflamationẽ inuuant, lapides frangunt, & vrinæ suppressionem tollunt. Herba ipsa imo ventri illita copiosa menses mo-



uet. Succus eius cū myrrha subactus & admotus, ex vtero elicit quæcunque, & infessio. Bibitur etiã coma trium drachmarum pondere eorundẽ ducendorum gratia. Si quis stomacho laborans Artemisiam leptophyllon contuderit probè cum oleo amygdalino, & veluti malagma confecerit, stomachoq; imposuerit, sanabitur. Neruorum quoque dolore si quis affectus fuerit, ac succum eius cum oleo rosaceo miscens inunxerit, curabitur.

## EX GALENO.

Ad renum calculos mediocriter, & ad vteri fomentationes prosunt.

## EX PLINIO.

Artemisia priuatim feminariũ malis medetur. Eandem quoque secum habentibus, negant nocere mala medicamenta, bestiãve vllam, ne solẽ quidem. Bibitur & hæc ex vino aduersus opium. Alligata priuatim potens traditur, potãve aduersus ranas. Alligatam qui habet viator, negatur lassitudinem sentire.

## APPENDIX.

Præter dictas facultates vsu compertum est, flores Tanaceti pueris ex vino vel lacte datos, mirificè ex ventre lumbricos pellere, ideoq; Germanis herba lumbricorum, vt paulo antè diximus, appellata est hæc Artemisia species.

## DE APARINE. CAP. XIII.

Aparine Rebulus.

PLANTARVM HISTORIAE

NOMINA. *Ἐλεφάντης*

*Omphacocarpos.* *Philanthropos.* *A* *πάρινυ*, ἢ ὀμφαλόκαρπος, ἢ φιλάνηθος. *Ἐλεφάντης* *ἄπος* Græcè, *Aparine* Latine, *Klebkraut* Germanicè. (*Gallicè Grateron*) nominatur. *Omphalocarpos* ab *umbilici* similitudine, quæ *semen* eius refert, rectè dicta est. *Philanthropos* autem *vox* humanitatis, amoris & comitatus illi imposita est, quòd *blanda*, *comis*, & *hospitalis* herba sit, nec aliter prætercuntium vestes apprehendat, quàm solent amici & hospitaliores à se discedentes comprehensa veste retinere, aut si id nequeant, aliquid quandiu sequi. Quam appellationem pulchrè Germani exprimentes, *Klebkraut* nominant: est enim illis *Kleben*, quòd Latinis tenaciter adherere. *Officinae* & *herbarij* nonnulli *Aspergulam* hodie vocant: rectius tamen una detrिता litera nominarent *Asperulam*, quòd asperitate sua attingentium vestimentis pertinaciter hæreat.

*Annotatio.*

Errant qui putant legendū esse ὀμφακόκαρπος, nā *Dioscoridis* & *Pauli* exemplaria castigatiora omnia habent ὀμφαλόκαρπος. Cui sanè lectiōni & ratio ipsa subscribit, cū sic nominata sit ab *umbilici* specie, quam fructus eius refert. Quare cū altera lectiō ratione omni destituta sit, immeritò ab *Orosio Hispano*, *Hermolao*, *Marcellis*, & *Ruellio* *Dioscoridis* interpretes ὀμφαλόκαρπος legentes, taxantur.

## FORMA.

Ramulos habet Aparine multos, exiguos, quadrangulos, & asperos. Folia per ambitum orbemve Rubiæ modo per intervalla circumposita. Flores albos. Semen durum, candidum, rotundum, à medio, umbilici modo, leniter concavum. Ipsa herba vestibus adhærescit.

## LOCVS.

Nascitur in frumentario agro, aut hortis circa sepes & maceries.

## TEMPVS.

Colligitur æstate dum semine prægnans est.

## TEMPERAMENTVM.

Aparine modicè extergit & desiccatur, habetque non nihil tenuium partium: vnde satis constat hanc aliquam etiam caloris in se portionem habere.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Aperines seminis, caulium & foliorum succus cum vino potus, phalangiorum & viperarum morsibus auxiliatur. Infusus doloribus aurium medetur. Herba ipsa cum axungia trita coacta, strumas discutit.

## EX PLINIO.

Efficax Aparine contra serpentes, semine potus ex vino drachma: & contra phalangia. Sanguinis abundantiam ex vulneribus reprimunt folia imposita. Succus auribus infunditur.

## DE ACANTHO. CAP. XV.

Acanthus branca vrsina.

Acanthus Germanica nobis non visa.

PLANTARVM HISTORIAE

NOMINA. *Bernklau*

**A**κανθος, ἢ ἄκανθα Græcis, *Acathus* siue *Acantha* Latinis dicitur. Officinæ à similitudine, quam eius folia cum anterioribus *vsforū* pedibus habent, *Branca vsina* vocant. Ad quam etiam similitudinem respiciētes Germani, *Bernklau*, oder *Berntraiz*, nominant. Illud non prætercundum esse putavi, hanc herbam olim etiā Romanis *Marmorariam* esse dictam: quæ vox in omnibus *Dioscoridis* exemplaribus deprauata est, ac in *Mamolariam* detorta: quod eius folia columnarum maximè *Corinthiarum* capitulis insculpebantur, quarum identidem tam scapi quàm vertices marmore splendebant. Antiqui etiam *Acantho* pateras pingebant.

GENERA.

*to voh? Bernklau?* Duo *Acanthi* genera damus. Primum quidem legitimam *Acanthum* nominauimus, quod scilicet descriptioni per omnia respondeat, Germanis dicitur *Vuellchbernklau*. Alterum Germanicam, quod nimirum in Germania officinæ omnes pro *Acantho* hanc vsurpent herbam. Germanis simpliciter *Bernklau* vocatur.

FORMA.

Folia habet multò quàm *Lactuca* latiora, & longiora, *Eruca* modo incisuris diuisa, nigricantia, pinguis, leuis. Caulem leuem, binum cubitorū, digitali crassitudine, ex interuallis sub ipsum vsque verticem

verticem foliolis quibusdam oblongis veluti nucamentis, aculeatis, ex quibus cælidus promitur flos. Semen illi est oblongum, luteum, caput thyrse speciei. Radices subsunt glutinosæ, mucosæ, rubentes, longæ. Hactenus Dioscorides. Si autem veri Acanthi picturam diligenter spectare volueris, huic descriptioni prorsus quadrare videbis, ita ut nulla sit nota quæ illi non adamusim respondeat. Neque impedit quòd Acantha spinam significet, spinosa enim & hæc quidem herba est, sed mollibus duntaxat spinis, ideoque à Vergilio mollis Acanthus dicitur. Germanicam tamen Acanthum ad Dioscoridis picturam non penitus accedere, est evidentissimum. Potest tamen in prioris inopia, huius etiam commodus esse vsus, vt ex ijs quæ paulò post dicemus, patebit.

## LOCVS.

Nascitur vera in hortis, petrosis & humetibus locis. Germanica in hortis & pratis vndique.

## TEMPVS.

Colligitur in æstate dum floribus & semine abundat, Iunio præcipuè & Iulio mensibus.

## TEMPERAMENTVM.

Folia Acanthi mediocriter digerentem facultatè obtinèt. At radix exicatoria est, & leniter incisoria, & tenuium partium. Hanc vinum Acantho etiã Germanico inesse, gustus abundè monstrat. Folia enim eius modicè amara, radix autè subacris est.

## VIRES.

PLANTARVM HISTORIAE  
VIRE. EX DIOSCORIDE.

Acanthi radices vstis & luxatis illis profunt.  
Potæ urinam mouent, & aluum sistunt. Tabidis,  
ruptis, conuulsis, mirè utiles sunt.

EX PLINIO.

Radices Acanthi vstis luxatisque mirè profunt.  
Item ruptis, conuulsis, & phthisin metuentibus in  
coctæ cibo, maximè ptisana. Podagris quoque illis  
nuntur trite & calefactæ calidis.

APPENDIX.

Etsi nostræ Brancæ vrsinæ facies picturæ Acan-  
thi non vndiquaque respödeat, tamen eius radicem  
eandem habere cum Acanthi veri radice facultatè  
est euidentissimum. Cum enim gustu subacris sit, ne-  
cesse est vt exiccet, incidat, & tenuium sit partiū.  
Errant itaque nostræ atatis medici, qui neglectæ  
profsus radice, foliis tantùm vtuntur, quæ quidem  
mediocriter discutere valent.

DE SPINA ALBA. CAP. XVI.

Spina alba hortensis carduus beatæ Ma-  
riæ, syluestris palatium leporis.

NOMINA. *Witte distel*

*Καυθα λευκή* Græcè, Spina alba Latine,

A Officinæ Bedegarim seu Bedeguar Pæno  
nomine appellat, Germani Vucifdistel,  
Bedeguar oder Stechkraut. (Gallicè Chardron nostre  
Spina alba vnde dame, ou Chardron argentin, ou Artichaut  
dicta. fauage.) Nomen herba hæc ab albis foliis seu  
lacteis



lacteis maculis, quibus folia conspersa sunt, accepit.

## G E N E R A.

Quauis Dioscorides Spinæ albæ duntaxat vñ  
 faciat genus, tamen cum plures inueniantur apud  
 nos herbæ quæ descriptioni respōdent, plura etiam  
 vt illius statuamus genera necesse est. Vñ itaque <sup>ofc. v. r. a. m. d.</sup>  
 genus est, quod hodie vulgò Carduus Mariæ dicitur <sup>ofc.</sup>  
 tur, Germanis verò Mariendistel, oder Frau-  
 uendistel nominatur. Nos spinam albam hortens-  
 sem, quod nimirum in hortis tantum proueniat, ap-  
 pellauimus. Alterum genus syluestre est, proximè ad <sup>grook. m. s. t. h.</sup>  
 Dioscoridis delineationem accedens, ideò que à Ger- <sup>in s. h. l. u. y.</sup>  
 manis Vuciszuuegdistel vocatur. Cæterum vi-  
 dimus herbam peregrinam siccam, quæ syluestri,  
 quod ad formam attinet, per omnia respondebat,  
 quæ haud dubiè vera spina alba erat & descri-  
 ptioni prorsus conueniebat. Picturam eius, quod vi-  
 ridi destituebamur, dare non potuimus.

## F O R M A.

Folia albo Chamæleonti similia habet, angustio-  
 ria tamen & candidiora, subdēsa, subaspera ve, &  
 aculeata caulem binos cubitos excedentem, digiti  
 magni aut minoris crassitudine, subalbū, intus ca-  
 uum. In cacumine eius caput est aculeatum, Echi-  
 no marino nō absimile, minus tamen & oblongum.  
 Flores purpureos, in quibus semen Cnici forma, sed  
 rotundius. Quæ descriptio in vniuersum quadrare  
 videtur herbæ quæ vulgò Carduus Mariæ appella-  
 tur.

PLANTARVM HISTORIAE

tur. Folia siquidem Chamæleonti nõ dissimilia, angustiora, candidioraque (albis enim maculis vndique conspersa, vnde tam Græcum quàm Latinum, adde etiam Germanicum nomen Vuciszdistel, vt diximus, illi impositum est) subdensa, subasperave, & minimè mollia, & mirum in modũ aculeata sunt, ita vt contrectata immodicè pungant. Caulis eidẽ supra bina cubita altus, digiti maioris aut minoris crassitudine, et inanis. In summo vertice Echino marino haud dissimile caput aculeatum obtinet. Flores denique purpureos, in quibus semen Cnicò simile, sed rotundius habet, id quod ex vtriusq; seminis collatione pulchrè deprehendes. His accedit, quod facultates quas albæ spinæ Dioscorides tribuit, similes sint iis quæ Carduo Mariæ à nostris hodie herbariis assignantur, vt ex sequentibus innotescet clarius. Sylvestri sic quadrat descriptio vt nihil magis. Nam, vt cetera omittam, radix desiccatoria est, & modicè adstringens, atque adeo genuinas Spinæ albæ facultates obtinet.

LOCVS.

Nascitur in montibus & syluosis locis. Hodie in hortis passim etiam plantatur, vt alia quædam Carduorum genera. Sylvestre in locis incultis & arenosis provenit.

TEMPVS.

Colligenda est herba in æstate dum semine prægnans est. Floret autem Iunio & Iulio mensibus.

TEMPERAMENTVM.

Radix

Radix eius desiccatoria est, & modicè adstringens. Semè verò tenuis essentia, et calida facultatis.

## VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Radix huius pota, sanguinem excreantibus, stomachicis & celiacis prodest. Urinam cit. Oedematis illinitur. Decocto eius dentes in dolore colluuntur. Semen potum conuulsis infantibus, & à serpente demorsis auxiliatur. Ferunt etiam quòd amuletum ex eo venenatas bestias abigat.

## EX GALENO.

Radix celiacis, & stomachicis succurrit. Sanguinis reiectiones cohibet, & œdemata illita contrahit, ac dentes dolentes inuat, si decocto eius colluuntur. Semen potum iis qui conuelluntur, prodest.

## DE ASPARAGO. CAP. XVII.

NOMINA. *Conuertuntur*

**A**σπαραγος Græcè, Asparagus Latine vocatur. Officinæ extrita priore litera Sparagium nominat, Germani Spargen, (Galli Des asperges) Sic autem potissimè altilis satiuusve, de quo nobis hic sermo est, nominatur, eò quòd cauliculos hos, qui prima germinatione prodeunt è terra, præcipuos habeat.

Asparagus vnde dictus.

## FORMA.

E radiculis thyrsus primum exilit, cacumine in torulos turbinato, quod tandem increfcens explicatur in prægrandes ramos, quibus insunt folia capillamenti modo, & vt feniculi tenuata, quæ per  
*retuslas*

## PLANTARVM HISTORIAE

vetustate occalescunt in spinulas. Florē fundit paruum, quo decusso bacca dependent primum virides, quae tandem maturitate rubescunt, seminibus refertae. Radices spongiosae, longae & rotundae.

### LOCVS.

In hortis seritur & plantatur, inq; nonnullis locis lapidosis sponte prouenit.

### TEMPVS.

Thyrso primum cum ver appetit emicante virescit, spica tum cibus expetita. Recentes hos thyrsulos in voluptatem gulae verterunt belluones. Hodie decoctus in iure Asparagus, aceto, sale, & oleo conspersus magno gulae delectamento comeditur, & in principum deliciis est. Semen suo legitur tempore, nimirum aestate.

### TEMPERAMENTVM.

Abstergendi facultatem habet Asparagus, idque citra manifestam aut caliditatem, aut frigiditatem.

### VIREs. EX DIOSCORIDE.

Asparagi cauliculi cocti & comesti aluum molliunt, & vrinam mouent. Radicum vero decoctum, difficultati vrinae, regio morbo correptis, nephriticis, ischiadicis: cum vino autem idem decoctum phalangiorum morsibus auxiliatur. Si decoctum super dente retineatur, eius dolori medetur. Facit ad eadem omnia semen etiam potum. Ferunt mori canes decoctum eius bibentes.

### EX GALENO.

Renes ac iecur infarctu liberat Asparagus, & maximè herba ipsius radices & semen. Quin & dentium dolores sanat siccitatis nomine, quam vel maximè dentes requirunt.

## EX PLINIO.

Vtilissimus stomacho cibus, vt traditur, Asparagi. Cumino quidem addito inflammationes stomachi colique discutiunt. Eidem oculis claritatem adferunt. Ventrem leniter molliunt. Pectoris & spine doloribus, intestinorumque vitiis profunt. Vino concoquuntur addito, lumborum & renum dolores mitigant. Venerem stimulant. Vrinam cient vtilissimè, præterquam quod vesicam exulcerant. Radix quoque plurimorum prædicatione trita, & in vino albo pota, calculos exturbat. Quidam ad vulnè, dolorem radicem cum vino dulci propinant. Eadem in aceto decocta contra elephantiam proficit. Asparago trito cum oleo perunctum pungi ab apibus negant.

## EX SIMEONE SETHI.

Asparagus olerum omnium maximè nutrit. Proinde si quis dicat eius naturam positam esse mediã inter olera & carnes, non procul à vero aberrabit, propter nutriendi facultatem plantarũ & carniũ, quæ similiter se habet. Vrinam quoque cit, & obstructions iecoris & renũ aperit: id quod manifestũ ex eo, quod vrinæ odorem in suum transmutat, vt hunc qui aliquantulum eius cederint, sentiant.

e Neque

PLANTARVM HISTORIAE

Neque quispiã admiretur illum statim vrine suam  
 qualitatem indere: nam & rubea tinctorum si ma-  
 nibus contineatur, vrinam in suum colorem trans-  
 mutat: quod paradoxum etiam esse videtur, vt ex-  
 trinsecus impositum vrinam tingat. Asparagi co-  
 licis & renum affectibus, qui à pituita proueniunt,  
 auxiliantur: semen genitale auget, & celerius  
 quàm reliqua olera in sanguinem mutantur. Men-  
 ses ciunt. Cordis palpitatiõibus succurrunt: denti-  
 bus profunt: sed nõ semper stomacho boni sunt, pro-  
 pterea garo & oleo conditis, cum mediocriter co-  
 cti sunt, iis vti oportet.

DE ANONE. CAP. XVIIII.

Anonis, bubus grauis, & arresta bouis dicitur.

NOMINA. *Frankfort*

**A**NONIS, ἡ ἀνωνίς Grecis: Anonis & Ononis  
 Latinis appellatur. Vulgus herbariorum Re-  
*Restabois* stam bouis, quod in opere arantes boues subinde si-  
*uis.* stat, nominare solet. Nonnulli Remoram aratri,  
*Remora* quod altis & duris radicibus in agris aratrum re-  
*aratri.* moretur, appellant. Sunt qui Acutellã vocent, quod  
*Acutella.* suis scilicet spinis ingredientium pedes pungat &  
 offendat. Germanis Hauuhechel nuncupatur, &  
 Ochsenbrech, quia crebris inter folia aculeis,  
 haud secus ac instrumentum hoc quo mulieres li-  
 num carminant, & à crassiore purgant stappa,  
 horreat: vel quod ligone ad aculearam hanc her-  
 bam eruendam & extirpandã cum in altum agi-  
 tur,



tur, & sese propagat, opus sit. Equites Germani  
 Stalkraut, eò quod decoctis eius meiere nequeunt  
 tibus equis offeratur, vocant. Binominis autem an-  
 tiquis est scriptoribus, vna tantum litera mutata.  
 Sunt enim qui Ononim, vt Theophrastus & Ga-  
 lenus: sunt etiã qui Anonim, veluti Dioscorides &  
 Plinius, nominent. Anonis haud dubiè à non iuuare Anonis  
 do, quod nullo iuuamine polleat, dicta est. Siquidè cur dicta.  
 aratoribus inimica est, viuaxque nimis fruges op-  
 primit, suisq; aculeis nocet. Ononis verò, quòd asis Ononis  
 nos, quos Græci ονοῦς vocant, sese terentes ad illam vnde.  
 scabentesq; iuuat. Complures quoque Graij herbam  
 sic appellari prodiderunt, quòd in ea se volutantes,  
 spinis eius dorsum libenter affricent & scabāt. Of-  
 ficinis prorsus ignota & inusitata.

## FORMA.

Ramos habet palmares, aut maiores, fruticosos,  
 frequētibus geniculis cinctos, canis alarum multis,  
 capitula rotunda. Folia exigua, tenuia ceu Lētis, ad  
 Ruta, aut fanarū Loti figuram accedentia, subhirs-  
 uta, odorata, nec iniucunde olentia. Ramuli acutas  
 spinas, spiculis acuminatis similes, solidasq; gerunt.  
 Radice candida nititur. Theophrastus toto caule  
 foliatam esse tradit, vt veluti coronam ex interual-  
 lis tota species representet. Florem quoque illi esse  
 minutulum, & in siliqua non vndique septū scri-  
 bit. Quæ sanè singula pulchrè picturæ respondent,  
 & Anonim esse hanc herbam, quam Restam bonis  
 e ij hodie

PLANTARVM HISTORIAE

hodie herbarij nominant, euidenter, nulla roclae  
 mante nota, ostendunt. Nam haec ramos spargit fru-  
 ticosos, palmo longiores, frequentibus cinctos arti-  
 culis à quibus sale funditur. Capitula exerit orbic-  
 ulata, folia Lentis parua, ad Ruta vcl pratensis.  
 Loti figuram accedentia, hirsuta, iuscū dum odorem  
 expirantia, inter quae nocentiores, & mucronata  
 cuspidis aculei quasi spicula subriguntur. Flos serè  
 Pisi dilutiore micat purpura, in siliqua non vnde  
 quaque septus. Radix in nigro candicans.

LOCVS.

Nascitur culto solo, pingui, & glutinose, præci-  
 pue autè in segetibus & aruis, inimica agricolis, vi-  
 uaxq; supra modum. Cū enim altam letamve na-  
 eta tellurè fuerit, protinus in altum agitur, & sin-  
 gulis annis, surculis in latus emissis, rursus anno po-  
 stero deorsum versus acta pluribus ramis luxuriat,  
 ideoq; runcanda & radicitus extirpanda venit.

TEMPVS.

Aestate germinare incipit, à frugibus perficitur,  
 autumnno sui incrementi finem faciens. Floret au-  
 tem Iulio mense, & Augusto.

TEMPERAMENTVM.

Ononis radix tertio quadatenus ordine excalfacit.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Antequā spinosa fit sale conditur, & est cibus gra-  
 tissima. Radix eius calofacit, & extenuat, cuius  
 cortex cum vino potus vriam ciet, calculos rumpit.

pit, crustasque abstergit. Decocta radix in posca dentium dolorem collutione mitigat. Huius decoctum potum, hamorrhoidas sanare creditur.

## EX GALENO.

Radix cortex maximè utilis est, habens quippe absterforium & incisorium. Proinde non tantum urinas ducit, sed & lapides confringit. Eadem facultate & crustas confestim detrahit. Utuntur quoque ea ad dentium dolores in posca decoquētes, & collui decocto eius iubentes.

## EX PLINIO.

Radix decoquitur in posca dolori dentium. Eadem cum melle pota, calculos pellit. Comitialibus datur in oxymelite, decocta ad dimidias.

## DE ANISO. CAP. XIX.

NOMINA. *Anis*

**A**ΝΙΣΟΝ Græcè, Anisum Latinè vocatur. Officinis nomen genuinum retinuit, Germanicè Anisz. (Gallicè de l'Anis) appellatur.

## GENERA.

Anisum caule, folio, flore, Apio par esse videtur. Caulem nanque tenuiter striatum, rotundum, multisque ramulis brachiatum obtinet. Foliū ubi primū nascitur, rotundū, sed deinceps Apū modo dissectum. Florem candidum, muscarion feniculi. Tota herba, haud aliter quàm semen odorata est.

## LOCVS.

Ex Syria originem habet, iam autem passim  
e iij satum

## PLANTARVM HISTORIAE

*satum in Germania hortis prouenit.*

### TEMPVS.

*Iunio ac Iulio mensibus floret, seminéque prægnans est.*

### TEMPERAMENTVM.

*Calefacit & desiccatur in tertio ordine.*

### VIRE. EX DIOSCORIDE.

*Anisum in vniuersum calefacit, exiccatur, ὀνίτιον ὑπερῆκτιον mea sententia interpretabitur pro eo quod est, facile spirare facit. Oris halitum iucundiores facit. Anodynum est, dolorémve leuat. Vrinam cit. Diffundit. Hydropicis potum sitim arcet. Prodest ad venenata animalia, & inflationes. Aluum, & album feminarum profluum sistit. Lac ad mammas elicit, & Venerem stimulat. Suffitum naribus capitis dolorem sedat. Tritum, cumque rosacco instillatum, aurium medetur rupturis.*

### EX GALENO.

*Anisi semen maximè vtile est, acre & subamarum, vt propè ad vrètiem accedat caliditatè. Proinde & vrinam cit, & digerit, atque ventris inflationes sedat.*

### EX PLINIO.

*Anisum aduersus scorpiones ex vino bibitur, à Pythagora inter pauca laudatum, siue crudum, siue decoctum. Item viride aridumve, omnibus quæ conduntur, quæque intinguntur desideratum. Pannus etiam crustis inferioribus subditum. Saccis quoque additur. Cum amaris nucibus vina cõmendat.*

*Quis*

Quin ipsum oris halitum iucundiorē facit, fetoremq; tollit māducatum matutinis cū Smyrnaeo, & melle exiguo. Mox vino collutum, vultū iuniorem præstat. Insomnia leuat suspēsū in puluino, vt dormientes olfaciant. Appetentiam ciborum præstat. Dolores capitis leuat suffitum naribus. Epiphoris oculorum radicem eius tusam imponit Iollas: ipsum cum croco pari modo & vino, & per se tritū cum polenta, ad magnas fluxiones, extrahendāq; si qua in oculos inciderint. Narium quoque carcinōdes cōsumit illitū ex aqua. Sedat anginas cum melle & Hyssopo ex aceto gargarizatum. Auribus infunditur cum rosaceo. Thoracis pituitas purgat tostū, cum melle sumptum melius. Cum acetabulo Anisi nucos amaras quinquaginta purgatas tere in melle ad tussim. Præcipuum autem est ad ructus, ideo inflationibus stomachi & intestinorum torminibus, & celiacis medetur. Singultus & olfactum decoctum potūmq; inhibet. Potum somnum concitat. Calculos pellit. Vomitiones cohibet, & præcordiorum tumores. Et pectorū vitium, nervis quæque quibus succinctum est corpus, utilissimum. Prædest eius & capitis doloribus instillari succum cum oleo decocti. Non aliud utilius ventri & intestinis putant, ideo dysentericis & tenasmi datur tostū. Dailion herbarius dedit bibendum cum anetho parturientibus. Phreneticis quoque illinunt recens cum polenta. Sic & infantibus comitiale vitium

PLANTARVM HISTORIAE

aut cōtractionem sentiētibus. Pythagoras quidem non corripit vitio comitali in manu habētes, ideoque quā plurimum domi serendum. Parere quoque facilius olfactantes, Sositimenes cōtra omnes durities ex aceto vsus est. Semine eius potio, lassitudinis auxilium viatoribus spopōdit. Stragulationes vuluæ, si māduccetur & linatur calidum, vel si bibatur cū castoreo in aceto & melle, sedat. Vertigines à partu cū semine cucumeris & lini pari mensura trinum digitorum, vini albi tribus cyathis, discutit. Vrinam ciet. Venerem stimulat. Cū vino sudorem leniter præstat. Vestes quoque à timeis defendit.

EX SIMEONE SETHI.

Prodest ad vetustos ex frigore iecoris affectus, & ad spirādi difficultatem quæ ex pituita proficiscitur. Flatus qui in ventriculo sunt digerit. Obstructiones tollit, & lactis copiam facit.

DE ACTE. CAP. XX.

NOMINA. *v. lxx*

**A**KTĪ Græcis, Latinis Sambucus nominatur. Reliqua nomina dicemus paulo pōst, ubi huius genera indicabimus. Sambucus porrò videtur ab authore appellata, cui nomen Sambyx fuit: vel à sabuca musico instrumento, quod alij pectida nominant, alij magadin. Atque hinc est quod Sambucus potius quàm Sambucus, si Serenio Quinto credimus, scribendum sit.

Sambucus unde dicta.

GENERA.



Duo eius genera. Vnum arborefcit, quod priuatim officinæ Sambucum, Germani Holder à concauitate vocant. (Gallicè Du Sus, ou du Suin.)

Alterum Græcis χαμουάκτιν, quasi humilis, & χαμουάκοακτα breuitatis Acte nominatur, Latinis Ebulus, κτη. α. κτη. Germanis Attich, vel niderer holder. (Gallis Ebulus. Hyeble.

## FORMA.

Sambucus in arborem affurgit, virgis harūdinū modo rotundis, subcauis, candicantibus, proceris. Sambuci.

Folia tria, aut quatuor, aut quinq;, aut sex, aut septem per interualla circa virgas obtinet, nucis iuglandis similitudine, graucolentia, pluribus incisuris, in summis ramis siue caulibus vmbellas rotundas ferētia. Flores albos, fructū acinūmve. Terebinthi in nigro purpureū, racemosum, succosum, & vinosum. Ebulus humilis minorq; est, herbaceo generi Ebuli. propius accedēs, quadrangulo caule, densis geniculis. Folia ex interuallis circa singulos geniculos Amygdalæ similia alæ instar expanduntur, per ambitum serrata, lōgiora, graucolentia. Vmbellam in summo fert Sambuco similem, flores itidem & fructum. Radice nititur longa, digitali crassitudine.

## LOCVS.

Vtrunque genus in opacis, asperisq; potissimum locis, & iuxta aquas emicat. Ebulus verò in agris etiam quibusdam provenit.

## TEMPVS.

Parum ante Solstitium æstiuum floret Sambucus.

PLANTARVM HISTORIAE

cus. Tardius autē Ebulus, Iunio nimirum & Iulio mensibus. In Augusto verò baccas suas profert.

TEMPERAMENTVM.

Sambucus vterque calefaciendi ac desiccandi facultatem habet, id quod amaritudo, & adstringitio modica abundè monstrant.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Eadem vtrisque facultas, & par vsus exiccans scilicet, aquam educens, stomacho nocēs. Folia oleum modo decocta, pituitam & bilem purgant. Quinetiam teneri caules in olla cœli, eadem præstant. Radix in vino decocta & in cibis data hydropicis auxiliatur. Eodem modo pota viperarum morsibus subuenit. Vulusas emollit & aperit, & quæ circa eas sunt affectiones, decocta cū aqua in sessione corrigit. Fructus cū vino potus eadem efficit. Illitus capillos denigrat. Folia recentia ac tenera cum polenta illita inflammationes mitigat. Ambustis etiam, & canis morsibus illita succurrunt. Profunda & quæ in cavernas dehiscunt vlcera agglutinant. podagricis, cum taminio hircinòve adipe illita, auxiliantur.

EX GALENO.

Vtraque Sambucus, & arborescēs & herbacea, exiccandi, conglutinandi, modicèq; digerendi facultatem obtinent. Paulus Aegineta hæc adiicit: Porta & manducata aquam per aluum educunt.

EX PLINIO.

Vtriusque

Vtriusque decoctum in vino veteri, foliorum, vel seminis, vel radice, ad cyathos binos potum stomacho inutile est, alio detrahens aquam Refrigerat etiam inflammationem, maxime recētis ambrusti: & canis morsum cum polenta, mollissimis foliorū illitis. Succus cerebri collectiones, priuatimque membranae quae circa cerebrum est, lenit insusus. Acini eius infirmiores quàm reliqua: tingunt capillum: poti acetabuli mensura, vrinam mouent. Foliorum mollissima ex oleo & sale eduntur ad pituitam bilēque detrahendam. Ad omnia efficacior quae minor. Radice eius in vina decoctae duo cyathi poti, hydropicos exinaniunt, vuluas emolliunt foliorum decocto insidentium. Caules teneri minoris Sambuci in patinis cocti, aluum solunt. Resistunt folia serpentum ictibus in vino pota. Podagrīs cum seuo hircino vehementer profunt cauliculi illiti. Videmque in aqua macerantur, vt ea sparsa pulices necentur. Foliorum decocto si locus spargatur, muscae necantur. Boa appellatur morbus papularum, cum rubent corpora. Sambuciramo verberatur. Cortex interior tritus, ex vino albo potus aluum soluit. Ebuli fumo fugantur serpentes. Tenerum cum foliis tritum, ex vino potum, calculos pellit. Impositum testes sanat.

## DE AMMI. CAP. XXI.

Ammi in hortis Parisiorum sponte luxuriat.

NO.

PLANTARVM HISTORIAE

NOMINA. *Ammi*

**A**μμι Græcis, Ammi Latinis, Ameos officinis corruptè, Germanis Amey appellari potest.

FORMA.

*Ammi caule rotundo & herbacco constat, surculis multis & exiguis: folio oblongo, angusto per ambitum incisuris diuiso: flore paruo, candido, umbellæ Anethi: semine exiliori multò quàm Cuminum, gustu origanum præ se ferente, acris & subamaro: radice candida & multifibra. Esse autè hæc*

*Ammi verum*

*herbam verum Ammi, (seminis in gustu sapor, qui subamarus & acris est, omnium maxime ostendit: talem enim in eo saporè Ga. requirit. Origani etiã gustu referre videtur. Quibus accedit antiqui & manuscripti herbarij testimonium, cuius pictura et descriptio satis docet, hæc herbã esse Ammi genuinum. Inter cætera enim semen Ammios piper gustu referre, ideoque à nonnullis piperculã dictam esse ait. Id quod certè verissimum esse comperies, si semen gustaueris: miram enim huic acrimoniam inesse senties.*

LOCVS.

*Nusquam in Germania sua sponte nascitur. Sæptum tamen facillè & magna copia prouenit, sic vt deinceps extirpari vix queat.*

TEMPVS.

*Augusto mense floret, ac deinceps vbi defloruit, semen abundè producit.*

TEM

## TEMPERAMENTVM.

*Ammi semen in calefaciendo desiccandóque ex ordine tertio intenso existit.*

## VIREs. EX DIOSCORIDE.

*Vis semini excalfactoria, feruens & exiccās. Facit ad tormina, vrinæ difficultatē, venenatorū morfus cum vino potum. Menstrua ciet. Miscetur de rodentib. ex cantharidibus confectis medicamentis, vt inde exortis vrinæ difficultatibus resistat. Sugillata cum melle illitum tollit. Colore potū & inunctum in pallorem mutat. Suffitum cum vua passa aut resina vuluas purgat.*

## EX GALENO.

*Herbæ quam vocant Ammi, semen maximè est vtile. Facultatis est excalefactoriæ & desiccatoriæ, tenuiumq; partium. Sed & gustu subamarum est, & acre. Et clarum est quod digerat, & vrinā moueat.*

## EX PLINIO.

*Inflationes & tormina discutit. Vrinā & menstrua ciet. Sugillata & oculorū epiphoras mitigat. Cum lini semine scorpionum ictus in vino potum drachmis duabus: priuatimq; cerastrarum cum pari portione myrrhæ. Colorem quoque bibentium similiter mutat in pallorem. Suffitum cum vua passa, aut resina, vuluas purgat. Tradunt facilius concipere eas, quæ odorentur id per coitum.*

DE:

## PLANTARVM HISTORIAE

## DE ARO. CAP. XXII.

Arus canis priapus.

NOMINA. αροῦ

**A**ρὸν, ἢ ἀρίσαρρον Græcè, Arum & Aris Latine dicitur. Officina corrupto, ut solent, vocabulo, Iarum appellant. Quidam, quòd folium effigie bubuli vestigii prodeat, Pedem vituli vocant. Alii, quòd dracunculum emulatur, sola magnitudine discrepans, Serpētariam minorem appellant: *Serpentaria minor.* neq; id sanè temere. Videtur enim Aron esse Dracunculus minor, cui Dioscorides folia *μισσοειδῆ*, hoc est, Hederæ similia esse dicit, quæ prorsus Aris sunt, nisi quòd paulò sint longiora. Plinius etiã Aro eas facultates tribuit, quas Dioscorides Dracunculo minori. Ut hinc conicere liceat, Arum cũ Dracunculo minori miscuisse veteres. Vulgus, quòd pistillum promit exerti ferè genitalis effigie, Sacerdotis virile nominat. Id quòd & germani nostri faciunt qui sua lingua *Piaffenpint* (Gallicè *Vit de prebistre*) nuncupāt. Aliàs Aron, & ob vehementē acrimoniã, *teutichen Ingber* (Gallicè *Pied de Veau*) vocant. **FORMA.**

Folia emittit Dracunculo similia, sed longiora & minus maculata, caulem dodrantalem, purpurascentem, pistilli figura, à quo croci colore fructus exit. Radix illi candida, Dracunculo similis, quæ quòd minore acrimonia est, cocta comeditur. Hæ utique delineationes ad amussim, nulla reclamante



te nota, nostro Aro conueniant. Siquidem folia promit Dracunculi, longiora, & paucioribus maculis respersa, caulem dodrantem altum, in purpurâ leniter tendentem. Ante seminis partum, sagaci naturæ artificio dignum, erumpit inuolucrum & cucullû, quod mucronata in turbinem vaginula pistillû cõplectitur, & suo fouet sinu. Verùm ubi fructu prægnans fatiscit in hiatum, solida pistilli facies diluatiore purpura rutilans emergit, & anfractu penitus tandem patente, primum viridia, dein crocea spectantur semina, quæ in coronæ modum concinnè contexta, imam eius partem ambiunt. Radicem etiam obtinet albam, ad Dracunculi radicem accedentem, vt pictura graphicè monstrat. Neque obstat quòd Galenus radicem Ari elixam mandiscribat, nostri autem tam acris sit, vt vix gustari ob miras & diutinas, quas in lingua ac palato excitat puncturas, possit, tantùm abest vt edendo esse queat. Siquidè Gal. lib. secundo de alimentorû facultatibus teste, non parem in omnibus regionibus acrimoniam obtinet, sed in nonnullis minimam, vt Cyrenis. Et Plin. quoque lib. xix. cap. v. teste, in Aegypto Aron nascitur radice mollioris naturæ, quæ etiã cruda editur. In quibusdam, vt Germania nostra, maximam. Verba Gal. paulò post in facultatum commemoratione citabimus. Hinc discendum erit, multa nobis in scriptoribus rei herbariæ, primo statim obtutu pugnãtia videri, quæ si ad cæli regionumq;

Obiectio  
nis dissolutio.

PLANTARVM HISTORIAE

nūmque diuersitatem respexerimus, nihil prorsus pugnantiæ aut absurditatis habebunt. Quod nisi diligenter animaduertas, multas genuinas herbas pro adulterinis abiicias necesse erit. His accedit quòd Galenus non simpliciter dicat mandi Ari ra dicem, sed elixam. Non est autem mirum si acria etiam edendo fiant, si elixentur. Bis enim aut ter in aqua decocta, Galeno lib. 2. de aliment facult. cap. ultimo, teste, acrimonia spoliatur. Porro si ista sciolis quibusdam haud satisfecerint, dicendum planè erit Ariū Germaniæ nostræ esse Arisaron, quod gustu, Dioscoride & Galeno autoribus, acrius est. Quamuis ego cū Ruellio, diligentissimo earū rerū inquiretore, Arisaron ab Aro differre haud putem, quòd scilicet forma utriusque eadem sit. Cuius etiam rei fidem facit ipsa nomēclatura, quæ utriusque retinuit appellationem: duobus tandem vocabulis in vnū coalescentibus, dici cœpit Arisaron. Apud veterrimos enim Aris primum: dein posterioribus, copulatis vnā nominibus, Arisaron cōfictum est nomen.

LOCVS.

Nascitur in syluis, locis vmbrosis, humidis & frigidis,

TEMPVS.

Folia statim in Martio, inter primas herbas veris exiliunt, in Iunio disserunt, ita vt haud facile hoc nomine herba ipsa reperiri queat. Semen Iulio & Augusto mensibus reperitur, primum, vt diximus, viride, mox croceum.

## TEMPERAMENTVM.

Arum Galenus in calefaciendo & desiccando primi ordinis esse statuit. Et locutus est de Aro qui non vehemēti acrimonia pollet. Nostrū haud dubiè in tertio ordine calidum & siccum est, ob multam, qua præditum est, acrimoniam.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Radix, semē, & folia Ari easdē Dracunculo vires habent. Radix priuatim cum fimo bubulo illita prodagricis prodest. Dracunculi more reponitur. In totum, ob mitiorem eius acrimoniam edēdo est.

## EX GALENO.

Arum terrena essentia constat, sed calida: proinde extergendi facultatē possidet, verum non valentem, sicut Dracontii. Radices eius maximè sunt vitales. Siquidem comese crassitiem humorū mediocriter incidūt, adeò vt excreationib. ex pectore idoneæ sint: sed magis tamen aptum est Dracontii. Et in libro secundo de alimentorū facultatibus sic de Aro scribit: Ari radix rari modo mādatur. Quibusdam autē in regionibus acrior nascitur, vt Dracontio ferè similis sit. Dum rectè parare voles, prioris decoctionis aqua effusa, repente in alteram calidā iniicere oportet, vt in Brassica & Lēte dictum est. Cyrenis contrā quā in nostra regione plāta se habet: nam illic minimum medicamento si, minimi q; acrimonia habet, adeò vt vel raris utilior reputetur: idcirco radicem quoque in Italiam comportāt,

f vt

PLANTARVM HISTORIAE

ut quæ absque ut putrescat aut regerminet, longo tempore perdurare possit. Perspicuum verò est a'endis corporibus hanc accommodatiorem esse. Si quis autem in thorace ac pulmone collectos crassos lentosque humores extusire studeat, acrior ac medicamentosior magis conveniet. In aqua elixa estur cum sinapi aut aceto, ex oleo & gero. Quinetiam cum opsonijs, & sale, & iis quæ casto constant, sumitur. Haud vero obscurum est, succû eius qui in iecur ac uniuersum corpus diffunditur, quo vno animal nutritur, crassiorem esse, idque maxime quon radix, quemadmodum sunt quæ Cyrenis, aduehuntur, medica vi caruerit. Apud nos namque in Asia, pleræq; Ari radices acriores sunt, & medicamentosam iam vim obtinent.

EX PLINIO.

Aron miris laudibus extulere Græci, primum in *†aliâs fe-* cibis *†* foeminarum præferentes, quoniam mas dul-  
*minam.* cior esset, & in coquendo lentior, pectoris que vitia expurgaret: aridum in potione inspersum, aut ecli-  
 gmate, urinam & menses ciceret. Sic & in oxyme-  
 lite potum, stomacho: interaneis exulceratis ex la-  
 Ete ouillo bibendum, ad tussim in cinere coctum ex  
 oleo dedere. Alij coxere in lacte, ut decoctum bibe-  
 retur. Epiphoris elixum imposuere: item sugillatis,  
 tonsillis. Ex oleo hæmorrhoidum vitio insudere, læ-  
 tiginis ex melle illinentes. Laudauit Cleopantus  
 & pro antidoto contra venena, pleuriticis, peri-  
 pneumonicis.

pneumonicis quoque & tussientibus. Semen intritum cum oleo aut rosaceo infundens, aurium dolori Dicuches. Cleophrantus tussientibus aut suspiriosis & orthopnoicis, & purulenta excreantibus, farina permixtū in pane cocto dedit. Diodotus phthisicis ē melle ecligmate, & pulmonis vitiis, ossibus etiam fractis imposuit. Partus omnium animalium extrahit natura circumlitum. Succus radice cum melle Attico, oculorum caligines, ac stomachi vitia discutit. Tussim decocti ius cum melle. Ulcera omnium generum siue phagedenæ sint, siue carcinomata, siue serpsant, siue polypi in naribus, succus mire sanat. Folia ambustis prosunt ex vino & oleo cocta. Alum inaniunt ex sale & aceto sumpta. Etiam luxatis cocta cum melle prosunt. Item articulis podagricis cum sale, recentia vel sicca. Hippocrates ad collectiones cum melle imposuit. Ad menses trahendos seminis vel radice drachmæ duæ in vini cyathis duobus sufficiunt. Eadem potio si à partu non purgantur, & secundas trahit. Hippocrates & radicem ipsam apposuit. Dicunt & in pestilentia salutarem esse in cibis. Ebrietatem discutit. Serpentes nidore cum crematur, priuatimque aspides fugat, aut inebriat, ita vt torpentes inueniantur. Perunctos quoque Aro vt laureo oleo fugiunt, ideo & contra ictus dari potu in vino nigro putat vtile. In foliis Ari caseus optime seruari traditur.

Recentiores  
quas  
facultates  
Aro tris  
buant.

Posteriores medici Aron discutiendi, extenuandi, extergendi que facultatem habere tradunt: ideoque tumoribus aurium, scibus, strumis, scirrhis que mederi, faciei deformitatem cutisque auferre, eius denique radicem in puluerem redactam supercrescentem in vulneribus carnem minuere scribunt. Id autem posse prestare, acrimonia ipsa vehemens que gustu sese exerit, abunde monstrat. Dioscorides etiam Arisarō acrimonia haud exigua praedictum scribit, ideoque illitum nomas sistere, collyriaque efficacissima ex eo contra fistulas fieri. Denique radicem cuiuscumque animalis pudendo impositam, id corrumpere tradit. Plinius quoque Arisarō vlceribus mederi manantibus, item combustis & fistulis scriptum reliquit. Praeterea commixtum collyrio nomas sistere ait.

## DE ARCIO. CAP. XXIII.

Arcium seu Personatia, Glouteron.

NOMINA. *groote Klissen*

Lappa  
maior.  
Personatia  
vnde  
dicta.

**A**ρκειον, ἢ προσωπίον, ἢ προσωπίς Graecis, Personatia Latinis dicitur. Officinae Lappam maiorem, vulgus Bardana vocat, Germani Grofzkletten (Gallicè Gleteron ou Glouteron) Personatia hac quondam ad personas utebantur, quoties in theatris aliisve locis qui cognosci à populo nollent, egisse quidpiam volebant. Est enim foliorum eius tanta amplitudo, ut tota humana facies



cies iis tegi possit: atque hinc haud dubiè tã Græci quàm Latini, nomen illi *Prosopii* & *Personatiæ* indiderunt.

## FORMA.

*Personatiæ* folia *Cucurbitæ* similia habet, maiora tamẽ, duriora, nigriora & hirsuta. Caulẽ subcãdidũ, interdũ nullũ. Radicem grandẽ, candidã intus, foris nigrã. Ex qua descriptione nemo nõ intelligit, *Personatiã* esse eam herbam quã hodie vulgus *Bardaniã* vocat, quæ folio constat omnium lapparum maximo, parte auersa herbido, aduersã ca- *Bardana.* no, caule in purpureo albicante, grandibus lappis, quæ transeuntium vestibis adheret, in quibus flos purpureus nascitur, non euident, sed occultus, intra se germinãs, radice grãdi, intus cãdida, foris atra.

## LOCVS.

Nascitur vbique, potissimũ circa margines praetorum, & agrorum.

## TEMPVS.

Mense Iulio lappas cum floribus suis producit *Personatiã*.

## TEMPERAMENTVM.

Digerit simul et desiccat, sed & adstringit non nihil.

## VIRES. EX DIOSCORIDE

Radix *Personatiæ* drachmæ pondere cum pincis nucibus pota, sanguinem & purulenta excreantiis auxiliatur. Articulorũ quoque dolores, qui ex  
f iij memo

PLANTARVM HISTORIAE

membrorum fractionibus collisionibusve fiunt, trita & illita sedat. Quinetiam folia vetustis vlceribus vtiliter illinuntur.

EX GALENO.

Arcium, quod Profopida vocant, cuiusque folia Cucurbitae similima sunt, nisi quatenus tū maiora, tum duriora, discutit simul & desiccatur, sed & adstringit mediocriter: quamobrem folia eius veteribus vlceribus mederi possunt.

EX APVLEIO.

Personatae herbae succus cum vino veteri in potionem datus, omnes morsus serpentium mirifice sanat. Eiusdem foliis cingens febricitatem, & statim febrem mitigat, caloremque sanat. Vulus, etiam si cancer erit, cum aqua decoctionis foliorum eius foeto: deinde ipsam cum nitro & axungia, cum aceto tere, & in panno inducito & imposito. Ad canū rabidorum morsus radix cum modico sale trita imponitur morsui, & statim aeger liberabitur. Succus foliorum eius cum melle potui datus, urinam prouocat, & vesicae dolorem tollit. Puluis seminis eius cum vino optimo per quadraginta dies datus, ischiadicis mirabiliter sanat. Folia trita cum albumine oui & imposita, ambusta mirifice curant.

EX L. COLVPELLA.

Venena viperæ pellit super scarificationē ferro factam herba Personata trita & cum sale imposita. Plus etiam eiusdem radix contusa prodest contra

tra serpentes. Ex vino bibitur duum denariorum pon-  
dere. Strumis radix eius medetur. item cum axun-  
gia operitur folio suo imposta.

## DE ASCYRO. CAP. XXIII.

Ascyron androssæmum, Hypericum no-  
mine postremo omnes vulgò appellatur.

NOMINA. *Herb. Roy*

**A**σκυρον ἢ ἀσκυροειδὲς Græcè, Ascyron La-  
tinè nominatur. Officinis ignotum. Germani-  
cè Harthouu, id est, durum fœnum appellatur.  
Græci à contrario, huic herbæ nomē imposuisse vi-  
dentur, σκύρος enim illis asperitatē significat. Pul-  
chrè igitur ad Græcam appellationem Germanica  
alludere videtur. *Ascyron  
cur dictū.*

## FORMA.

Hyperici species est Ascyron, magnitudine disse-  
rens, maioribus ramis, fruticosus, puniceo colore ru-  
bens. Flores fert luteos, semen Hyperico simile, odo-  
re resinæ, quod cum atteritur digitos ferè cruëtat.

## LOCVS.

In cultis & asperis locis prouenit.

## TEMPVS.

Æstate, potissimum verò Iulio & Augusto men-  
sibus, floret.

## TEMPERAMENTVM.

Essentia tenuis est, idcòque calefacit & des-  
siccatur.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

f iiij Semen

PLANTARVM HISTORIAE

Semen Afcyri potum in hydromelitis heminis duabus, ad ischiadicis prodest dolores: biliosa enim multa excrementa ducit. Sed assidue dari oportet donec conualefcant. Præterea illitum ad ambusta conducit.

EX GALENO.

Semen eius purgatorium. Foliorum verò facultas modicè extergens & desiccans, vt & ambusta sanare credantur. Cæterum in vino austero decocta, vinum ipsum magnorum vulnerum glutinatorium efficiunt.

EX PLINIO.

Vsus seminis ad ischiadicis, potus duabus drachmis in hydromelitis sextario. Alum soluit, bilem detrahit. Illinitur & ambustis.

DE ANDROSAEMO. CAP. XXV.

NOMINA. *Coccyzus*

**A**νδρῶσαιμον Græcis, Androsemon pariter Latinis dicitur. Officinis incognitum. Ger- Androse = manis Kunrath, quasi Græcè dicas Thrasibemon unde la nominatur. Dicitum Androsemon, quòd aut dictum. coma, aut floribus eius tritis, hominis sanguinem referat.

FORMA.

Differt ab Hyperico & Afcyro Androsemō. Frutex est prætenuib. ramis, surculosus, puniceo colore rubentibus virgis, foliis triplo quadruplòve maioribus quàm Rutæ, quæ contrita sanguineum succum remittunt.

remittunt. Alarū caua habet plura, in summo alarum auium modo pennata expansaue, circa quas flosculi pusilli lutei. Semen in calyce, nigro papaueri simile, veluti punctis depictū distinctūve. Coema trita resinosum odorem reddit.

## LOCVS.

Locis iisdem quibus Ascyron prouenit.

## TEMPVS.

Iulio & Augusto mensibus floret.

## TEMPERAMENTVM.

Calefacit & desiccatur.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Androsami semen tritum, potūmq; duarum drachmarum pondere biliosa alui excrementa ducit. Ischiadicis autem potissimum medetur, sed à purgatione aquam sorbere oportet. Herba illita am busta sanat, & sanguinem compefcit.

## EX GALENO.

Easdem cum Ascyro facultates obtinet.

## EX PLINIO.

Vsus ad purgandam aluum tuse cum semine, poteq; matutino, vel à cœna duabus drachmis in aqua mulsa vel vino, vel aqua pura, totius potio nis sextario. Trahit bilem, prodest ischidiacis maxime. Sed postera die, capparis radicem resinæ per mixtam deuorare oportet drachmæ pondere, iterūmq; quatruidi intervallo idem facere. A purgatione autem ipsa robustiores vinum bibere, infirmiores

PLANTARVM HISTORIAE

miores aquam. Imponitur & podagris, & ambu-  
stis, & vulneribus, cohibens sanguinem.

DE ARCEVTHO. CAP. XXVI.

NOMINA. *γενευρη*

**A**ρκευθος, ἢ ἀρκευθῖς Græcè, Juniperus Latine vocatur. Officinæ Latinam appellationē retinuerunt. Germanicè Vueckholder, Kramatber (Gallicè Du Genefure) id est turdorū baccæ vocantur, quod fructibus eius turdi pinguescāt.

*Juniperus* Juniperus autem dici videtur, quod iuniores & non  
*unde dicitur* uellos fructus pariat: sola enim serè arborum fetus  
*etiam.* suos in biennium prorogat, qui ne maturescunt quidem, nouis superuenientibus.

GENERA.

Juniperus Dioscoridi duplex est, maior & minor, sola arboris et seminis magnitudine inter se differentes. Minor humilis est, sessilibus in terra ramulis, baccis minoribus, radicibus summo cespite fuis. Maior altius adolescit, & in iustā arboris magnitudinē exurgit, caudice procero, cortice fragili, ligno fuluo, odorato, latioribus ramulis, aculeorum acervo stipatis, baccis alteri similibus, maioribus tamē.

FORMA.

Vtriusque facies horrida, coma virent perpetua, spinæque potius quàm folio, sed herbacca vestiuntur. Cortex illi membranaceus, fragilis, nec difficulter fatiscens, materies fulua, quæ si ignibus dicitur, non inuicindam fumum expirat, qui odoris suauitate



suauitate grassantia pestilentie contagia depellit. Ex ea etiam, vt recentiores Græci tradunt, æstiuis temporibus lachryma thuris odorem atque colorem emulans sudat, quæ caloris officio durata, coeat in gummi, Arabum familia, non sine magna confusione nominum, Sandaracham appellat.

Sandarachæ  
Arabum.

Vernix.

Officinæ verò Vernicem vocant. Baccas ferunt primum virètes, deinde per maturitatem nigras, quæ biennio antequam maturescant in ramis pendent.

Hinc sunt qui baccas in iis esse ternas eodem tempore dicant, anni proximè exacti nondum maturas, & tertij ante presentem iam maturas, tertias nouas & recentes. Ceterum non desunt qui nostram Iuniperum non genuinam putent, quod baccae eius ad Dioscoridis magnitudinem, quæ nucis est ponticæ aut fabæ, non accedant. Sed cogitent locum in causa esse cur minores producatur: vt plurimum enim omnia quæ in Germania proueniunt, iis quæ in Græcia nascuntur minora sunt. Nobis etiam Iuniperi grana aliunde allata visa sunt, quæ nucis auellane quantitate æquabant: ob id vt magnitudinem ac formam eorundem etiã exprimeret pictor, curauimus.

Obiectio  
nis dissolutio.

#### LOCVS.

Amant Iuniperi montes, & maritima loca, in planisque & cultis nasci recusant.

#### TEMPVS.

Autumno fructus Iuniperorum decerpuntur, sed ad bimatum prorogati.

TEM

PLANTARVM HISTORIAE  
TEMPERAMENTVM.

Iuniperus calida & sicca, vtrinq; tertij ordinis. At fructus similiter quidem calidus est, sed nõ similiter succus. verum in hoc primi fuerit ordinis. Vernix calefacit & exiccat secundo recessu.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Acris vtraque est, calefacit, & vrinã mouet. In cense suffitu serpentes fugãt. Earũ fructus, hic quidem fabæ, alius verò nucis põtice magnitudine inuenitur, rotundus, odoratus, in mandendo dulcis, & subamarus, Modicè calefacit & adstringit, stomacho utilis. Potus ad vitia thoracis, tusses, inflationes, tormina, & venenata, prodest. Vrinam cit. Cõuulsis, ruptis, & vuluæ strangulationibus confert. Folia acria obtinet Iuniperus, ideòque tam ipsa quàm eorum succum ex vino contra viperarum morsus illini & bibi prodest. Cortex pætrerea crematus & cum aqua illitus, lepras eximit. Ramentũ verò ligni deuoratum, interficit.

EX GALENO.

Iuniperi fructus iecur renesq; expurgat, nimirũ crassos & glutinosos humores extenuando, eaq; de causa salubribus medicamētis immiscetur. Per exercitium corpori humano alimētum ex eo. apponitur. Assatim sumptus hic fructus stomachũ mordicat, capũque calefacit: ex quo illud quandoq; implens, dolore diuexat. Alui excrementa nec retinet, nec propellit. Vrinam ciet mediocriter.

## EX PLINIO.

Vtraque excalfacit & extenuat. Accensa serpen-  
tes fugat. Semen stomachi, pectoris, lateris que do-  
loribus utile. Inflationes languoresq; discutit, tusses  
concoquit & duritias. Allitum tumores sistit: item  
aluuum, baccis ex vino nigro potis: item ventris tu-  
mores illitis. Misceatur & antidotis oxyporis. Uri-  
nas cit. Allinitur & oculis in epiphoris. Datur con-  
uulsis, ruptis, torminibus, vuluis, ischiadicis cū vi-  
no albo potum pilulis quaternis, aut decoctis vigin-  
ti in vino. Sunt & qui perungant corpus e semine  
eius in serpentum metu.

VERNICIS VIRES EX RE-  
CENTIORIBVS GRAECIS.

Profluentem e naribus sanguinem sistit, si ex cā-  
dido oui liquore trita temporibus & fronti illina-  
tur. Eadem vomitionem ex polline thuris & oui al-  
bo excepta supprimit. Item profluentem aluuum cū  
eisdem illita firmat. Stomachum in biliosos vomit-  
us effusum, deuorata in ouo sorbili polenta eius co-  
hibet, cruentamque alui proluuiem retinet. Destil-  
lationes suspendit suffite nidor, arcetque ne præci-  
pites ad ima decumbant. Pituitam que in stoma-  
cho aut intestinis coit, digerit. Humorem etiam  
coerct, qui pernix à cerebro deuoluitur. Tenias et  
cetera ventris animalia necat. Vliginosos fistulariū  
sinus indita resiccat. Mēstruos continet fluxus. Gra-  
uedini suffitus eius auxiliatur. Hiūribus manuum

PLANTARVM HISTORIAE

Et pedum rimis illitu succurrit. Et in summa, Succi  
cini pollet viribus, sed paulò efficacioribus: quæ si  
desit, duplo pondere in vicem substituitur.

DE ALCEA. CAP. XXVII.

Alcea ruri frequēs, Monoclonos ferè est,  
non maluæ modo fruticosa & sarmento-  
sa flore althææ.

!NOMINA. *Catt. h. v. s. d. r. v. p. t.*

Simconis  
herba.

**A**λκία Græcis, Alcea Latinis vocatur. Off. ci-  
nis ignota. Vulgares herbarij et Empirici Si-  
meonis herbam, Germani nostri Sigmars, kraut,  
oder Sigmūd szuurtz, & Hochleuchtē (Gal-  
licè Guimauve sauvage ou rustique) appel-  
lant.

FORMA.

Sylvestris maluæ species est Alcea, folia verbe-  
naceæ modo secta habens, caules ternos aut quater-  
nos, corticem Canabi similem obtinentes. Florem  
exiguū Rose similem. Radices albas, latas quinq;  
aut sex cubitales.

LOCVS.

Nascitur in pingui loco, nec siccò.

TEMPVS.

Floret Iulio & Augusto mensibus.

TEMPERAMENTVM.

Ex emplasticorum medicamentorū numero est  
se Alceã, & folia, quæ glutinosum quid ac lentore  
quendum præ se ferunt, & radix ipsa quæ glutin-  
osa, dulcis, & modicè adstringens apparet gustan-  
tibus,

tibus, abunde monstrant. Hinc satis constat Alceam extra omnem insignem tum caliditatem, tum frigiditatem siccare, ac planè emplasticorum consistentiam obtinere. Vide Galenum lib. iij. de simpl. medic. facult. cap. iij. & sequenti.

## VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Alceæ radices in vino aut aqua potæ, dysentericis & ruptis medentur.

## EX PAVLO.

Alcea sylvestris malvæ genus est. In vino potæ dysentericæ & rupturis medetur, potissimum ipsius radix.

## EX PLINIO.

Vsus radice Alceæ ex vino vel ex aqua, dysentericis, aluo citæ, ruptis & convulsis.

## APPENDIX.

Celebratur ad caliginem oculorū ab Empiricis, ita ut non desint qui credant radicem Alceæ è colore suspensam, aciem oculorū supra modum acuerè, & tueri posse.

## DE ADIANTO. CAP. XXVIII.

Adiantum duplex Theophrasto, triplex Dioscoridi, nobis quadruplex.

NOMINA. *Ἰσθενύχου*

**A**δίωντον, ἢ πολύτριχον, ἢ καλλιήτριχον, ἢ ἰσθενόσιχον Græcè. Adiantū, Polytrichum, Callitrichū, Cincimalis, Terræ capillus, et Superaciliū terræ, Latine appellatur. Officinæ hodie Cæ Capillus pilum.

PLANTARVM HISTORIAE

Veneris. pillum Veneris vocant, quo etiam nomine appellas  
 Adiātum ri Latinis Apuleius testatur. Germani Frauen-  
 vnde di- har, vel Iunck, frauuenhar. Adiantū nomen ab  
 Etum. euentu accepit, quòd folium eius persusum aqua &  
 dissoluetur, id est, non maceat, sicco semper simile  
 vt author est Theophrastus libro septimo de plan-  
 tarum historia, cap. xiiij. Id quòd minimè intelligē-  
 dum erit de mersione longiore in aqua: nam diu-  
 tius mersum ac irrigatum, aequè ac alia herba ma-  
 descit. Quare rectius de imbre descendēte è caelo,  
 cuius stillicidium foliis eius nō insidet, vt testis est  
 in Theriacis Nicander, accipiendū venit. Vel quòd  
 magis aridet, ab interioribus puteorū parietibus,  
 & fontium marginibus quas coronat, dictum est  
 Adiātum, quòd nimirum quasi sitiēs illorū aquas,  
 Polytri- quas tamen odit & respuit, quærat. Polytrichō au-  
 chon. tem quasi multicomū, quòd capillos multos ac den-  
 Callitri- sos faciat, eiusq; defluvia expleat. Callitrichon ve-  
 chon. rò quasi pulchricomum, quòd capillos tingat, pul-  
 Capillus ris hæc herba dicta est, quàm à speciosis reddēdis  
 Veneris capillis: nec alio noīe Veneris vox adiecta est, quàm  
 cur dicta. quòd hæc pulchricoma pingatur. Hinc patet ma-  
 Pharma- ximus pharmacopolarum nostri tēporis error, qui  
 copolarū sub trib. nominibus, vnā & eandē duntaxat herbā  
 error. significātibus, tres diuersas herbas designatas esse  
 putat. Aliam enim Polytrichū, aliam Callitrichū,  
 quam tamen corrupto vocabulo Gallitrichum vo-  
 cant:



cant: aliam etiam Capillum Veneris esse herbam existimant. Quales autem herbae sint, Polytrichū, & Gallitrichū illis nominatae, suis locis ostēdemus.

## FORMA.

Folia albicantia Coriandro similia habet, in summo incisuris diuisa. Caules ex quibus nascuntur prodeunt uel nigros admodum, tenues, dodrantaes, nitentesq;. Neque florem, neque semen creat. Foliis uero Coriandri iam quidem erumpentis, uel paulò antea enati, necdum caulescentis, quae quidem in infima eius parte quodammodo lata sunt, & in extremitatibus incisa, constare Adiantum sciendum erit. Ex qua nimirum descriptione manifestissimū est, eam herbam qua ferè omnes Officinae pro Capillo Veneris utuntur, & quam nos à muris in quibus puenit, Germanicè Maurattē, & Steinrau Ruta murten uocamus, non esse uerū Capillum Veneris, aut varia non Adiantum: caules siquidem eius non sunt nigri, sed est Adiantum uirides: neque admodū tenues, sed pro herbae quantitate crassi: neque splendētes. In summa, neque figura, neque magnitudo, neque color, nec natales etiam respondent, quia in siccis & soli expositis muris nascitur, in humidis contra Adiantum.

## LOCVS.

Locis opacis, palustribusque, & humentibus muris, & prope fontes nascitur. In Germania tamen nostra, quod sciam, non prouenit: copiose autem in Narbonensi Gallia, & Italia.

PLANTARVM HISTORIAE

TEMPVS.

Aestate viret, bruma non marcescit.

TEMPERAMENTVM.

Adiantum in caliditate quidem & frigiditate  
symmetrum est, verum desiccatur.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Decoctum eius herbae potum, asthmaticis, diffi-  
cultate spirandi laborantibus, ictericis, lienosis, &  
vrinae difficultatibus auxiliatur. Calculos conterit,  
& aluum cohibet. Venenatorum morsibus, & sto-  
machi fluxionibus cum vino potum prodest. Menses  
cit & secundas. Sanguinis reiectionem sistit. Cruda  
herba ad venenatorum morsus illinitur. Alopecias  
capillis explet. Strumas discit. Furfures & achor-  
res cum lixiuio exterit. Cum ladano, myrrhino &  
susino, aut hyssopo & vino, capillos defluentes con-  
tinet. Decoctum eius cum lixiuio & vino abster-  
git. Gallinaceos & coturnices cibis eorum additum  
pugnaciores facit. Seritur & magna utilitate cir-  
ca omnia.

EX GALENO.

Extenuat Adiantum & discutit. Alopecias ca-  
pillis vestit, strumas & abscessus digerit, lapidesq;  
frangit epotum. Viscosorum crassorumque ex tho-  
race pulmonaque excreationibus non mediocriter  
confert, & ventris fluxiones sistit.

EX PLINIO.

Vide infra caput de Trichomane.

## DE VITE VINIFERA.

## CAP. XXIX.

NOMINA. *ῥοινογενε*

**A**μπελος οἰνοφόρος καὶ ἡμερος Græcè, *Vitis vinifera* & *sativa*, seu *culta* Latine appellatur. Germanicè *Vueinreb*. (Gallicè *vne vine cultiuée*.) *Vitis autem*, quòd imutetur ad *Vitis vn-*  
*uas parietas*, dicta esse primò videtur. *de dicta.*

## GENER A.

Innumera vitium reperiuntur genera, quæ singula persequi supernacaneum esse videtur. Si quis tamen illa disquirere desiderat, rei rustica scriptores, Pliniumq; libro xiiiij. naturalis historia, qui diligentissimè de iis scripsit, legat.

## FORMA.

*Vitis caduca* est, & nisi sit *sulta*, fertur ad terrã. A radice eius caudex vnus cõtortus exit, qui in ramos frequentes scinditur. Multiplici cortice cingitur, rimoso, flagellis longè latèque vagantibus, quibus se quasi suis manibus erigit, & quicquid nata est complectitur. Sarmenis, foliis latis, & in extremitatibus incis, lasciuientibus. Floribus fructum ambientibus lanugineis. *Vua* compluribus acinis acernata, qui interdum purpureo, nonnunquam roseo, aliquando viridi colore fulgent. Seminibus tunica clausis.

## LOCVS.

Passim & in multis Germania nostra regionibus

PLANTARVM HISTORIAE

bus nascitur: & vix hortum inuenies in quo non  
pronemiat.      T E M P V S.

Floret solstitio vitis, autumnio autem vuas ma-  
turas profert.

T E M P E R A M E N T V M.

Omnium partium vitis temperamentum & fa-  
cultatum enarratione patefcet. Vuae tamen immat-  
turae & acerbæ, frigidae & seccæ sunt: mature ve-  
rò calidæ & humidæ in primo gradu, autore qui-  
dem Simeone Sethi.

V I R E S.    E X    D I O S C O R I D E.

Vitis viniiferae folia capreoliq; trita & illita ca-  
pitis dolores, stomachiq; inflamationes & ardorẽ  
cum polenta mitigat. Folia etiã per se imposta, vt  
Folia & Capreoli. pote qua refrigerant & adstringunt. Succus ex ipsis  
potus dysentericis, sanguinẽ expuetibus, stomachi-  
cis & citta laborantibus mulieribus prodest. Ma-  
defacti in aqua capreoli & poti eadem efficiunt.  
Lachry- Lachryma verò eius quæ veluti gummi in caudi-  
ma.    cibus concrefcit, pota cum vino calculos pellit. Illi-  
ta lichenas, scabies & lepras sanat. Oportet tamẽ  
locum antea nitro confricasse. Eadem cum oleo fre-  
quenter inuncta, pilos denudat: potissimum ichor,  
aquosusve humor, qui ex incensis viridibus sarmẽ-  
tis exudat. Hic etiam myrmecias inunctus eiicit.  
Cinis sarmentorum & vinaceorum circa sedẽ quæ  
antea ablata amputatãve sunt condylomata &  
thymia, cum aceto illitus sanat. Cõfert luxatis &  
viperarum

viperarum moribus. Licnis inflammationibus cū  
 rosaceo & Ruta, & aceto illitus. Vua recens quæ Vua.  
 nis aluum turbat, & stomachum inflat. Minus ho-  
 rum particeps quæ aliquandiu decerpta pependit,  
 quòd in ea copia humoris exaruerit. Stomacho ac-  
 cōmodata est, appetentiamq; cibi excitat, & imbe-  
 cillis conuenit. Quæ autem in vinaceis, aut è vina- Vide Ca-  
 rio vase seruata sunt, ori & stomacho gratæ sunt. lenū li. 2.  
 Aluum sistunt, vesicam tamen & caput tentant. de alimē-  
 Profunt sanguinem excreantibus. Similes iis sunt torū facu.  
 quæ in mustum coniectæ sunt. Quæ verò sapa aut triplicem  
 musto conditæ, stomachū magis infestant. Reponum hunc ser-  
 tur & cœlesti cū aqua prius passæ factæ, minusq; uādarum  
 vinosæ sunt, siticulosis, ardentibus & longis febris vuarū mo-  
 bus vtilis. Vinacei earum reconditi, inflammatis, dū expli-  
 duris, turgentibusq; mammis cum sale illinuntur. cantem.  
 Vinaceorū decoctū dysentericis, cœliacis, & fluxui  
 muliebri infusum confert. Ad infesiones quoque ac  
 clysteres assumitur. Nuclei acinorum adstringunt,  
 stomacho grati. Tosti autē, & triti & pro farina il-  
 liti, dysentericis, cœliacis et stomacho resolutis pro-  
 sunt. Vua autem passa alba magis † extenuat. Ca- † Serapiō  
 ro illarum comesta, arteria, tussi, renibus ac vesicæ legit, ad-  
 confert. Estur in dysenteria per se cum nucleis. Ad- stringit.  
 mixta milij & hordei farine & ovo, ac cum mel-  
 le fixa, & per se etiam sumpta, atque cum pipere  
 commanducata, ad capitis pituitam purgandā va-  
 let. Testium inflammationes sedat, cum fabarum

PLANTARVM HISTORIAE

Et cumini farina illita. Epimyctidas, carbunculos, fauos, Et in articulis putredines Et gangranas, sine nucleis trita, Et cum ruta imposta, sanat. Podagra cum opopanace illita auxiliatur. Mobiles vngues illita celeriter adimit. Vini facultates tu ipse ex Dioscoride, Galeno, Et Plinio pete: superuacuum enim, imò tadio plenum esset, eas in vniuersum omnes commemorare.

EX GALENO.

Vitis satiuæ Et cultæ adsimilis facultas est syluestri, sed ad omnia imbecillior. Vitis verò syluestris racemi, extergendi vim obtinent, vt ephelæti Et nauos, Et id genus quæcunque in cutis superficie sunt, curare possunt. Habet verò Et astrictionem quandam ipsi, Et extrema germina, quæ Et sale cõdiri assolent. Plura de vuis habet idem Galenus libro secundo de Aliment. facult. cap. de vuis.

EX SIMEONE SETHI.

Vitæ plus nutriunt reliquis oporis, minus tamen ficis: neq; mali succi sunt, si maturæ fuerint exquisitè. Tamen his non robusta, nec densa, sed laxa Et flaccida caro gignitur. Maximum quidem harum bonum, ait Galenus, quòd celeriter subeunt, atq; ideo si retineantur, ledunt: nec enim tunc probè concoquantur, sed crudum gignunt humorem, qui nõ facile in sanguinem transmutetur. Nucleorum natura, sicca Et quodammodo adstringens est. Pertranscunt igitur omnia intestina, non alterati.

Vitis,



vuæ, neque sistunt ventrem, neq; proritant, cæteris autem facilius concoquuntur. Neque vuarū parua est in dulcedine, & austeritate, & aciditate differentia. Dulces quidē calidiorē habent succū, austere verò & acide frigidū. Aluum subducūt dulces, et maximē quādo humidæ fuerint. Omnium itaque tutissimus vsus est, quādo carnosæ fuerint & maturæ, & mediocriter quis ipsas assumat. Vuæ quæ albæ sunt, magis subducunt aluum quā nigræ. Omnes verò ciborum appetentiam excitāt, & venerem. Conuenit cum eduntur membranam & nucleos expuere, quòd difficulter consiciātur. Quæ immaturæ sunt, ventrem sistunt, & stomacho bonæ. Caliditatem à flaua bile ortam sedant. Minus verò nutriunt. Oportet autem non solum vuas, sed etiam omnes fructus molli cortice præditos humidos, ante reliquos cibos apponere.

## DE ACONITO. CAP. XXX.

Aconitum Pardalianches quadrifolium, quod quidā putauerunt Asters rectè pingis in syluis frequens.

NOMINA. *Ἀκόνιτιον*

**A**κόνιτον Græcis, Aconitum Latinis dicitur. Aconitū Sic autem Theophrasto lib. ix. de Plantarū vnde di-  
 historia teste, non ἀπὸ τῶν ἀκόνων, id est, à cau-  
 tibus, sed ab Aconis Periadynorum pago, ad He-  
 racliam Ponti sito, vocatum est. Alij quod vis ead-  
 dem in mortem esset, quæ cotibus ad ferri acie de-  
 g iij trahendam,

PLANTARVM HISTORIAE

trahendam, statimq; admota velocitas sentiretur. Sunt qui aliam ob causam, quã referre minimè necessarium duco, sic nominatam fuisse existiment.

GENERA.

**Pardaliã** Duo Aconiti sunt genera: vnum Græcis *Pardaliches*. *lianthes* dictum, quod *pardi* eo necentur. Vocatur **Scorpiu**. etiam *Scorpium*, quod radicem Scorpionis similem **Vua** *vers* habeat. *Vulgus* herbariorum *Vua* *versam*, & *vulsa*. *pinam*, Germani *Vuolfsbeer*, & *Doluurtz* nominant. Alterum *Lycocotonon* Græcis dicitur, quoniam deuoratum lupos confestim interficit. *Vulgus* **Luparia**. *Lupariam*, Germani *Voullsuurtz* appellant.

voefwone

FORMA.

**Pardaliã** *Pardalianches* folia habet tria aut quatuor **Cyches** *de* *clamino* vel *sylyestri Cucumeri* similia, *minora* *ta* *scriptio*. *men*, & *subaspera*. *Caulem* *dodrantalem*. *Radicẽ* *scorpionis caudæ* similem, *alabastris* modo nitentem. Ex hac descriptione omnibus liquidò apparet, herbam eam quam *Vuam* *versam* aliqui nominant, cuiusq; hinc picturam exhibemus, primum esse *Aconiti* genus: habet enim tria aut quatuor folia, eaq; *Cyclamini* specie. *Caulem* *palmi* altitudine, & *radicem* *incuruam*, *scorpionum caudæ* similem, *alabastrique* modo splendentem. Quibus etiam accedit quod *manuscriptus* & *vetustissimus* *herbarius* *planissimè* eam herbam quam hinc damus pro *Aconito* pingat. *Germanica* etiam *nomenclatura* satis *indicat* *hanc* *herbam* *ob* *suam* *facultatem* *perniciosa*

ciosam esse Aconiti speciem. Lycocotonon Platani Lycoctos  
folia habet, magis tamen incisa diuisiue, longiora non.

& nigriora. Caulem veluti Filix, cubiti altitudi-  
ne, aut maiorem: pediculum glabrum. Semen in si-  
liquis aliquatenus longis. Radices cirris marina-  
rum squillarum similes, nigras. Vnde iterum con- Luparia.  
stat Lupariam vulgò appellatam, esse alterã Aco-  
niti speciem: ea enim folia Platani, quæ Cici aut  
Vitis foliis similia sunt, multas habetia diuisuras,  
obtinet. Caulem Filici similem, pediculum glabrũ.  
Florem oblongum, luteum, post quem longæ proue-  
niunt siliquæ, in quibus est semen. Radices etiam  
nigras, vt nemo subinde quin verum sit Aconitum,  
dubitare possit.

## LOCVS.

Primum Aconiti genus passim in nemoribus &  
collibus quibusdam nascitur: alterũ autem in mon-  
tium vallibus altissimis. Magna autem illius copia  
est circa mōtem haud vltra vnum lapidem à Tu-  
binga situm, quem Germanica voce Fahrenberg  
nominant.

## TEMPVS.

Aconiti primum genus Maio mense potissimum  
erumpit. Alterum autē æstate, Iunio & Iulio men-  
sibus floret.

## TEMPERAMENTVM.

Erosione & putrefactione enecāt Aconita, ideo  
toto genere letalia sunt.

## VIRES.

PLANTARVM HISTORIAE

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Ferunt Aconiti primi radicem scorpioni admo-  
tam eum resolueret, & è diuerso admoto elleboro  
excitari. Ocularibus medicamentis dolorem tollen-  
tibus miscetur. Enecat pardos, sues, lupos, & feras  
omnes, carnibus impositum & obiectum. Alterius  
radice ad lutorum venationes vtuntur. Inseta car-  
nibus crudis, & à lupis deuorata, eos enecant.

EX GALENO.

Aconitum Paydalianches putrefaciendi facul-  
tatem obtinet & letale est, itaque in cibo potuque  
fugiendum: attamen ad putrefaciendum colliquan-  
dumve quaedam extra corpus, aut circa sedē, ido-

Legendum neum est. Herbae verò radix ad hæc utilis est. Al-  
enim ti- terum similem priori facultatem habet, sed pecu-  
vò τῶν liariter lupos, sicut illud pardos, interficere con-  
ἐκτὸς σὺ̄ succit.

ματῶς, et

EX PLINIO.

non τινα Cōstat omnium venenorum ocysimum esse A-  
τοῦ σὸ - conitum, & tactis quoque genitalibus fœminini se-  
ματῶς, xus animalium, eodem die inferre mortē. Hoc ta-  
ut habet men in vsus humane salutis vertere, scorpionum is  
exemplar etibus aduersari experiendo aconitū datum in vi-  
Aldinum: no calido. Ea est natura vt hominē occidat, nisi in-  
astipulan- uenerit quod in homine perimat: cum eo solo collu-  
tibus huic etatur, velut pari intus inueto. Sola hæc pugna est  
lectioni cum venenum in visceribus repererit: mirūque,  
Actio, pau exitialia per se ambo cum. fuerint, duo venena in  
homine

homine commoriuntur, ut homo superfit. Imò verò lo, & ana etiam ferarum remedia antiqui prodiderunt, de tiquo in= monstrando quomodo venenata quoque ipsa sana terprete rentur. Torpescūt scorpiones Aconiti tactu, stupent Latino. que pallentes, & vinci se confitentur. Auxiliatur eis elleborum album, tactu resolvente: ceditq; aconitum duobus malis, suo & omnium. Tangunt carnes aconito, necantque gustatu earum pantheras, ob id quidam Pardalianches appellauere.

## DE ARISTOLOCHIA.

## CAP. XXXI.

Aristolochia longa videtur quam pro rotunda pingis, quòd folio sit rotundo, sed radice etiam rotunda esse debet Dioscoridi. Pistolochia autem tua radice rotunda est, foliis autem altè incisis.

NOMINA. *Holuurtz*

**A**ριστολοχία Græcis, Aristolochia Latinis, barbaris & officinis corrupta voce Aristologia, quemadmodum etiam Germanis Holuurtz, & Osterlucey. (Gallicè de la sarrasine) nominatur. Dicta autem est Aristolochia, quod ἀριστή *Aristolos* τῶν λοχοῖς, id est, optima puerperis sit, vipote *chia vnde* quæ remoratos menses, hærentes secundas, & reliquis *dicta.* quias omnes à partu expellat.

## GENERA.

Aristolochiæ Dioscorides & alij Græci tria esse genera statuūt. Vna est quæ rotunda et femina dicitur.

PLANTARVM HISTORIAE

Germania citur. Altera longa & mascula. Tertia Clematitis, nie officii quasi dicas sarmetaria, appellatur. Harum certè nulla solà lō lā præter lōgā officinæ Germaniæ nostræ agnoscūt. gā. Aristot. Nam quæ sub Aristolochiæ rotundæ nomine vtūtur lochiā a herba, minimè genuina est, vt paulò post euidentissimè gnoscunt. mis argumentis ostēdemus. Plinius tribus iis generibus addit quartum, ac Pistolochiam vocat, quæ chia quæ, certè ea est quæ nostræ officinæ Aristolochiā rotundam, & Germani Runde Holuurtz falso appellat, vt in eius descriptione fusius docebimus.

FORMA.

Aristolochia rotunda folia Hederae similia habet, cum acrimonia odorata, subrotunda, tenera, cum multis in vna radice germinibus: sarmenta illi sunt oblonga, flores candidi, pileolis similes, in quibus quod rubet grauius odoratum est. Radix illius rotunda, rapo similis. Ex iis quidē verbis sole clarius fit, Aristolochiam rotundam officinarum, & quæ cōmuniter omnes vtuntur, non esse eam quam Dioscorides atque alij veteres pingunt. Hæc enim non Hederae folia, sed Rutæ potius, maiora tamen habere deprehēditur. Neque etiā odorata, neque subrotunda sunt. Grauis etiam qui ex floribus exhalat odor, in nostræ Aristolochiæ floribus nusquam apparet. Radix denique etsi rotunda sit, tamen quia concava est, globique formam obtinet, rapo, quod solidum est & oblongum, similis dici nō potest. Nō latet tamen interdum etiam reperiri eius generis

da. 1.  
no. de. h. o. k.  
we. k. e.



generis radices prorsus rotundas ac solidas, vt altera pictura monstrat: verum cum reliquæ Dioscoridis notæ absint, legitima Aristolochia esse haud potest. His accedit, quod manuscripti herbarum pictura planè hanc Aristolochiam Hederæ folia habere doceat, vt hinc etiam euidentissimum sit nostram non esse genuinam. Aristolochia longa, folia quæ Aristolochia longa. mab  
 rotunda longiora habet. Ramulos tenues, altitudine dodrantales. Florem purpureum, grauius odoratum, qui cum defloruerit pyro similis sit. Radicem digiti crassitudine dodrantalem, aut longiorem. Tam huius verò quam prioris radix colore buxæo, gustu amara, & odore viroso est. Hæc sanè descriptio non abhorret à nostra Aristolochia, quæ Hederæ etiam foliis constat, ramulisque tenuibus. Neque obstat Obiectio  
 quod hæc non purpureos, sed luteos potius flores habet: nam vt in Symphyto magno vberius dicitur. Earundem  
 mus, non vbique terrarum, earundem etiam herbarum flores similes esse, euidentissimum fit in Borragine, & Consolida maiore hodie nominatis herbarum floribus. Quamuis autem lutei sint, grauius tamen odoratos esse constat. Deinde vbi flos nostræ etiam Aristolochiæ defloruerit, tum pyro similis sit, vt pictura etiam monstrat. Sed hic obtrudet nobis miles.  
 quispiam Dioscoridem, qui Gentianæ radicem Aristolochiæ longæ similem, crassamque esse scribit: huius autem nostræ nedum digiti crassitudinem obtinet, tantum abest, vt quantitate Gentianæ radi-  
 Obiectio  
 nis dissolutio.  
 Obiectio  
 nis dissolutio.  
 Obiectio  
 nis dissolutio.

PLANTARVM HISTORIAE

ei similis esse queat. Respondeo, hæc quidem vera esse, sed nihil mirum esse si apud nos minor reperiat: variatur enim in vna etiam & eadem herba iuxta regiones diuersas radicum magnitudo. Sic visa est nobis radix Aristolochiæ rotunda multò, quàm sit maximus digitus, maior & crassior. Hæc tamen in Italia prouenerat. Neque dubium est quin nostræ etiam radix maior futura sit, vbi cultus, & terra apta admodum accesserit. Nã vt Theophrastus lib. I. de hist. Plânt. ca. 5. autor est, quædã ob culturã diuersa efficiuntur, atque à sua natura discedunt. Sic Malua in altum se attollit, & arborefcit, atque in longitudine & crassitudine instar hastæ grandescit. Quid multã? cum nostra maxima etiã prædita sit amaritudine, tutò illa pro vera & genuina, nihil obstantibus floribus luteis, & radice minima, vti licebit. Clematis ramulos habet tenues, foliis subrotundis, minori Sèperuiuo similibus, plenos: flores Rutæ haud dissimiles. Radices longiores, tenues, corticem crassum habentes, & odoratum. Pistorlochia à Plinio lib. xxv. cap. viij. iis pingitur verbis: Est & quæ Pistorlochia vocatur, quarti generis, tenuior quàm tertia, densis radicis capillamentis, iunci plenioris crassitudine. Hanc quidam Polyrrhizon cognominant. Ex iis autem verbis nemo non intelligit, Arizda est Pistorlochiam rotundam vulgò vocatam, esse Pistorlochiam: hæc enim supra modum tenuis, vel vt apertius

Clematis.

Pistorlochia.

Aristolochia.

apertius dicam, tenera herba est. Radix etiã multis capillamentis vestita, crassioris etiam iunci magnitudine, atque adeo concava, ut pictura monstrat. His accedit, quòd hæc quæ rotunda vocatur, canis ulceribus proffit, quam etiam facultatem Pistolochiæ, ut paulò post patebit, Plinius tribuit. Et quid multis opus est verbis? nomen ipsum abundè docet esse Pistolochiam: creditur enim, quãvis reuera non sit, esse Aristolochia hodie quoque, haud secus quàm Plinij temporibus. Hæc ut totam eius faciem teneas, caulem habet rotundum, leuem, folia Rutæ hortensis, latiora tamen, flores ferè Eranthemij, purpureos: illa candidos, ut pictura quæ vtrosq; vnâ complectitur, pulchrè monstrat, quibus abeuntibus, siliquas profert refertas semine atro, lentibus haud dissimili: radices, ut ostensum est, hæc rotundam & cauam, illa verò rotundam, at omni tempore solidam obtinet, colore subcroceam.

## LOCVS.

Vera rotunda, quòd sciam, nusquã in Germania nostra nascitur. Longa passim in vineis, ac hortis alijs provenit. Pistolochia in syluis & locis vmbrosis.

## TEMPVS.

Longa Iunio & Iulio mensibus floret. Pistolochia in Martio & Aprili, quo præterito statim etiam disperit.

## TEMPERAMENTVM.

Cum supra modum amara & subacres sint Aristolochiæ,

PLANTARVM HISTORIAE

lochia, calidas & siccas esse in secūdo, vel, quod magis credibile est, in tertio ordine rectè statuemus.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Rotunda contra alia venena valet. Longa verò drachma vnius pondere cum vino pota & illita, aduersus serpentes & letalia. Menses, secundas & fetus omnes in vtero consistentes cum myrrha & pipere pota pellit. In pessa subdita eadem potest. Rotunda ad eadem omnia ad quæ prædicta conducit: ampliusq; asthmatis, singultui, rigori, lieni, ruptis, conuulsis, laterisq; doloribus ex frigida aqua pota auxiliatur. surculos & spicula extrahit. Squamas ossium illita educit. Putrescentia excarificat, & sordida vlcera expurgat. Caua cum Iride & melle explet. Exterit gingiuas & dentes. Creditur & Clematidis ad eadem prodesse, efficacia tamen prædictis minor inferiorque est.

EX GALENO.

Aristolochiæ radix ad medicationes utilissima est, amara & subacris. Sed ex illis tenuissima est rotunda, & in omnibus efficacior. Aliarum verò duarū Clematidis vocata magis odorata est: itaq; ea ad vngueta vtuntur vnguētarij: sed ad sanationes infirmior. Longa verò minus quidem tenuis est quàm rotūda, sed nec ipsa inefficax, verum abstergēdi & calefaciēdi facultatē possidet, minus tamē quàm rotūda abstergit atq; digerit: sed non minus calefacit, imò fortassis etiam plus. Itaq; in quibus  
 vsus est

vsus est mediocriter abstergere, cōmodior est lōga, quē admodū in carnis exculcerationibus, & in vteri fomētationibus. In quibus autem crassū humorē validius extenuare oportet, illic vsus est rotunda. Quapropter dolores ab obstructione aut crassitie crudorum flatuum natos, magis curat rotunda, & furculos extrahit, & putredines sanat, & sordida vlcera repurgat, ac dentes gingiuāsq; candidas efficit. Auxilio est asthmaticis, singultientibus, comitialibus, podagricis cum aqua frigida pota. Ruptis etiam conuulsisq; ut si quod aliud medicamentum, idonea est.

## EX PLINIO.

Valent radice tantum. Rotunda contra serpentes. Oblōga in summa tamen gloria est etiā modo. A conceptu ad mota vuluis in carne bubula, mares figurat, ut traditur. Quæ Pistolochi & Polyrhizos cognominatur, conuulsis, contusis, ex alto præcipitatis, radice pota ex aqua, utilissima esse traditur. Semine pleuriticos & nervos confirmare, ex calfacere. Putrida vlcera exest, sordida expurgat, vermesque extrahit Aristolochia. Clavos in vlceribus natos, & infixā corporis omnia, præcipue sagittas, & ossa fracta, cum resina. Caua vlcera explet per se, & cum Iride: recentia vulnera ex aceto.

## APPENDIX.

Etsi nostrā Aristolochiā rotundā non genuinam esse dixerimus, tamen ob id in medico vsu nō repudianda erit. Quum enim habeat & in foliis & in

h

radice

PLANTARVM HISTORIAE

radice acrimoniam, eamque non leuem quidem, si genuina desit, sine omni discrimine illa uti licebit ad omnia ea ad quae vera usurpatur.

DE AMPELO LEVCE.

CAP. XXXII.

Bryonia nobis colubrina, quod sub huius umbra densiori stabulare ament colubri, aliis Ignis ardens dicitur à caustica vitibaccarum rubentium.

NOMINA. *Bryonia*

**A**μπελος λευκή, ἢ βρυονία, ἢ ψιλοθρον  
 Græcè: Vitis alba, Psilothrum Latine appel-  
 latur. Officinis & herbariis Bryonia. Vulgus Vi-  
 ticellam nominat. Germanicè Stickuurtz, Schie-  
 szuurtz, Raszuurtzel, Hunds kurbisz, Romis-  
 schrub, Vuilder zituan, Teufelskirsz. (Gal-  
 licè De la couleuree, aliis du feu ardent.) *vos*  
 Vitis al- catur. Vitis alba verò dicta, non quod vitis sit,  
 ba cur dī sed quod viti similis existat. Sic etiam Viticella,  
 &ta. Psilothrum, quod ex eius acinis coria depilari ac  
 Psilothrū confici possint. Bryonia verò à βρύω fortè, quod  
 vnde. est pullulo atque adeò extollo, & exalto, eò quod  
 Bryonia. in adjacentes sibi frutices scandens se exaltet at-  
 que late pullulet.

FORMA.

Sarmēta, folia, capreoli, satinae viti similia sunt,  
 hirsutiora tamen omnia. Propinquis fruticibus se  
 implicat capreolis apprehendens. Fructum habet  
 racemo



racemosum, rubentem, quo coria depilant. Radix  
alba, crassa & magna.

## LOCVS.

Pasim in sepibus & senticetis nascitur, eosque  
quos prope se nanciscitur frutices scandit, vt ele-  
ganter in carmine suo Columella cecinit, dicens:

Quæq; tuas audax imitatur Nysie vitcis,  
Nec metuit senteis: nã vepribus improba surgēs  
Achrados, indomitas bryonias alligat vltimos.

## TEMPVS.

Floret tota æstate in bonam vsque partem au-  
tumni, in quo fructum producit, qui primum vi-  
ridis est, dein vbi maturitatem consecutus fuerit,  
rufus esse incipit.

## TEMPERAMENTVM.

Prima germina subamaram & modicè acrem  
adstrictionem habent. Radix autem desiccata &  
moderatè calefacit.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Bryoniæ in prima germinatione asparagi elixi  
manduntur, urinã & aluum cientes. Folia, fructus  
& radix, acrem vim habent: eapropter chironiis,  
gãgranicis, phagedenicis, & tibias putrescenti-  
bus vlceribus cum sale illita auxiliantur. Radix  
abstergit corpus & erugat. Vitia faciei, varos, lēti-  
gines, & cicatrices nigra, cum eruo, terra chia, &  
fænogreco emendat. Ad eadē prodest decocta in o-  
leo vsquedū liquecat. Sugillata tollit, & digitorū  
h̄y pterygia

PLANTARVM HISTORIAE

pterygia compefcit. Cum vino illita inflammatio-  
nes difcutit, & abfcelfus rumpit. Offa extrahit,  
trita & illita. Mifcetur aptè medicamentis quæ  
exedendo funt. Bibitur comitialibus drachmæ pon-  
dere quotidie per annum. Attonitis & vertigine  
laborantibus confimiliter affumpta prodeft. Con-  
tra viperarum ictus pota drachmis duabus pro-  
deft. Fætus necat. Mentem aliquando fubturbat.  
Cit urinã pota. Eclegma ex ea fit cum melle, quod  
præfocatione oppreffis, tuſſientibus, latera dolentibus,  
& ruptis datur. Appofita vtero, fætus & ſe-  
cundas trahit. Lienem trium obolorum pondere ex  
aceto triginta diebus pota confumit. Illinitur vti-  
liter cum fico ad eadem. Ad inceffus decoquitur:  
vulvas ſiquidem purgat, & abortum facit. Vere  
ex radice eius exprimitur ſuccus, bibiturque cum  
aqua mulſa ad eadem, pituitam ducens. Fructus  
eius ad pſoras & lepras illitus & inunctus facit.  
Lactis abundantiam efficit ſuccus eius fructus, ſi  
cum tritico decocto ſorbeat.

EX GALENO.

Vitis albæ, quam etiam Bryonia vocant, prima  
quidem germina ab omnibus pro more per ver es-  
duntur, utpote edulium ſtomacho eò quòd adſtrin-  
gat gratiã. Habent etiã amarã & modicè acrè ad-  
ſtrictionem, quare urinam moderate mouent. Ra-  
dix autem abſtrogentem nonnullam, deſiccantem  
& tenuium partium, ac moderatè calidam vim  
obinet.

obtinēt. quamobrem & licnes induratos liquefacit, tum epota, tum foris cū ficibus imposita. Psoriam etiam ac lepram sanat. Racemosus eius fructus pelles tingentibus utilis est.

## EX PLINIO.

Bryonia asparagi decocti in cibo alui & urinā cient. Folia & caules exulcerant corpus: utiq; vlcera phagedenis, & gāgrænis, tibiārumq; tadio cum sale illinuntur. Semen in vua raris acinis depēdet, succo rubente postea croci. Nouere id qui coria perficiunt: illo enim vtuntur. Psoris & lepris illinitur. Lactis abundantiam facit coctum cum tritico, potūmq; . Radix numerosis utilitatibus nobilis: contra serpentium ictus trita drachmis duabus bibitur. Vitia cutis in facie, varosque & lentigines, & sugillata emendat, & cicatrices. Eademq; præstat decocta in oleo. Datur & comitialibus potus. Item mēte commotis, & vertigine laborantibus, drachmæ pondere quotidie anno toto. Et ipsa autem largior aliquāto, purgat sensus. Illa vis præclara, quod ossa infracta extrahit in aqua imposita, vt Bryonia: quare quidam hanc albā Bryoniam vocant. Suppurationes incipientes discutit, veteres maturat & purgat. Cit menses & urinā. Eclegma ex ea fit suspiriosus, & contra lateris dolores, vulsis, ruptis. Splenē ternis obolis pota triginta dieb<sup>o</sup> cōsumit. Illinitur eadē cū fico & pterygiis digitorū. Ex vino secundas fœminarū apposita tra-

PLANTARVM HISTORIAE

hit: & pituita, drachma pota ex aqua mulsa. Succus radicis colligi debet ante seminis maturitatē: qui illitus per se & cum eruo, letiore quodam colore & cutis teneritate mangonizat corpora: serpentes fugat. Tunditur ipsa radix cum pinguisco, erugātque corpus, si statim bina stadia ambulentur. Aliās vrit, nisi frigida abluatur.

DE AMPFLO MELAENA.

CAP. XXXIII.

Tua vitis nigra videtur esse viburnū, etiā vulgò Gallorum cum Virgilio dictum.

NOMINA *ἄμπελος μέλαινα*

**A**μπελος μέλαινα Græcis, Vitis nigra Latinis nominatur. Officinis incognita. Germanis Vualdreben. oder Lynen, oder Lenen, (Gallicè Espece de Couleuree, ayant les racines & sementz noirs.) vocatur. Nigra vero vitis dicta est à radice nigra, & quòd vitis similitudinem obtineat.

Vitis nigra vnde dicta.

FORMA.

Folia Hederae similia habet, magis tamen ad Smilacis folia accedētia, cui & caules similes obtinet: maiora tamē eius folia quàm illius sunt. Clauiculis hæc etiam arbores amplectitur. Semen ramosum, initio herbaceum, cum maturuit deinde nigrum. Radicem foris nigram, intus buxci coloris. Ex qua delineatione omnibus constat herbam hanc cuius picturam exhibemus, esse vitem nigram.

gram. Foliis enim Hedera, maioribus tamen, Smilaci proximioribus, caulibus quoque cognatis. Clauiculis suis arbores perinde atque adminicula comprehendit. Semen racematim cohaeret, inter principia virens, post maturitatem nigrescens. Radix foris atra, intus buxco colore nitet. Flores eius, quod omisit Dioscorides, sunt candidi, & odorati, quibus decidētibus semen subnascitur plumis quasi vestitum, aut barbæ canæ effigiem præbens.

## LOCVS.

In frutetis & dumetis potissimum nascitur.

## TEMPVS.

Floret Iulio mense, Augusto verò semen profert.

## TEMPERAMENTVM.

Idem quod vitis alba temperamentum habet.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Huius caules in prima germinatione olerum modo manduntur, urinæ & mensibus ducendis vtilis. Iidem lienes minuunt. Comitibus, vertiginosis, & resolutis accommodati sunt. Radix eadem præstat quæ vitis alba, minus efficax tamen. Folia cum vino illita ad iumentorum ceruices exulceratas conducunt. Quinetiam luxatis eodem modo imponuntur.

## EX GALENO.

Viti alba ad omnia similis, nisi quod imbecillior.

## EX PLINIO.

Asparagi eius in cibo urinæ ciēda & lienisq; minuēdo vtilis. Radix ossa infracta efficacius extrahit  
h iij quam

PLANTARVM HISTORIAE

quã suprà dicta. Caterùm eidẽ peculiare est, quòd iumentorum cervicibus vnice medetur. Aiunt si quis eam in villa extruxerit, fugere accipitres, tuãque fieri aues villaticas. Aliter eadem in iumẽto hominẽque phlegma aut sanguinem qui screatur, talos circumligata sanat.

DE AMARANTO. CAP. XXXIII.

Amarantus luteus in Santonia, & Gallia Narbonensi frequens est, in officinis propẽ omnibus stœchadii citree nomine, Amarantus purpureus nobis Paffe velours, quòd immortali colore etiam villutum purpureum vincat.

NOMINA. amarant

**A**μαραντος Grecis, Amarantus Latinis dicitur. Medicis & herbarius nostræ etatis ex amore & anthos dictionem componi credentibus, Flos amoris vocatur. Hanc appellationem vsurpãtes Germani Floramor nominant, aliã Samatblum & Taufentschon (Gallicè Du paffeuelours) appellatur. Amarantus autem non alio nomine dici cœpit, quã quòd flos eius nunquã marcescat. Hinc est quòd puellæ hyemales sibi corollas ex eo conficiant: id quod Erfordiæ, ubi non solum æstate, verum etiam hyeme gestant coronas, fieri potissimum solet.

GENERA.

Duplex est Amarantus: vnus luteus, qui Dioscoridi ἐλίχρον, Galeno Amarantus, officinis & imperitis Stichas citrina, vel vt ipsi loquuntur, Sticados

Amarantus unde dicitur.

Amarantus motu aut flos amoris flos est amoris



caulos citrinum, Germanis Rheinblumen quòd in regionibus quæ Rheno adiacent, potissimum verò quæ intra Spiram & Vuormaciam sunt, proveniat: oder Mottenblum oder lungling apud Helichrypellatur. Helichryson dictum, quòd ad solis repercussum comantibus in orbem florum foliis, fulgorè dictum. auri præ se ferat. Alter purpureus, qui hodie Flos amoris vulgò, & Germanis Floramor oder Saaris. matblü vocatur, vt paulò antè à nobis dictū est.

## FORMA.

Amarantus luteus qui Helichryson alio nomine Amaranth dicitur, virgam habet tenuem, virentem, rectā, solidāque. Folia angusta ex intervallis. Abrotono similia. Comam orbicularem, auri modo fulgentē. Umbellam rotundam, veluti corymbos arescentes. Radicem tenuem. Ex qua descriptione planum fit eam herbam quam hodie officinæ solæcisino vten-tes, Stichada citrinam nomināt, esse Helichryson. Est enim herba furculosa, exilibus ramulis, folio vt Hyssopus angusto, gustu amaro, et instar Abrotoni albicante: coma orbiculari, auri modo splendente: umbella rotunda veluti corymbos arescentes: radice gracili. Et vt paucis dicam, non est nota quæ illi non aptissimè quadret. Purpureus verò pedali altitudine surgit, caule purpurascēte, foliis Ocymsimilibus, maioribus tamē & longioribus, spica purpurea, verius quàm flore, inodora, quæ nihil gratius aspectu cernitur.

## LOCVS.

Nascitur

## PLANTARVM HISTORIAE

Nascitur in asperis, sabulosis, siccis & cōvallib.  
locis luteus. Alter autē in hortis & fictilib. seritur.

### TEMPVS.

Helichrysum Iunio & Iulio mensibus floret. A-  
marantus verò purpureus aestate, potissimum autē  
Augusto mense.

### TEMPERAMENTVM.

Luteus calidus & siccus hand dubiè est, id quod  
Amaritudo in gustu & facultates eius abundè de-  
monstrant. Purpureus autem recentiorum herba-  
riorum sententia, frigidus est & siccus.

### VIREs. EX DIOSCORIDE.

Coma Helichrysi cum vino pota difficultatibus  
vrinae, serpentium ictibus, coxendicum doloribus,  
& ruptis auxiliatur. Menses ducit, & sanguinis gru-  
mos in vesica aut aluo cum oxymelite puta liquefa-  
cit. Destillationem trium obolorum pondere cum  
vino diluto albo ieiuno data comescit. Reponitur  
etiam cum vestibus, quas ab erosione integras  
seruat. Vnde iterum colligere licebit, herbam quā  
Rheinblumen vocant, esse Helichrysum, quòd il-  
lam hac facultate vt vestes à tineis tueatur prædi-  
tam esse, omnibus in confesso est.

### EX GALENO.

Amarantus, luteus nēpe, facultatis est incidentis  
& extenuantis. Quapropter coma eius cū vino po-  
ta menses educit, & sanguinis grumos liquare cre-  
ditur, non solum in vètre, sed & in vesica. Sed tūc  
potius

potius illam cum mulso bibere conuenit. Omnes uerò simpliciter fluxiones pota desiccant, stomacho tamen aduersa. EX PLINIO.

Heliochrysum ciet urinas è uino pota, & menses. Duritias & inflammationes discutit. Ambustis cum melle imponitur. Contra serpentium ictus & lumborum uitia bibitur. Sanguinè concretum uentris ac vesicæ absumit cum mulso. Folia eius trium obolorum pondere sistunt profluvia mulierum in uino albo. Vestes tuetur odore non ineleganti.

## APPENDIX.

Recentiores purpureum Amaranthum ueremener siccare tradunt, ideoque cum uino sumptum alui fluxiones sistere scribunt: sed, ut aiunt, stomacho aduersatur. Lutei floribus in uino decoctis, ad lumbricos educendos utuntur: & ad pediculos enecandos in lixiuio coctis.

## DE AQUILEGIA. CAP. XXXV.

Aquilegia aliis angelica ancolie uulgo Galorum, florum omnium pulcherrimus præsertim qui duplus est.

NOMINA. *ackley*

**Q**uæ Aquilegia uulgò ab omnibus appellatur herba, ea Germanis Ackeley Agley & Aquilegia Ageley nominatur. Quo uerò nomine Græcè non est Aecis aut Latinis medicis uocata sit, nobis nondum constat. Non esse enim Græcorum Aegilopa, ut non Aegilops solum uulgares herbarii, uerumetiam magni nominis quid.

PLANTARVM HISTORIAE

nis medici putant, notius est quam vt demonstrari à me debeat. Nam nihil in vniuersa Aegilops, quæ alterum Auenæ genus est, historia reperitur, quod ad Aquilegiam referri queat. Neque enim tam ab anguilla cæcer, quam Aegilops ab Aquilegia distinet: vt hoc nomine errare toto cælo euentissimū sit, qui Aegylopa esse Aquilegiam arbitrantur.

FORMA.

Folia Chelidonij maioris habet, sed paulò rotundiora, ac molliora. Caulem cubitalem, & interdum proceriorem, in cuius summo flores purpurei sunt, ex caudis quibusdam veluti muliebres oculi propendentes. His decidentibus capitula subnascuntur, haud secus atque in melanthio, in quibus semē atrum est. Radix eius crassa.

LOCVS.

Nascitur passim in hortis, & pinguibus quibusdam pratis. Inuenitur etiam in montibus syluosis, & interdum in petris & muris.

TEMPVS.

Maiō & Iunio mensibus floret.

TEMPERAMENTVM.

In gustu dulcedinem quandam præ se ferre videtur, vt hoc nomine mediocriter calidam esse, ac modicè digerendi vim habere verisimile sit.

VIRE S. EX RECENTIORIBVS.

Recentiores omnes, tum herbarii, tum medici, Aquilegia omnes Aegilopis facultates tribuunt, at  
quam

quàm rectè, ipsi viderint. Neq; enim verisimile est herbe quæ subacris nō est, tātā discutiendi inesse facultatem posse. Quum verò modicè digerat & exiccet, scabiei & fistulis, potissimum si illi farina commisceatur triticea, conferre potest.

## DE ALLIARIA. CAP. XXXVI.

Alliaria vulgo scordotis ab odore allii herba qua sunt hætenus male vsi Pharmacopæi loco scordii nunc notissimi.

NOMINA. *κοορκή* *sonder koork*

**N**ondū constat quo nomine veteribus Græcis & Latinis herba hæc appellata sit. Vulgò Alliaria tamē, eò quòd trita eius folia ingratiū ac planè aliaceum odorem redolent, Alliaris & Alliaria nominantur. Germanicè Knoblochkraut oder Leuchel oder Saszkraut. Pandectarum Autor Pedè asininum vocat. *Pes asininus.*

## FORMA.

Folia eius cum primū emicant subrotūda sunt, Violæ similitudine, aliquantulum tamen maiora. Adulta autem in angulos exeunt. Herba ipsa bicubitali proceritate confurgit, canle tereti, foliis Verticillatis, nisi quod leuiora sunt, parcius simbrinata, & à pediculo latiora. Alii odoratū cum teruntur, flore lacteo albōve, exili in siliquis semine, atro colore, radice oblonga, eiusdem cum foliis odoris.

## LOCVS.

Pæssim propter sepes & agrorum margines prouenit.

## TEMPVS.

Folia

PLANTARVM HISTORIAE

Folia statim primo vere, atque adeò Martio ipso erumpunt. Floret autem aestate, atque deinceps semen profert.

TEMPERAMENTVM.

Quum prorsus suboleat Allium, necesse est vt temperamento eodẽ prædita sit. Calefacit igitur haud dubiè & desiccatur, non tamen perinde atque Allium in excessu quarto. VIRES.

Easde propè Allii facultates habere vel hinc cõiici potest, quòd nonnulli in iuribus tortiuvisq; succis pro Allio substituunt. Proinde corpus calefacere, crassos humores in eo extenuare, glutinosos incidere potest: omnia tamen hæc minori quàm Allium efficacia. Semen eius cum aceto emplastrum modo mulieribus strangulatum vteri laborantibus impositum, & vuluæ admotum prodest, ac easdem excitat. Et summatim, omnia quæ Nasturtii semen, sed minori efficacia, potest.

DE ACALYPHE. CAP. XXXVII.

Vrtica Romana nobis mas dicitur, semine in globulis ceu lini sed minori. Maior in sepibus horrorum, minor agraria nobis dicitur Ortie griace.

NOMINA. *netley*

**A** καλύφη, ἡ κνίδις Græcis, Vrtica Latinis nuncupatur. Officine Latino nomine vtuntur, Acalyphe Germanis Nessel (Gallice Ortie) appellatur. vnde dicitur Acalyphe verò dicta est, Athenæo authore, quòd iniucundo



iniucundo sit tactu, & pruriginem cieat. Cnide au- *Etā.*  
 tem, quod vellit, pungat ac suo morsu sensum la- *Cnide.*  
 cessat, à verbo  $\chi\lambda\epsilon\upsilon$ , quod pungere & vellicare *Vrtica.*  
 significat. Vrtica ab vrendo, quod pruritum pustu-  
 lasq; igni similes excitet.

## GENER A.

Vrticaroz  
 mana, *zoo m f f e*  
*u k l e y /*

Dioscorides duo facit genera. Vnam asperam,  
 quam hodie Romanā vocant: & est ea quam pi-  
 etam damus. Huius quidē semine in officinis uten-  
 dum, nō alterius quæ passim in sepibus ac dumetis  
 nascitur. Germanicè Vuelschnessel (Gallicè Or-  
 tie griesche) appellatur. Alterā minus asperam,  
 quā ob id mollem nominant. Hanc nondum videre  
 potuimus. In Germania nostra præter hæc genera, *m a u r b z h r a /*  
 alia duo inueniuntur. Vnū maius, quod Germanicè *g r o n e n e k l e y*  
 Heyternessel nominat: alterū minus, Germanicè *Vrtica n o*  
 Brennessel vel Habernessel quod nimirū in a- *s t r a m a i o r*  
 uena nascatur, appellari solet. Harū etiā picturas *Vrtica m i*  
 adicere placuit, quod nō prorsus inefficaces esse pu- *n o r . ' f e c e r e*  
 temus, quandoquidem haud secus atque Romana *m k l e y*  
 pungere videantur. FORM A.

Romana caule est rotundo & aspero, syluestrior  
 etiam & asperior, latior & nigrior foliis, semine  
 haud dissimili in globulis quibusdam semine lini,  
 sed minore. Altera priori similis est, nisi quod non  
 similiter aspera est, tenuiusq; semen habet.

## LOCVS.

Romana apud nos non nisi sata provenit, non se- *Romana.*

# PLANTARVM HISTORIAE

cus atque mollis vocata urtica. Vulgares passim in  
diueticis ac sepibus gignuntur.

## TEMPVS.

Semen messibus colligi oportet.

## TEMPERAMENTVM.

Subtilissimum est partium, & temperaturæ sicca, nõ  
samen tantum habet caliditatis vt iam mordicet.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Vtriusque folia cum sale illita canis moribus,  
gangranis, malignis vlceribus, canceris, sordidisq; lu  
xatis, tuberculis, parotidibus, phygetis, & absces  
sibus medentur. Lienosis cum cerato imponuntur.  
Profluvia sanguinis ex naribus cum succo trita &  
imposita sistunt. Cum myrrha trita & imposita  
menses mouent. Recentia admota vteri prociden  
tias emendant. Semen cum passo potum venerem  
stimulat, & vuluas aperit. Cum melle linctum or  
thopnceas, pleuritidas, & peripneumoniam iuuat.  
Ea quæ in thorace sunt educit. Miscetur & exedẽ  
tibus medicamentis. Folia cum conchulis decocta  
aluum molliunt, vrinasq; mouet. Cum ptisana deco  
cta ea quæ in thorace sunt educunt. Decoctum fo  
liorum cum exiguo myrrhæ potum menses elicit.  
Succus gargarissatus, vnam inflammata reprimit.

## EX GALENO.

Herbæ semen & folia, nam hæc potissimum in  
vsum adhibentur, digerentis sunt facultatis, adeo  
vt tubercula & parotidas sanent. Sed & quiddã  
flatuosum

flatuosum obtinet, quo & venter extimulat, maxime ubi cum passo semen bibitur. Porro quod non vehementer calefaciat, sed admodum tenuium sit partium, testatur crassorum viscosorumque humorum ex thorace & pulmone eductio, tu quod partes quas contigerit, pruriant. Ceterum flatuosum eius, cuius particeps esse dicta est, dum concoquitur, nascitur: non enim actu flatuosa est, sed potentia. Ventrem autem mediocriter subducit ipsa dumtaxat abstersione, ac veluti titillatione, non purgatione. Gargrenosa & canerosa, & in totum quae exiccari citra mordacitatem postulant, ea conuenienter sanantur.

## EX PLINIO.

Urtica plurimis scaturit remediis. Semen eius Cicuta contrarium esse Nicander affirmat. Item fungis, & argento viuo. Apollodorus & Salamandris cum iure decoctae testudinis. Item aduersari Hyoscyamo, & serpentibus, & scorpionibus. Quin illa ipsa amaritudo mordax, vnas in ore, procidentesque vulvas, & infantium sedes, tactu resilire cogit. Lethargicos expurgisci tactu cruribus, magisque fronte. Eadem canis moribus addito sale medetur. Sanguinem trita naribus indita sistit, & magis radice. Carcinomata & sordida ulcera, sale ammixto: ite luxata. Sanat & panos, parotidas, carnesque ab ossibus recedentes. Semen potum cum Sapa, vulvas stragulantes aperit, & profluvia narium sistit impositum. Vomitiones in aqua mulsa sumptum à cæs-

PLANTARVM HISTORIAE

na, faciles præstat, duobus oboli. Vno autem in vi-  
no potu, lassitudines recreat. Vuluæ vitiiis tostum,  
acetabuli mensura. Potum in sapa, resistit stomæ-  
chi inflationibus. Orthopnoicis prodest cum melle,  
& thoracè purgat eodem ecligmate. Et lateri me-  
detur cum semine lini: addunt Hyssopum & pipe-  
ris aliquid. Illinitur lieni. Difficilem ventrem to-  
stum cibo emollit. Hippocrates vuluam purgari po-  
to eo pronunciat. Dolore leuari tosto acetabuli mē-  
sura dulci potu, & imposito cum succo maluæ. In-  
testinorum animalia pelli cum Hydromelite & sa-  
le. Defluuia capitis, semine illito cohonestari. Artic-  
ularibus morbis, & podagricis plurimi cum oleo  
vetere, aut folia cum vsina adipe trita imponunt.  
Ad eadem radix tusa cum aceto, non minus utilis.  
Item lieni. Et cocta in vino discutit panos, cū axum-  
gia vetere salsa. Eadem psilothrum exiecat. Con-  
didit laudes eius Phanius physicus, vtilissimā ci-  
bis coctam. conditāque professus arteriæ, tussi, ven-  
tris destillationi, stomacho, panis, parotidibus, per-  
nionibus: cum oleo sudorē, coctam cū cōchulis ciere  
aluum, cum ptisana pectus purgare, mulierūque  
menses cum sale, vlcera que serpunt cohibere. Suc-  
cus quoque in vsu est. Expressus illitusque fronti  
sanguinem narium sistit, potus urinam ciet, calcu-  
los rumpit. Vuam gargarissatus reprimat. Si quæ  
drupedes foetum non admittant, vrtica naturā frū-  
candam monstrant.

## DE APHACE. CAP. XXVIII.

Aphace vbiq̄ue hic frequens.

NOMINA. *Wilde wurtel*

**A**φάκη Græcis, Aphace Latinis, vulgò Syluestris vitia, & Os mundi, Germanis Vuilduicken, oder. S. Christoffelskraut (Gallicè Vesse sauage) vocatur. Alia est ab Aphaca Theophrasti, quæ syluestrium olerum genus est, de qua suo loco plura dicemus.

## FORMA.

Exiguus frutex est, lenticula altior, tenuiorib. foliis. Quæ nascuntur in ea siliqua læte maiores, terna aut quaterna semina nigriora & minora continent.

## LOCVS.

In aruis sponte nascitur.

## TEMPVS.

Maior mense floret, & subinde semen in siliquis producit. TEMPERAMENTVM.

Moderati caloris est, valentius autem desiccatur.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Semina adstringendi vim habent, quapropter stomachi & alui fluxiones tosta, fracta, & decocta lenta instar sistunt.

## EX GALENO.

Aphace facultatem obtinet adstrictoriam, sicut & ipsa lenticula. Sed & similiter vt lenticula edi solet: ceterum ægrius quam illa concoquitur. Alui retinet.

PLANTARVM HISTORIAE

EX PLINIO.

Natura ei ad spissandum efficacior quàm lenti.  
Reliquo vsu eosdem effectus habet. Stomachi alui-  
que fluxiones sistit semen decoctum.

DE ANDRACHNE. CAP. XXXIX.

Portulaca vtraque nobis cum sereno pul-  
læ pes, Poulle pied, corruptè Pourpier di-  
citur.

NOMINA. *Portulaca*.

Portulaca: **A**vd  $\xi\chi\upsilon\eta$  Græcis, Portulaca Latinis et Offic-  
cinis, Germanis Burtzelkaut (Gallicè Du  
pourpier, ou de la Pourceline,) dicitur, corrup-  
pta tamen voce, cū efferendū esset Portzelkraut,  
ac si porcellorum herbam dicerent. Aliàs Sauubō  
iisdem appellatur.

GENERA.

Portulaca. Portulaca in duas distribuitur species: vnā horti-  
hortensis. tenscm, & alteram syluestrem, quæ non est tertium  
Syluestris Aizoï genus, vt aliqui seducti mēdosis Dioscoridis  
exemplaribus credunt. Nam quòd plerique nomi-  
na harū duarum plantarum confuderint, factum  
subinde est vt multa adulterina, quæ scilicet tertij  
generis Aizoō debentur, capiti de Portulaca sylue-  
stri inserta sint, quæ omnia prorsus expungenda ve-  
niunt, vt paulò post clarius monstrabimus. Hortē-  
sem Germani simpliciter Burtzelkraut, syluestre  
verò Vuil oder ackerburtzel vocant.

FORMA.

Hortēsi; caules habet crassos, pingues, teretes, in  
altum



altum erectos, lentè vergentes in puniceū, folia pingua, à tergo candida, flores exiguos luteos, semina nigra in herbaceis calycibus cōtenta. Sylvestris folia oleæ obtinet, minora tamen multò, numerosiora & tenera, rubentes cauliculos ab vna radice multos in terra sessiles, qui commanducati succo abundant, glutinosi q̄; & sapore salsi sunt. Hæc est genuina apud Dioscoridem Portulacæ delineatio, reliqua verò omnia sunt adulterina, & ab imperito aliquo rerum ex capite de tertio Aixoo excerpta, & huic sine omni iudicio inserta.

## LOCVS.

Prokenit in hortorum areolis, vineis, & aliis cultis locis, hortensis. Cæterū sylvestris in petrosis & incultis etiam nascitur.

## TEMPVS.

Iunio & Iulio potissimum mensibus carpēda folia & flores: semen verò sequentibus.

## TEMPERAMENTVM.

Refrigerat vtraque quidem in tertio ordine à temperatis ac mediis, humectat verò in secundo. Quare viribus etiā non distant: hinc quæ in Dioscoride leguntur non sunt propriæ, sed Aixoi tertij generis, & à sciolo aliquo temere Portulacæ sylvestri attributæ.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Portulaca vim habet adstrictoriam. Cū polenta illita, capitis doloribus, oculorū inflammationibus,

## PLANTARVM HISTORIAE

& aliarum partium, stomachi ardoribus, erysipelatis. & vesicæ dolorib. auxiliatur. Commaducata dentium stuporem, stomachi & intestinorū æstuationē fluxionesq; sedat. Renes erosos & vesicā adiuuat. Veneris impetus exoluit. Pari effectu et succus eius prodest potus, & in febris etiam valēs. Contra rotundos lumbricos, sanguinis excretionē, dysenterias, hæmorrhoidas, pfluuia sanguinis percocta efficac. Contra Sepis morsus. Ocularib. medicamentis vtiliter commiscetur. Intestinis fluxione laborantibus, aut vulua erosionē affecta infunditur. Contra dolores capitis ex vstione cum rosaceo, aut oleo ex alto destillatur. Exanthemata in capite cum vino exerit. Vulneribus ad syderationem spectantibus ex polenta illinitur.

### EX GALENO.

Portulaca frigida & aquea tēperamento est, paucae cuiusdā austeritatis particeps. Proinde fluxiones reprimat, maximè biliosas & calidas, cum eo quod eas mutet, & in qualitate alteret, magno opere refrigerans. Hac ratione & æstuantēs, vt si quid aliud, adiuuat, tū vëtris osculo imposita, tum totis hypochondriis, potissimū in heclicis febris. Præterea dentium stuporem sanat, nēpe quæ ab acidorū contactu asperè exiccata fuerant, leniens atque replens, vtpote cū viscosam habeat humiditatem. Similiter verò & succus eius. Itaq; non foris modò impositus, sed epotus quoque refrigerat. Hoc sanè

&

Et toti herbae comesta accidit. Quoniam autem adstringit, vtiliter dysentericis editur, & in muliebri profluvio, & sanguinis reiectionibus. Sed ad haec multo quidem efficacior est herbae succus.

## EX PLINIO.

Portulacae memorabiles vsus traduntur. Sagittarum venena & serpentium haemorrhoidum & praetersterum restringit, pro cibo sumpta, & plagis imposita extrahit. Item hyoscyamo potio, & passioque expresso succo. Cum ipsa non est, semen eius simili effectus prodest. Resistit & aquarum vitiiis, capitis dolori, vlcerebusque in vino tusa & imposita. Reliqua vlcera cum melle comanducata sanat. Sic & infantium cerebro imponitur, umbilicoque prociuo. In epiphoris vero oim, fronte temporibusque cum polenta. Sed ipsis oculis, e lacte & melle. Eadem, si procident, prodest, foliis tritis cum corticibus fabae. Pustulis cum polenta & sale, & aceto ac cera. Et vlcera oris tumoremque gingivarum comanducata cruda sedat. Item dentium dolores: Tonsillarum vlcera succus decocta. Mobiles dentes stabilis comanducata. Cruditates sedat, vocemque firmat, & sitim arcet. Cervicis dolores cum Galla & Lini semine pari mensura sedat. Mammarum vitia cum melle aut cimolia creta. Salutaris & suspiriosus, semine cum melle hausto. Stomachum in acetariis sumpta corroborat. Ardentibus febribus imponitur cum polenta. Et alias manducata refrigerat etiam intestina. Vomitiones sistit. Dysenteriae

PLANTARVM HISTORIAE

& vomicis datur ex aceto, vel bibitur cum Cumino.  
 Tenasms autem cocta, & comitialibus cibo vel potu  
 prodest. Purgationibus mulierum, acetabuli mensura  
 in sapa. Podagris calidis, cum sale illita, et sacro igni.  
 Succus eius potus renes iuuat & vesicas. Ventris  
 animalia pellit. Ad vulnerum dolores, ex oleo cum po-  
 lenta imponitur. Nervorum duritias emollit. Venerem  
 inhibet, Venerisque somnia. Prætorij viri pater est,  
 Hispaniæ princeps, quem scio propter impatientes  
 vna morbos, radicem eius filo suspensam è collo ge-  
 rere, præterquam in balneis, & ita liberatum in-  
 commodo omni. Quinetiam inueni apud autores, ca-  
 put inde litum destillationem toto anno non senti-  
 re. Oculos tamen hebetare putatur.

DE ASPHODELO. CAP. XL.

Asphodelus mas Dioscoridi scriptus, nobis  
 est frequens folio porraceo, radicibus  
 glandium magnarum effigie multis simul  
 agnatis, porcorum cibo. NOMINA.

*Affodille*

*Affodillus* Ασφodelος Græcis, Asphodelus Latinis, Of-  
 ficinis corrupta voce Affodillus, Germanis  
 Golduurtz (gallicè Haste Royale) nominatur.

GENERA.

Duo Asphodeli genera, utcumque uno cõten-  
 tus sct Dioscorides, testatur Plinius libro xxi. cap.  
 xvij. marem nimirum & feminam. Mas propriè  
 Albucus. Albucus nominatur, femina verò Hastula regia,  
 quod scilicet dum floret, prorsus regij sceptri effigie  
 referat,

referat, Germanicè Golduurtz. Marem depingit  
 Dioscorides, & radicem eius acrem atque adeo ci-  
 bo inutilem esse tradit. *Feminae* Theophrastus lib.  
 vii. de historia plantarū cap. xij. & Hesiodus men- *Hesiodus*  
 tionem facere videntur, quandoquidem eius vsum *feminae*  
 in cibo quotidianum fuisse scribant. Hoc enim de mentionē  
 mare dici haud posse, radicis mirifica acrimonia fecisse vi-  
 facit. Galenus etiam lib. secundo de aliment. facul. detur.  
 Asphodelon sceminam cognouisse videtur, dum scri-  
 bit, Asphodeli radicem Scyllae radici, magnitudi-  
 ne, figura & amaritudine quadantenus simile esse.  
 Haec enim de Dioscoridis Asphodelo verè dici non  
 possunt, cuius quidem radix nō Scyllae, sed Paeoniae  
 potius similis est. Denique non est vt feminae ama-  
 ra, sed acris. Neq; obstat quòd nostra Hastula rea-  
 gia tantā amaritudinē, quantā ei Galenus tribuit,  
 nō habeat. Nā neque ea quā Hesiodus suo carmine  
 tātopere celebravit, tanta praedita fuit amaritudi-  
 ne: aliās enim citra cocturā multam, cuius tamen  
 ille non meminit, cibo quotidiano idonea esse nō po-  
 tuisset. Et certè vt Aron non in omnibus regionibus  
 parē acrimoniam obtinet, ita nec Hastula regia pa-  
 rē amaritudinem omnib. in locis sortitur. Adcō vt  
 dubiū non sit Hesiodum de nostra Asphodelo, quae  
 femina est, loquentum esse. De femina autē loquen-  
 tum esse Hesiodum, confirmat quòd alibi tradat in  
 syluis nasci Asphodelū. Quod certè de ea quā femi-  
 nam fecimus, rectè dici potest, quando raro alibi  
 quāms

PLANTARVM HISTORIAE

quàm in syluis nascatur. Sententiã nostram firmas  
re videtur Apuleius ille, qui in libro suo de herbis  
inscripto, seorsim & Asphodelum, & hastulã re-  
giam describit.      **FORMA.**

**Asphode- =** Asphodelus mas folia habet Porro maiori simi-  
**lus mas.** lia. Caulem leuem in summo florem ferentem An-  
thericum vocatum. Radices sublongas, rotundas,  
glandibus similes, gustu acres. Nos marem hac vice  
**Fœmina.** habere non potuimus. Fœmina folia habet oblõga,  
angusta, leuiter lenta, Plantagini minori non dissimilia: caulem leuem, in summo non vnum, sed plu-  
res flores pingues retrorsum incuruos, plenos puni-  
ceis maculis, radicem itidem bulbosam, capillis Al-  
lij instar multis sub bulbo enascentibus, comatam,  
gustũque glutinosam.

**LOCVS.**

Mas nõ prouenit in Germania, nisi in hortis cul-  
ta & plantata Fœmina verò in montibus & syl-  
uis sua sponte ac copiosè nascitur.

**TEMPVS.**

Iunio mense florent.

**TEMPERAMENTVM.**

Maris radix calida & sicca est. Fœminæ folia  
cum amara nonnihil sint & acria, itidẽ calida &  
sicca esse, quemadmodum etiam radicem, constat.

**VIRES. EX DIOSCORIDE.**

Radices Albuci vim calefaciendi obtinēt, vrinas  
& menses potè mouent. Lateris doloribus, tussibus,  
comulc



convulsionibus, ruptionibus, drachmæ pondere ex vino potæ medentur. Commanducata astragali mēsurā vomitiones adiuvat. A serpēte demorsis datur vtiliter trium drachmarum pondere. Illinire autē oportet morsus foliis, radice, & floribus cum vino. Item vlcera sordida, & depascentia. Mammarum quoque & testium inflammationes, tubercula & furunculos, decocta in vini facie radice: ad recētes autē inflāmationes cū polenta. Radicis succus, adiecto vetere vino dulci, myrrha & croco simul decoctis, perquā vtile sit oculis medicamentū. Ad purulentas aures per se, & cum thure, melle, vino, & myrrha tepesfactus prodest. In contrariā aurē per se infusus dentium dolorē mitigat. Cinis ē radice cremata illitus, alopecias capillis explet. Oleū in excavatis radicibus igni decoctum, illitum exulceratis pernionibus, & ambustis igni conducit. Dolori aurium instillatus auxiliatur. Cādidā vitiliginē linteo antea perfrictā in sole, illita radix emendat. Semē & flores in vino poti, scolopendræ & scorpionum venenis egregiē aduersantur. Aluū quoq; deiciūt.

## EX GALENO.

Asphodeli radix vtilis est, perinde atque Ari; Asari & Dracontii. Extergentis siquidem & discutientis facultatis. Vstæ tamen cinis calidior, & exiccantior, magis tenuium partium, & ad discutiedū potētior efficitur, propterea & alopecias sanat. Inest itaq; ei extenuandi facultas, atque obstructa demoliendi,

PLANTARVM HISTORIAE

demoliendi, veluti etiam Dracontio. Ideoq; ipsius cauliculus arquatis tanquam summum praesidium exhibetur. EX PLINIO.

Defectis corporib. & phthificis constat bulbos eius cum ptisana decoctos aptissimè mederi, panèq; ex his cum farina subactum saluberrimū esse. Nis cander & contra serpentes & scorpiones, vel caule vel semē, vel bulbos dedit in vino tribus drachmis: substravitq; somno contra hos metus. Datur & cōtra venenata marina, & contra scolopendras terrestres. Folia quoque illinuntur, venenatorum vulneribus ex vino. Bulbi neruis articulisq; cum polenta tusi illinuntur. Prodest & concisis ex aceto lichenas fricare. Item vlcerib. putrescentibus ex aqua imponere. Mammarū quoque & testium inflātionib. Decocti in fæce vini, oculorū epiphoris supposito linteolo medētur. Folijs in quocūq; morbo decoctis magis medici vtuntur. Itē ad tetra tibiarum vlcera, rimasq; corporū quacūque in parte, farina arefactorū. Succus quoque ex tuis expressus, aut decoctus, utilis sit corporis dolori cum melle. Idem odorem corporis incundū affectātibus, cū Iri arida & sale exiguo. Folia etiā supradictis medentur, & strumis, panis, vlceribus in facie, decocta cū vino. Cinis è radice alopecias emendat, & rimas pedū. Decocta radicis in oleo succus, permiones & ambusta. Et ad grauitatem aurium infunditur. A cōtraria aure in dolore dentium. Prodest & vrina pota modicè

dicē radix, & menstruis, & lateris doloribus. Item ruptis, conuulsis, tussibus drachmæ pondere in vino pota. Eadem & vomitiones adiuvat cōmanducata Semine sumpto turbatur venter. Chrysermus & Parotidas in vino decocta radice curauit. Itē strumas admixta cachry ex vino. Quidam aiunt, si imposita radice pars eius in fumo suspendatur, & quarta die soluatur, vnā cum radice arefcere strumam. Sophocles ad podagras utroq; modo, cocta crudaq; vsus est. Ad perniones decoctā ex oleo dedit, et suffusis felle in vino, & hydropicis. Venerē quoque concitari cū vino & melle perunctis, aut bibentibus tradiderunt. Xenocrates & lichenas & psoras, radice in aceto cocta tolli dicit. Itē si cocta sit cū hyoscyamo & pice liquida, alarū quoque & feminū vitia. Et capillū crispiorē fieri, raso prius capite, si radice ea fricetur. Lapidēs renū in vino decocta atque pota eximit. Hippocrates semē eius ad imperius lienis dari censet. Iumentorum quoque vlceras scabiem, radix illita, aut decoctæ succus ad pilum reducit. APPENDIX.

Animaduertendum facultates à Dioscoride & Galeno commemoratas, Albucō seu Asphodelo mari conuenire, huius enim radix gustu acris est. Quæ verò à Plinio recensentur, hæc partim mari, partim femine debentur. Fœminæ, cuius radix & folia glutinosa & amara sunt, vlceras glutinandi, scabiem, rimasque corporum, & si quæ similes sunt facult.

PLANTARVM HISTORIAE

facultates conueniunt, quas periti methodi simplicium medicamentorum facile discernent. Experientia etiam quotidiana testatur, huius usum esse in vlceribus malignis salutarem. Quae autem mari sint tribuendae, ex Dioscoride, Galeno, & gustu quiuus deprehendere poterit. Nos in transcurso tantum parum attentos monere volumus, ne indiscriminatim & promiscue vtrique generi has facultates inesse putarent.

DE ATRAPHAXI. CAP. xli.

Atriplex nomen retinet, aliis Bonne dame, & Preudefemme dicitur.

NOMINA. *melde.*

*Atraphaxis quare dicta.*

**A**τράφαξις, ἢ χρυσολάχανον Graecis, Atriplex Latinis et Officinis, Germanis Molté, oder Milté. (Gallis Des Arroches, ou Des bonnes dames) nominatur. Atraphaxis Atticis dicitur, quia int mutare frequenter amantibus, dicta est, quod ἀδρως ἀύξει, id est, statim in amplitudinem adolefcit. Siquidem octavo à satu die profilit, cōfestimq; incremento proficere videtur. Fidem celeris augmenti facit creptum in consinio ceteris herbis alimentum. Ac ne in hortis quidem iuxta eam nasci quicquam tradunt, nisi languidum. Chrysolachanon verò, id est, aureum olus dixerunt, à lutco quem profert flore.

*Chrysolachanon.*

GENERA.

Duo Atriplicis sunt genera, satius seu hortensis,

& syluestris. Satiyam simpliciter Germani Mol- tam <sup>un</sup> <sup>trik</sup>  
 teu, syluestre verò cum adiectione aliqua, Vuild & mebe  
 molten oder Ackermolten, oder Klein sche-  
 iszmilten nominant.

## FORMA.

Hortensis caulem fundit quadratum, ramis bra Atriplex  
 chiatum, quibus primum flores lutei exigui, dein hortensis.  
 foliatum semen & obductum cortice promitur. Ra-  
 dicem vnam habet in altum descendentem, nò gla-  
 bram, sed fibris quibusdam capillatam. Syluestris Syluestris  
 tam luxuriosa proceritate prodit, vt quaternos sæ-  
 pe cubitos excedat: caule vt hortensis anguloso,  
 ramoso, & purpurascente: folio hortensi non ad-  
 modum dissimili, potissimum quòd ad colorem at-  
 tinet: flore luteo exiguo, semine racematim con-  
 gèsto, radice simplici in altum descendente, ex qua  
 se multe promunt. LOCVS.

Hortensis non nisi sata prouenit. Syluestris sua  
 sponte nascitur. Vtraque autem assiduo humore sa-  
 tiari amat. TEMPVS.

Vtraque Iunio & Iulio mensibus floret, deinde  
 semen proferunt.

## TEMPERAMENTVM.

Atriplex humida in secundo ordine, frigida au-  
 tem in primo. Hortensis tamen syluestri humidior  
 frigidiorque existit.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Estur olerum modo elixum. Aluum mollit. Cru-  
 dum

PLANTARVM HISTORIAE

dum vel coctum illitum panos discutit. Semen eius potum cum aqua malsa morbum regium sanat.

EX GALENO.

Atriplex celeriter, ob lubricitatem, ventrē permeat. Parum autem omnino eius est, quod digerendi obtinet facultatem. Phlegmonis & phlegmatibus quidem incipientibus, crescentibus, & mollibus adhuc, ac veluti feruentibus, hortensis: vigentibus verò, declinantibus, & indurescentibus commodior est sylvestris. Semen eius abstergentis est facultatis, proinde ad morbum regium ex icteris obstructione prognatum utilis est.

EX PLINIO.

Coquitur difficillimè. Addidere Dionysius & Diocles, plurimos gigni ex eo morbos, nec nisi mutata sepius aqua coquendum: stomacho contrarium esse, lētigines & papulas gignere. Hippocrates vularum vitis id infundi cum Beta. Lycus Neapolitanus contra cantharidas bibendum dedit. Panos, furunculos incipientes, duritias omnes, vel cocto vel crudo illini utiliter putant. Item ignem sacrum, cum melle, aceto, nitroque. Similiter podagris. Ungues scabros detrahare dicitur sine vlcere. Sunt qui morbo regio det semen eius cum melle, arterias et tonsillas nitro addito perfricent, aluum moueant, cocto aut per se, aut cum malua, aut lenticula concitantes vomitiones. Sylvestri capillos tingunt, & ad supradicta vtuntur medicina.



## EX SIMEONE SETHI.

Ventrem quidem cit, prodest ad caliditatem ic-  
coris, ac ictericis, & calidam temperaturam habet  
tibus succurrit. Comodissima autem biliosis. Cum  
malua illita inflammationes sedat.

## DE ATRACTYLIDE.

## CAPVT XLII.

Atractylus mitior frequens in viis flore  
Cnici, sed pallidior. Atractylis hirsutior car-  
duus benedictus, nobis hodie duplex.

NOMINA. *wilke wilt saffran*

**A**TRACTYLIS, ἢ κνίκος ἀγρία Græcis: Atractylis  
Atractylis, Cnicus syluester Latinis dicitur. Atractylis unde  
Etylis autem ideo dicta, quod ea antiquæ mulieres dicta Syl-  
pro fuso utebantur: ἀτρακτος enim fusus est Græ-  
cis. Syluestris verò Cnicus, quia Cnico urbano si-  
milis est. CNICUS.

## GENERA.

Syluestris Cnici seu Atractylidis, Plinio lib. xxi.  
cap. xv. & Theophrasto libro vi. cap. iij. autori-  
bus, duæ sunt species. Vna mitior, & Cnico satiuo Atractylis  
similior. Hanc proprie Græci Atractylida, Latini Atractylis proprie  
verò fustum agrestem, aut colum rusticam, quod est  
ius caule rigido admodum & exili, veteres mu-  
lieres pro colo, ut dictum est, utebantur, nominab-  
bant. Sunt qui Cartamū syluestre appellant. Ger-  
manicè itaque vocetur Vuilder feldsaffran (Gal-  
licè Vne espece de Chardon ayant la feuille  
jaulne, ou du saffran batard,) ut hac ratioe di-  
scernatur

PLANTARVM HISTORIAE

*Carduus benedictus* scernatur à Cnico, quæ aliqui Cartamum, & Croscū hortensem nominant. Altera hirsutior, caules & folia Soncho non aspera similia habens, quæ Officinis omnibus & vulgò *Carduus benedictus* nuncupatur. Germanicè *Cardobenedict* *Bornuurtz*, oder *Gefegneter distel* vocatur.

FORMA.

*Atractylis propria dicta.* Spina est Cnico similis, in summo autem virgularum folia multò longiora habens, caulem magna ex parte nudum, asperumque, quo etiam mulieres pro fuso vtuntur. Capitula in cacumine aculeata, florem pallidum, radicem tenuem, inutilem. Ex qua sanè descriptione omnibus perspicuum esse putamus, spinam quam pictam exhibemus esse *Atractylida*, quòd Cnico satiuo similis admodum sit, & in cacumine virgularum folia, quam Cnicus longior habeat, caulem denique magna ex parte nudum, autumnii potissimum tempore, quo folia sua sponte decidunt, & minimè leuem, sed asperum striatumque obtineat. Idem etiam rigidus & exilis est, vt fusi vsum præbere queat. Summitati quoque eius capitula insident spinosa, flos illi pallidus, radix tenuis: & in summa, nulla est nota quæ huic non respondeat. *Carduum* autem benedictum vulgò nominatum esse alteram *Atractylidis* speciem, ex *Theophrasti* & *Plinij* verbis ostendi potest: hirsutus enim est, caulibus Sonchis, humi ferè reptantibus: propter sui enim mollitiem  
veluti

veluti seſſilis caducusq; ſolo procumbit, ſemine minuto, frequenti, amaro, & pilis barbato, quod molli lanugine operitur. Flos ei pallidus luteuſve.

## LOCVS.

Mitior Atractylis in aruis & montibus, hirsutior autem in hortis iam paſſim prouenit.

## TEMPVS.

Prior Auguſto mense apparet, eius tamen ſemē ante autumnum non matureſcit. Poſterior citius naſcitur, eius tamen ſemen ſerò etiam ad maturitatem peruenit.

## TEMPERAMENTVM.

Gustu cum amara ſint ſpinae hae, euidentiffimum eſt calido & ſicco temperamento eſſe praeditas, id quod ex earundem etiã facultatibus colligi poteſt.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Atractylidis folia, coma & ſemen trita cum pipere vinoque pota, cõtra ſcorpionum iclus proſunt. Sunt qui dicant à ſcorpionibus percuffos, quamdiu teneant eam herbam, non ſentire dolorem, depoſita verò, dolore affici.

## EX GALENO.

Atractylis aut Cnicus ſylueſtris. Hae planta ex ſpinarum eſt genere. Facultatem habet deſiccandi, & modice digerendi.

## APPENDIX.

Prima ſpina in ſanãdis vlcerib. & fiſtulis diuturnis efficaciffima eſt. Altera quã Carduũ benedictum

PLANTARVM HISTORIAE

dictum vocant, obstructions internorum viscerū tollit, vrinam mouet, calculum frangit, vlcera, potissimum pulmonis, sanat. Percussis à feris venenatis medetur. Negant etiā pestis experiri contagia, qui aut cum cibo, vel potu præsumpserit. Iā quoq; correptis magno fore remedio sibi vulgus persuasit. Ex quibus etiam omnibus sit perspicuum, easdem quas veteres Atractyli tribuerunt, vtraque spinā habere facultates. Item herbam quam Carduum benedictum vocant, contra serpentum & scorpionum morsus valere omnibus in confessō est: quā sanē facultatē cum Atractyli etiam assignet Dioscorides, consequitur ab eadem diuersam non esse. Recentiores Carduum benedictum contra capitis vehementissimos dolores, vertiginem, memoriā amissam, in cibo aut potu sumptum valere tradunt. Itē ad putrescentia vlcera, mammarum potissimum, si in puluerem reductus inspergatur.

DE ANGELICA. CAP. XLIII.

Angelica satiuā Parisiis frequens, syluestris desideratur. NOMINA. *angelica*

Angelica  
non est  
Smyrniō,  
neque Silphion.

**N**Unquid veteribus cognita fuerit hæc herba, & quo nomine appellata sit, nondū scire licuit. Neque enim Smyrnion est, quod scilicet vmbellam Anethi & semen rotundum, aliāque multa quæ descriptio requirit, nō habeat. Silphion etiam esse haud poterit, quod folia Apii habere minimē deprehēdatur. Recentiores autē vno ore omnes Angelicam

gelicam, & sancti spiritus radicem, à suauissimo Sancti spi-  
eius radice odore, quem spirat aut ab immensa cõ- ritus ra-  
tra venena facultate, appellant. Germanis Ange- dix cur  
lick oder des Heiligen geyst vurtz, oder dicta.  
Brustuurtz (Gallicè Angelic) vocatur.

## G E N E R A.

Duo eius herbæ inueniuntur genera. Vna enim Hortēsis.  
mitior est, cuius quidē radix valde odorata, à Ger- Syluestris.  
manis Zam Angelick nominatur. Altera sylue-  
stris, eius radix suauis odore destituitur, & à Germa-  
nis vüilde Angelick nominatur.

## F O R M A.

Caulē profert duūm cubitorum, concauum: fo-  
lia oblonga, per ambitum serrata, subnigra: flores  
in purpura candidos, semen latum, foliaceum: radi-  
cem crassam & multam, foris nigricantem, intus  
candidam.

## L O C V S.

Mitior in hortis plantata prouenit, & in mōstis  
etiam nonnullis locis, perinde atque syluestris.

## T E M P V S.

Iulio & Augusto mensibus floret.

## T E M P E R A M E N T V M.

Calefacientem & desiccatoriam vim in tertio  
ordine ei assignant herbarii recentiores.

## V I R E S.

Aperit, extenuat, discutit, vt recentiores perhi-  
bent. Vnicè venenis aduersatur. Pestilentie popu-  
latim sauiantis arcet contagia. Corpora à lue pez-  
k ij sifera

PLANTARVM HISTORIAE

stifera vindicat, si tantum, vt affirmat, in ore teneatur. Per hyemē ciceris magnitudinē cum vino, per aestatem ex stillatitio rosarum liquore sumpsisse satis est. Nec sensurum eo die contagionem pollicentur, quo quis deuorarit: nā vrina & sudore venenū abigit. Lentitiā pituita digerit, quapropter tussi, quā frigus attulerit, medetur. Crassa quae in thorace coierint, discutit. Herba ipsa in vino & aqua cocta, vulnera interna glutinat. Concretum sanguinem resoluit, stomachum esu corroborat. Cor recreat. Pituitam ventriculi deiicit, fastidia ciborū discutit, & elanguescentem inuitat appetentiam. Rabiosi canis morsu, aut serpentis ictu liberat, si contrita cum ruta & melle folia indantur, dein cocta in vino bibantur. Libidinem extinguit ore ieiuno sumpta. Lassitudines reficit, thoracem expurgat. Supra febricitantis caput imposita, fertur ad se feruorem elicere. Valere cōtra fascinationes adfirmant, si quis eam secum gestarit.

DE AER A. CAP. XLIII.

ats roxnbloem? Lolium tuum est Githago & Nigella vulgaris, aliis iurea Gallis dicta.

NOMINA. *Katten*

Officina  
rū error. **A**ie & ἡ θύραπος, ἢ ζιζάνιον Gracis: Lolium Latinis dicitur. Officinae nonnullae, non sine magno errore, pro Melanthio seu Nigella vtuntur, vt non temere etiam Pseudomelanthion dici queat. Germanis Ratten, oder Kornnegele (Gallicè yuraie,



yuraie, ou Gasse,) apellatur.

## FORMA.

Folio constat angusto, Theophrasto lib. viij. de Plantarum historia, cap. vij. teste, pingui & piloso, flore subpurpureo, semine exili in siliqua hispida, vel vt Plinius ait, in cortice aculeato. Ex qua siquidē descriptione satis perspicuum sit omnibus, Pseudomelanthion hoc esse Lolium, folianaque Pseudo Porri habet, oblonga, hirsuta, florem purpureum, melanthio semen in pilosa, longa, angulata, ac per internalla est Loliū. striata siliqua. Et vt paucis singula complectar, hordeo, cuius vt reliquarum frugum pestis & vitium est, tota effigie non dissimile est.

## LOCVS.

Non solum in triticea & hordeacea, sed in omni ferè alia segete per se prouenit. Frugum acerba pestis, ideoque à Vergilio infelix appellatum.

## TEMPVS.

Iunio mense floret, & subinde semen profert.

## TEMPERAMENTVM.

Desiccatur & calfacit efficaciter, vt propinquum sit acribus magis quam Iris: sed non est perinde vt illa tenuium partium, verum multum abest. Secundū hoc ponat ipsum quissia in principio tertii ordinis excalescentium, in fine vero secundi exiccantium.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Lolium molitum nomas, putredines, & gangreas has cum raphanis & sale illitum comescit. Ferat

PLANTARVM HISTORIAE

impetigines, & lepras cū sulphure viuo & aceto sanat. Strumas quoq; cum simo columbino & lini semine in vino decoctum discutit. Quae agrè maturantur rumpit. Decoctum ex aqua mulsa & illitū, ischiadicis prodest. cum polentu, aut myrrha, aut croco, aut thure suffitum, conceptiones adiuuat.

EX PLINIO.

Lolium molitum ex aceto coctum impositumq; sanat impetigines, celerius quo sepius mutatum est. Medetur & podagris, alijsq; doloribus cum oxya melite. Curatio hæc à cæteris differt. Aceti sextario vno dilui mellis vncias duas instum est: ita tēperatis sextariis tribus, decocta farina Lolij sextariis duobus vsque ad crassitudinem, calidumque ipsum imponi dolentibus membris. Eadem farina extrahit ossa fracta. Magis etiam cæteris purgat vlcera vetera & gangranas. Cū raphano & sale & aceto lichenas. Lepras cum sulphure viuo. Et capitis dolores cum adipe anserino imposita fronti. Strumas & panos cōcoquit cum simo colūbino, & lini semine decocta in vino.

APPENDIX.

Iam commemoratas facultates huic etiam herba, quam Germani Ratten nominant, recentiores tribuunt. Mirificè enim hanc in sanandis impetiginibus, alijsque scabiei generibus commendant. Itē in vulneribus glutinandis, ac fistulis curandis, comescendoque sanguine, eius esse vsum tradunt, vt  
hinc

hinc etiam liqueat hanc ipsam à Lolio non esse diuersam.

EX SIMEONE SETHI.

Vim æqualem Iridi obtinet.

DE ASCLEPIADE. CAP. XLV.

Asclepias in syluis frequens.

NOMINA. *βινετοξικόν*

**A**σκληπιῶς Græcis, Asclepias Latinis, herz Asclepias bariis Hirundinaria, Officinis Vincetoxicū, vnde di Germanis Schuualbēurtz appellatur. Asclepias etā Hirū autem ab Aesculapia antiquo medicinae autore no dinaria. minata est. Hirūdinaria verò à siliquis quas pro Vincetoz ducit, quæ dehiscentes plumosum semen ostendūt, xicum. atq; ad eò hirundinis effigiem referunt. Vincetoxi cū, vel rectius *βινετοξικόν* haud dubiè dicta est, quòd illi insignis aduersus venena vis sit, vt paulò post fusius docebimus.

FORMA.

Ramulos profert longos, in quibus folia longa Hedera similia. Radices numerosas, tenues, odoratas. Flores grauitè olentes. Semen Securidacæ seu Hedyari. Ex qua delineatione nemini non perspicuum sit Vincetoxicum appellatam herbam, esse Asclepiada. Fruticosa siquidem herba est, caulem obtinens rotundum, leuem, tenuem, ac ferè iuncea, ramulis longis, folio hederaceo, sed oblongiori, in viridi nigricante, floribus exiguis, candidis, aut ve  
rims

PLANTARVM HISTORIAE

rius in albo palleſcentibus, grauiſſe odoratis, ex quibus ſiliquæ oblongæ ſunt, quæ dehiſcentes ſemē plumoſum Securidacæ ſimile, hoc eſt, ruſum & latum oſtendunt, radicibus multis, exiguis, tenuibus, & odoratis, ad eò vt nulla ſit prorsus nota quæ illi non reſpondeat aptiſſimè. His accedunt locus natalis & facultates, quæ ſingula cū Aſclepiade illi communia ſunt, quemadmodum ex iis quæ ſtatim ſubiiciemus maniſeſtiſſimum fiet.

LOCVS.

Prouenit in montibus aſperis, altis ac arenofis. Copioſiſſimè autem naſcitur in monte haud procul à Tubinga ſito, in quo olim arx poſita fuiſſe fertur.

TEMPVS.

Auguſto menſe floribus abundat, ac ſubinde ſemina in folliculis oblongis, formam hirundinis cū dehiſcunt referentibus profert.

TEMPERAMENTVM.

Aſclepias, Paulo teſte, calida, ſicca, & tenuis ſubſtantia eſt. Quo ſanè temperamento Hirundinaria etiam prædita exiſtit: amara ſiquidem & parum glutinoſa eius eſt radix, folia verò aliqua præ ſe ferunt adſtrictionem: vt iterum euidenter appareat, Hirundinariam eſſe Aſclepiada.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Radices cum vino potæ, torminibus, & venenatorum morſibus ſubueniunt. Folia verò illita maleficiis in mammis & utero vitiiſ opitulantur.

Ex paulo.

## EX PAVLO.

Torminibus in vino pota competit. Illita verò  
venenatorum moribus, & malignis mammarum  
& vteri vitis succurrit.

## EX PLINIO.

Radices torminibus medentur, & cōtra serpen-  
tium ictus non solum pota, sed etiā illita profunt.

## APPENDIX.

Recentiores radice eius magna efficacia ad mē-  
sum prouocationem vtuntur, & ad rabidi canis  
morsum, venenisq; potenter resistere affirmant, vnde  
de etiam haud temere Victrix toxicæ ab iisdē ap= Victrix  
pellata est. Hydropicis etiam radicē in vino mace= toxicæ.  
ratam & subinde coctā, mirificè auxiliari tradūt.  
Flores præterea foliaq; siccata, mox trita, vulneri-  
bus vtiliter inspergi aiunt. Sordida etiam vlcera  
purgare, & ad cicatricē perducere, genitaliumque  
vitis & rupturis egregiè mederi docent. Quæ in  
vniuersum omnes facultates cū iis quas Asclepias  
obtinet pulchrè quadrāt, vt eandē esse Hirundina-  
riā vocatā herbā, nullus deinceps dubitare debeat.

## DE APIO. CAP. XLVI.

## NOMINA

**A**πιος, ἢ ἰχθῆς, ἢ χαμοαιβάλευος Græcis: *est abeto*  
Apios, Raphanus syluestris Latinis dicitur.  
Officinis icognita Germanis Erdnusz, Erckelē,  
Erdfeigē, & Erdmandel, (Gallicè Vne Raue  
sauuage, ou vne rayfort sauuage) appellatur.

Apon

PLANTARVM HISTORIAE

*Apios cur dicta.* Apion verò dixerunt Græci, quod radicis extremū  
 in pyri formam turbinatur. Eadem etiam ratione  
*Ischas.* ischas & chamæbalanos ab iisdem nominata est,  
*Chamæ-* quod in ficus, vel glandis effigiem radicis extremū  
*balanos.* turbinetur. Quapropter non ineptè Latinis etiam  
 glans aut ficus, seu carica sylvestris nominabitur.

FORMA.

Ramulos duos aut tres iunceos, tenues, rubentē-  
 que profert, qui supra terram parum se attollunt,  
 Folia rutæ similia, longiora tamen, & virentia.  
 Semen exiguum. Radicem Asphodelo similem, &  
 ad pyri figuram accedentem, rotundiorē tamen,  
 & liquore plenam, intus candidam, foris nigro cor-  
 tice teclam. Hæc Dioscorides. Alij adiciunt Apio  
 habere tenues capreolos, florem Piso non dissimi-  
 lem, sed longè minorem. Quæ singula satis decla-  
 rant herbam cuius picturā exhibemus, esse Apion:  
 ramulos enim magna ex parte duos, vel ternos,  
 imò vt Theophrastus ait, quaternos, & interdum  
 plures emittit, iunceos, tenuēque, & infima parte  
 rubentes, qui supra terram parum se extollunt. Fo-  
 lia quoque Rutæ habet, at longiora & virentia.  
 Semen etiam exiguum. Radicem denique Aspho-  
 delo mari similem, & ad pyri effigiem accedentē:  
 quod tamen non de tota radice, quæ longissima est  
 & tenuis, intelligendum venit, sed de extremis co-  
 nisdem, hoc est, nucibus seu glandibus ab ea depen-  
 dentibus, pyri aut ficus formam habentibus, qua-  
 libus



libus etiã Pœonia fœminæ radix assimilatur. Suc-  
cosa quoq; radix est, intusq; candida. Quibus omni-  
bus accedunt flores Pisi similes, & mirificè odora-  
ti, minores tamen: necnon capreoli tenues. Conue-  
niunt etiã vires, vt ex sequentibus patebit, ita vt  
prorsus nulla sit nota quæ reclamare videatur.

## LOCVS.

Prouenit in frumentaceis agris, hordeaceis po-  
tissimum, tritici & zea, quos interdum sues, ductæ  
cupiditate eius radicis, seu rectius nucum ex radi-  
ce dependentium, prorsus euertunt. Atque hinc est  
quòd panis porcinius à quibusdam nominetur.

Panis por-  
cinus cur  
dictus.

## TEMPVS.

Floribus abundat odoratis admodũ Iunio mœse.

## TEMPERAMENTVM.

Apios temperatura calida est & sicca mediocri-  
ter, id quod ex gustu facile deprehenditur.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Pars radicis superior sumpta, vomitione bilcm  
pituitamque extrahit. Inferior per aluum. Tota  
verò vtrinque purgationes mouet. Succus eius ses-  
quioboli pondere haustus, vtraque parte, hoc est,  
suprà & infrà purgat. Cùm verò liquorem colligere  
voueris, tundito radices, coniectisque in cra-  
terem aqua plenum misceto, tum penna collectum  
qui supernabit liquorem siccato.

## EX PLINIO.

Succus purgat vtraque parte sesquiobolo in a-  
qua

PLANTARVM HISTORIAE

aqua mulsa. Sic & hydropicis datur acetabuli  
mensura.

APPENDIX.

Experientia testatur nuces has nauseam atque  
adco vomitionem ciere, si quis illis vescatur.

DE ASTERE ATTICO.

CAP. XLVII.

Aster Atticus tuus hic non cognitus.

NOMINA. *Ἰνγυϊνάλις*

**A**στὴρ ἄττικος, Ἰνγυϊνάλις Græcis: Aster Atti-  
cus, Inguinalis Latinis dicitur. Officinis i-  
gnota herba. Germanis Sternkraut, (Gallicè Du-  
petit Muguet) commodè appellari potest. Asteris  
de dicta. autē nomē, nō à foliorū in caulibus, sed in floribus  
potius figura & situ, accepit. Siquidem foliorū in  
huius herbe flore numerus & forma, stellā præ se  
ferunt, vel vt Plinius ait, capitula per ambitū diui-  
sa foliis pusillis, stellæ modo radiata sunt. Errant  
itaq; qui singula folia in caulibus stellæ formam  
repræsentare putant. Buboniū & Inguinalis, quod  
inguinum præsentaneum sit remedium, dicta est.

Inguina-  
lis quare  
appellata

FORMA.

Cauliculus lignosus, purpureum & luteum in  
summo florem habens, vcluti Chamæmeli capitu-  
lum, vndique per orbem incisuris diuisum, foliolis  
stellæ similibus. Quæ verò circa caulem sunt folia,  
oblonga & densa hirsutave. Ex qua quidem deli-  
neatione omnibus perspicuum fit, herbam cuius pi-

Eturam

Eturam exhibemus, esse *Astera atticum*. Nam caulis eius lignosus est, foliis vestitus oblongis & densis, in cacumine flos illi purpureus & luteus, stellæ modo radiatus, qui subinde in pappos abit: radice fibris multis capillata.

## LOCVS.

Nascitur in collibus, montibus altis, & syluis.

## TEMPVS.

Augusto mense vt plurimum floret, durantq; in magnam autumnii partem eius flores.

## TEMPERAMENTVM.

Mixtæ est potentie, vti rosa: refrigerat enim, nõ tamen vehementer, & digerit atq; exiccat, quod scilicet illi amara insit qualitas.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Aestuanti stomacho illita cõfert. Succurrit etiã oculorum inflammationibus, bubonibus, & proci-denti sedi. Tradunt partem in flore purpuream, si bibatur ex aqua, angina correptis, & puerorũ comitialibus opitulari. Recens inguinũ inflammationibus illita prodest. Sicca sinistra manu dolētis decerpta, inguini adalligata doloribus liberat.

## EX GALENO.

Non tantũ illitum, sed etiam suspensum bubonas sanare creditur. Habet verò quiddam etiã digerēs, vt mistæ sit facultatis, verũ id nõ astrigit.

## EX PLINIO.

Bibitur aduersus serpentes. Sed ad inguinũ medicinam

PLANTARVM HISTORIAE

dicinā sinistra manu decerpi iubent, & iuxta cirsus  
Etus alligari. Prodest & coxendicis dolori adalligata.

DE AGROSTI. CAP. XLVIII.

NOMINA. *gras*

**A**γρωστis Græcis, Gramen Latinis, Germanis  
Grafz, (Gallicè Dent de Chien) appella-  
tur. Gramen verò dictum est, quòd geniculatis in-  
ternodiis mirificè serpat, à gradiendo, vel à gignen-  
di fecunditate: siquidem crebrò ab iis nouas spar-  
git radices.

Gramen  
vnde di-  
ctum.

FORMA.

Geniculatis per terram serpit ramulis, & ab iis  
dulces geniculatasq; radices spargit. Folia eius acu-  
minata, dura, & vt parua arundinis lata, quæ in  
menta bouesque pascunt. Ex quibus verbis planum  
fit omnibus, plantam hæc, cuius picturam damus,  
esse veri graminis genus: geniculatis enim ramulis  
per terram serpit, & ab iis dulces, geniculatas, &  
exiguas admodum ac tenues radices spargit. E do-  
drantalibus etiam ramulis circa vnumquenque ge-  
niculum bina folia acuminata, dura ac lata emit-  
tit. Floribus denique ad gramen Parnasi accedere  
videtur, cædtdi enim sunt, & quinis distincti foliis,  
& his ipsis dissectis: quibus deciditibus folliculi  
rotundi lini instar, semine pleni exiguo, vt Parnasi  
gramen, prodeunt. Adeò vt nemo sit qui nõ videat  
illi per omnia graminis respondere notas. Quare rec-  
prehens

prehensione digni sunt, qui Euphrasiam esse putāt. Error quō-

## LOCVS.

rundā se-

Passim nascitur in vmbrosis locis, & dumetis.

plasiario-

## TEMPVS.

rum.

In fine ferè Aprilis floribus suis cādidis & ele-

gantibus ornat.

## TEMPERAMENTVM.

Radix graminis mediocriter frigida & sicca est, mordacitatem quandam exiguam, & partium tenuitatem obtinens. Herba verò ipsa in primo quidem excessu refrigerat, in humiditate verò & siccitate moderata. Semen alibi quidem imbecillum est, in Parnaso verò desiccatorium, & tenuiū partium & subacerbum.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Graminis radix trita & illita vulnera conglutinat. Decoctum eius in potu torminibus medetur, & vrine difficultatibus. Calculosa etiam vesicæ excrementa comminuit.

## EX GALENO.

Radix cruenta vlcera glutinat. Ceterum mordacitas & tenuitas quæ radici inest, exigua est quidem, sed interdum tamen frangere lapides asolet, si quis ipsam decoquens bibat. Semen autè alterius quidè imbecillum est, eius verò quod in Parnaso nascitur, vrinam ciet, & fluxus vètris & stomachi resiccat.

## EX PAVLO.

l. Graminis

PLANTARVM HISTORIAE

Gramen Parnasi maximè vtile est, siccatur, modicè refrigeratur, tenuium partium, & subacerbum, eoque vulnera cruenta glutinat, & decoctum eius vesicæ calculos confringit.

EX PLINIO.

Decoctum gramen vulnera conglutinatur, quod & ipsa herba tusa praestat: tueturque, & ab inflammationibus placat. Decocto adiicitur vinum ac mel: ab aliquibus & thuris, & piperis, & myrrhae tertiae portiones. Rursusque coquitur in aere vase ad dentium dolores & epiphoras. Radix decocta in vino, torminibus medetur, & urinae difficultatibus, ulceribusque vesicæ. Calculos frangit. Semen vehementius urinam impellit. Aluum vomitionesque sistit. Priuatim autem draconum morsibus auxiliatur. Sunt qui genicula nouem vel unius, vel è duabus tribusve herbis, ad hunc articulorum numerum inuolui lana succida nigra iubeant, ad remedia strumae panorumve. Ieiuno debere esse qui colligat. Ita ire in domum absentis cui medeatur, superuenientique ter dicere, Ieiunio ieiunum medicamentum dare, atque ita alligare, triduoque id facere. Quod è graminum genere septem internodia habet, efficacissimè capiti contra dolores adalligatur. Quidam propter vesicæ cruciatus decoctum ex vino graminis ad dimidias è balneis bibi iubent.

Superstitiosum.

DE ALOE. CAP. XLIX.

Aloe in domibus frequens, Perroquet vulgò



gò dicitur, quod foliorum habitu & colore psittacum viridem referat.

NOMINA. *aloe*

**A**loe Græcis, Aloe Latinis appellatur. Officiæ ne veterem appellationem retinuerunt. Germani destituti peculiari nomenclatura, pariter Latinis Aloen vocant. Sunt qui hanc à crassis foliis, & similitudine quam cum Semperuino habet, Semperviuium marinum nominent.

Semper-  
uiui ma-  
rinum.

## FORMA.

Scyllæ folium habet Aloe, crassum, pingue, modicè latum, rotundum, repandūque. Folia vtrinq; gerunt ex obliquis aculeos raros, & breues. Caulē profert Antherico similem, florem album, semen Asphodelo simile. Graui est tota herba odore, & gustu amarissima. Radice vna, puli in terram adacti specie. Nostra pictura non nisi radicem & folia ob oculos ponit, reliqua hoc tempore habere nō potuimus. Dabimus autem operam, modo Deo sic visum fuerit, vt aliquando integræ plantæ picturam studio diosis exhibere liceat.

## LOCVS.

Nascitur copiosissima in India, præpinguisq; vna de succus quoque defertur. Prouenit etiam in Arabia Asiaq; & in maritimis aliquot locis & insulis, vt in Andro. Nunc in aliquot hortis germaniæ nostræ plantatur,

## TEMPVS.

l ij Neque

## PLANTARVM HISTORIAE

Neque florem neque semen in stirpe nobis videre cōtigit, quare de iis quo nimirum proneniāt tempore, nihil certi monstrare possumus.

### TEMPERAMENTVM.

Aloe calefacientium est primi ordinis intensi, aut secundi remissi, tertij autem exiccantium.

### VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Duo sunt succi concreti genera. Vnum arenosum, quod sedimētum purissimæ Aloes videtur (hoc officinis Caballinum vocatur.) Alterū iecinoris modo coactum (Succotrinum barbari appellant.) Eligito puram quæ nihil doli sensit, sine calculis, splendentem, subruffam, friabilem, iecinoris modo cōcretam, facile liquefcētem, eximia amaritudinis. Reprobato autem nigram, & fractu contumacē. Est aloe vis adstringere, somnum conciliare, exiccare, corpora densare, aluum soluere, & stomachum purgare. Pondere cochlearium duorum aqua frigida, aut tepida pota, sanguinis excreationes sistit. Regiū morbum purgat trib. obolis ex aqua, aut drachmæ pondere in potu. Deuorata cum resina, aut cū aqua, aut cocto melle excepta, aluum soluit. Triū drachmarum pondere perfectē purgat. Mixta aliis purgatoriis medicamentis, stomacho minus noxia eareddit. Siccata & insparfa, vulnera glutinat, et vlcera ad cicatricem perducit, compescitq;. Priuatim autē exulceratis genitalibus medetur, & rupta infantium præputia agglutinat. Condylomata,

rim asq;

rimasq; sedis cum passo mixta sanat. Sanguinis eruptiones ex hamorrhoidibus factas compefcit. Digtorum reduuias ad cicatricem perducit. Liuores et sugillata cum melle delet. Palpebrarum scabrics, angulorumque pruriginis lenit. Dolorem capitis sedat temporibus & fronti ex aceto cum rosaceo inuncta. Capillos fluentes cum vino compefcit. Torsillis, gingiuis, & omnibus oris vlceribus, ex melle & vino prodest. Torretur oculorum medicamentis in testa pura & cadente, rudiculaque subinde versatur donec equaliter torreatur. Lauatur vt quod est arenosissimum subsidat, tanquam inutile, & leue & pinguisimum assumatur.

## EX GALENO.

Hec herba non admodum apud nos prouenit: & que in magna nascitur Syria aquosior est, & facultatis imbecillioris: attamen vsque adeo desiccare potest, vt vulnera conglutinet. At in regionibus calidioribus, qualis est Coelesyria & Arabia multo est melior. Optima vero Indica, cuius liquor est id quod ad nos importatur medicamentum cognominatum Aloe, ad plurimas res propter siccitatem mordicationis expertem vtile. Est autem non simplicis nature sed, vt iudicio est gustus, adstringit simul & amara est. Adstringit quidem mediocriter, sed vehementer amara est. Subducit & vntrem, vtputa ex numero medicamentorum que Græci ab excernendo stercore vocant *ἐκκορηστικὰ*. Verum

PLANTARVM HISTORIAE

Et ipsius facultatis misturam attestantur particu-  
laria eius opera: nam Et gratum stomacho est me-  
dicamen, vt si quid aliud, Et sinus glutinat. Sanat  
Et vlcera quæ agrè ad cicatricè duci possunt, Et  
maximè quæ in ano sunt Et pudendo. Iumat etiam  
eorum inflammationes aqua liquata, Et vulnera  
ad eundem modum glutinat. Congruit similiter vtenti  
Et ad inflammationes in ore, naribus Et oculis.  
In summa repellere Et discutere simul potest, cum  
hoc vt paulum extergeat, quantum videlicet vlce-  
ribus puris non sit molestum.

EX PLINIO.

Natura Aloes spissare, densare, Et leuiter calfa-  
cere. Vsus in multis et principalis, aluum soluere, cum  
penè sit sola medicamentorum quæ per se id præ-  
stant. Cõfirmat etiã stomachum adeò vt nõ infestet  
vlla vis contraria. Bibitur drachma. Ad stomachi  
verò dissolutionem, in duobus cyathis aquæ tepidæ  
vel frigidæ, cochlearis mensura, bis tẽrve in die ex  
interuallis, vt res exigit. Purgationis etiam causa  
plurimum tribus drachmis. Efficacior, si pota ea sit  
maturus cibus. Capillum fluẽtem continet cum vino  
austero, capite in sole contra capillum peruncto. Do-  
lorem capitis sedat, temporibus Et fronti imposta,  
ex aceto Et rosaceo. Dilutiorq; infusa, oculorum vi-  
tia omnia sanari ea conuenit. Priuatim pruriginis  
Et scabiẽ genarum, itẽ insignita ac liuida, illita cum  
melle, maximè Põtico: tonsillas, gingiuas, et omnia

oris vlcera. Sanguinis excreationes, si modicæ sint, drachmæ pōdere ex aqua, si minus, ex aceto pota. Vulnecrum quoq; sanguinem, & vndecunque fluētē sistit per se, vel ex aceto. Aliàs etiā est vulnecrib. vtilissima, ad cicatricē perducens. Eadē inspergitur exulceratis genitalibus, virorū condylomatibus, rimisq; sedis, aliàs ex vino, aliàs ex passo, aliàs sicca per se, vt exigit mitigāda curatio, aut coercēda. Hæmorrhoidū quoq; abundātiā leniter sistit. Dysentericæ infunditur. Et si difficiliter concoquantur cibi, bibitur à cœna modico interuallo. Et in re gio morbo tribus obolis ex aqua. Deuorantur pilule cum mellis decocto, aut resina terebinthina, ad purganda interiora. Digitorum pterygia tollit. Oculorum medicamentis lauatur, vt quod sit arenosissimum subsidat. Aut torretur in testa, pennaque subinde versatur, vt possit equaliter torrerī.

## DE BECHIO. CAP. L.

Tussilago vngula Caballina & passus asini vulgō dicitur.

NOMINA. *per ut scilicet*

**B**ήχιον Græcis, Latinis Tussilago aut Farsa-Bechiō vn-  
ria dicitur. Sic vocata quod βήχας, hoc est, de dictū.  
tusses unare credita sit. Herbariis & officinis hoc Vngula  
die vngula caballina appellatur. Germanis Ros. Caballi-  
zhub, oder Brandtlattich, Gallicè Patte à che na-  
ual) quod scilicet equina vngulæ persimilis sit, &  
ambustis medeatur.

PLANTARVM HISTORIAE

FORMA.

Folia hederæ habet, sed maiora, sex aut septem à radice prodeuntia, supernè virètia, inferiore autem sui parte albida, plures angulos habetia. Caulè pal-  
 Bechiõ nõ mum altũ. Florem vere prodeuntẽ pallidum, quem nascitur vnà cum caule confestim abiicit. Inde nonnulli exi sine flore. stimauerunt sine caule hanc herbã nasci. Radix il-  
 li tenuis est, quæ minimè inutilis esse potest, quan- do quidem illius, vt ex sequentibus patebit, in rum- pendis thoracis abscessibus, & eiiciendo ex vtero emortuo fetu vsus sit. Subesse itaq; errorem in Dio-  
 Dioscori- scoride manifestissimum est, vbi radicem Tusila-  
 dis locus ginis &  $\chi\rho\eta\sigma\omicron\mu$  esse inquit, quæ tamen nemo inter-  
 emẽdatus pretum, quod sciã, animaduertit. Hoc etiã adiciẽ- dum duxi pro confirmanda Dioscoridis descriptio-  
 ne, & confutanda erronea quorundam sentetia, flo- res Tusilaginis esse fugacissimos: iis enim enatis breui vigor vitæque durat, longissimãq; mora tri-  
 duum aut quatrimum, post quod illico tẽpus flac- cescentes in pappos euanescent, & caduci marcent, ita vt non nisi vere sese forte fortuna ferant obuiã, quo potissimum tẽpore flos & caulis sine foliis vi-  
 dentur. Quapropter qui herbam ipsam hoc tempo- re non conspexerunt, & tam subitam floris & cau- lis iaeturam haud animaduertent, sine vtrisque nasci crediderunt. Nos tamen & florem & caulem sepius oculis contemplati sumus, ideoque vt vtrius- que pictura accederet diligenter curauimus.



## LOCVS.

Nascitur prope fontes, & in aquosis locis.

## TEMPVS.

Flores vere, & in Aprili colliguntur: ab hoc enim tempore, vt paulò antè diximus, nusquam apparent. Folia & radix tota æstate durant.

## TEMPERAMENTVM.

Folia Tussilaginis virentia aqueæ substantiæ admistionē habet, vt hac ratione frigida et humida dici possint. Sicca verò acriora sunt, ideoq; calida. VIRES. EX DIOSCORIDE.

Tussilaginis folia trita cum melle illita, ignibus sacris, & inflammationibus cunctis medentur. Eadem sicca incensa, eos qui sicca tussi & orthopncea infestantur, quum fumum per infundibulum hiati suscipiunt ore, sanant. Abscessus thoracis rumpunt. Eadem radix suffita potest, sicutumq; emortuum in aqua mulsa cocta & pota eiicit.

## EX GALENO.

Bechium ideo nuncupatum est, quòd βήχας, id est, tusses & orthopnceas iuuare creditū sit, si quis videlicet folia arida aut radicem in prunis accendens, ascendentem inde fuliginem inspiratu attrahat. Est autem modicè acris, vt sine molestia noxæve omnes thoracis abscessus credita sit rumpere. Sane folia viridia partes cruda inflammatione obsesas illitu extrinsecus adiunãt, propter aqueæ humiditatis admistionē, qua omnia virentia tenera, alia  
plus,

PLANTARVM HISTORIAE

plus, alia minus participant. Nam sicca Bechij fo-  
lia acriora sunt, quam vt inflammatione laboran-  
tibus partibus conueniant.

EX PLINIO.

Tussilaginis arida cū radice fumus per arūdinē  
haustus aut deuoratus, veterem sanare dicitur tussē  
sim: sed & in singulos haustus passum gustādū est.

DE BUGLOSSO. CAP. LI.

Buglossum Borrago.

NOMINA. *Borrago*

**B**ούλωσση Græcis: Buglossum, Bubula lin-  
gua, Bovis lingua Latinis, quòd scilicet eius  
folia bubulæ lingue similia sint: officinis & her-  
bariis Borrago, Germanis Burretsch (Gallicè  
bourrache, ou Bourroche) dicitur. Alia verò  
herba est quæ hodie Buglossa vulgò nominatur,  
(Buglose) vt suo loco indicabimus.

*Borrago.*

FORMA.

Buglossum Verbasco simile est, folium habēs in  
terram depressum, asperū, nigrius, bubulæ lingue  
nō dissimile. Florem cæruleum, speciosum. Quæ ni-  
mirum descriptio ita hodie vocatæ Borragini her-  
bæ quadrat, vt nemo non, nisi talpa cæcior sit, ve-  
terum esse Buglossum videat. Qui tamen eius rei  
plura argumenta desiderat, ea quæ lib. primo, cap.  
xx. xij. nostrorum Paradoxorum produximus, les-  
gat, & nihil puto deinceps dubitabit.

## LOCVS.

Nascitur in plantis & sabulosis locis. Passim etiam hodie in hortis feritur, ob id olitoribus optimè cognitum.

## TEMPVS.

Carpitur Iulio mense.

## TEMPERAMENTVM.

Buglossum calidi humidique temperamenti est.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Folium Buglossi in vinum deiectum animi letitiam efficere creditur. Aiunt quæ tres caules emittat, si cum radicibus & semine tota teratur, & in potu detur, contra tertianos rigores prodesse: ad quartanas verò quæ quatuor. Horum autè decoctio in vino fiat. Herba abscessibus etiam vtilem esse ferunt.

## EX GALENO.

Buglossum vinis iniectum letitiæ et hilaritatis causa esse creditum est. Sed & iis qui ob faucium asperitatem tussunt, in melicrato coctum conuenit.

## EX PLINIO.

Buglossum præcipuum quòd in vinum deiecta animi voluptates auget, & vocatur Euphrosynum. Buglossum inarescente, si quis medullam è caule eximat, dicatque ad quem liberandum febre id faciat, & alliget ei septem folia ante accessionem, aiunt à febre liberari.

## EX SIMEONE SETHI.

Buglossum vrinam cit, & sitim se dat. Caules eius  
cocti

PLANTARVM HISTORIAE

cocti & crudi comesti iecoris affectibus prosunt. A  
viatoribus ex eo conficitur zelapion, & est vtile.

DE BUPHTHALMO. CAP. LII.

NOMINA. *Koy dill.*

**B**ούφθαλμον Græcè, Buphthalmum Latinè.  
Hodie oculus bovis, aut vacca, & Cotula  
foetida. non foetida herbariis vocatur. Germanis Rind-  
Buphthal saug oder Kueaug (Gallicè Oeil de Boeuf, ou  
mum cur pisse en liçt) Buphthalmū autem non alia ratio-  
dictum. ne dixerūt veteres, quàm quòd eius flores oculi imi-  
tentur formam, & boum potissimum oculis similes  
Anethum sint. Germanicè etiam Kudill hoc est, vaccinum  
vaccinū. anethum dicitur, quod scilicet verum Anethum e-  
ius folia referre videantur.

FORMA.

Buphthalmum caulem tenerū emittit, folia fœ-  
niculo similia, flores luteos Anthemide maiores, oculi  
lorum figura, vnde & nomen traxit. Hæ siquidem  
notæ adamussim conueniunt herbe quam vulgus  
herbariorum Cotulam non foetidam vocant: caules  
siquidem eius teneri, folia fœniculo similia. Nec te

Obiectio-  
nis solus  
tio. moueat quod à Dioscoride Buphthalmi lutei flo-  
ris tribuuntur. Cotula autem non foetida albi sint:  
ad discū enim mediomve Diosc. respexit, quod luteū  
est, non ad ambitū, in quo folia radiata candi-  
da, vt in Chamemelo, existunt. Quod dicimus, cō-  
firmant quæ Galenus lib. vi. de simpl. med. facul.  
in hunc modum scribit: Buphthalmi, inquit, flo-  
res

res colore Anthemidis floribus similimi sunt, sed multò maiores. Serapion quoque florem eius magis luteum flore Chamemeli esse ait. Si itaque Anthemidis floribus similimi sunt, nec nisi sola magnitudine differunt, & Anthemidis propriè dicta flores in medio lutei, & per ambitum candidi existunt, necesse est, vt Buphthalmi etiam flores tales sint, vt scilicet candida illorum folia, luteum medium eingant. Quid multa? Buphthalmi flores ab Anthemidis floribus non nisi sola magnitudine differunt: grandiores enim Buphthalmi flores quàm Anthemidis conspiciuntur, reliqua facie quam similimi. Quòd igitur ad colorè attinet, in nullo variat. Ià dictis accedit, quòd Serapionis interpres sub Cotulæ nomine Buphthalmum delineat. Denique congenerem esse planè herbam Buphthalmum cū Anthemide Dioscoridis tractandi ordo abundè docet, quum constet illum tres herbas sibi admodum similes, Chamemelum nempe, Parthenium, & Buphthalmum, vno in loco describere. Vnde iterum planum fit Buphthalmum esse Cotulam non fictidam, quòd scilicet Chamemelo prorsus similis sit, excepto duntaxat flore, qui in illa maior est.

## LOCVS.

In campis & circa oppida nascitur.

## TEMPVS.

Carpitur Iulio Augustoq; mensibus, & durat etiam vsque ad Autumnii medium.

TEMA

PLANTARVM HISTORIAE  
TEMPERAMENTVM.

Flores Buphthalmi acriores sunt Chamæmeli  
floribus, ob id illis sunt calidiores.

VIRES EX DIOSCORIDE.

Buphthalmi flores cum cerato triti, œdemata &  
durities discutunt. Ferunt post exitum à balneo po-  
tam, regio morbo correptis coloris bonitatem tractu  
temporis reddere. EX GALENO.

Buphthalmi flores Anthemidis floribus vehe-  
mentius discutunt, adeò vt & durities ex cerato  
mixti fiant. EX PLINIO.

Buphthalmos cum cera sciryromata discutit.

DE BELLIDE. CAP. LIII.

Bellides nobis Margarite & Pasquetes  
quòd ad pascha ferè flores hi incipiunt  
Bellis maior consolida media vulgò.

NOMINA. *makluw*

**B**ellis neque à Dioscoride, neque à Galeno, nec  
aliis etiam Græcis, quod sciam, descripta est,  
ideòque Græco nomine desinitur. Latinam itaq;  
duntaxat appellationem habet, & Bellis siue Bel-  
lius, autore Plinio, nominatur.

GENERA.

Duorum est generum, maioris & minoris discris-  
Consolida mine insignis. Minor bellis est ea quam officinæ Cō  
minor. solidam minorem appellant. Hæc iterum duàm est

*Bellis minor  
hæc est dicitur  
in makluw*

generum. Quædam enim hortensis & domestica est  
Bellis, hanc Germani Monatblumle, oder rote  
blumle



blumle (Gallicè Des marguerites, ou des Pas-  
 quettes) nominat. Altera syluestris, quam vulgus  
 herbariorum Primulã veris, quòd scilicet vere in- Primula  
 choante mox erumpat, Germani autem Massie- veris.  
 ble, & Kleinzeitlosle (Gallicè Petite confyre) Consolida  
 nuncupant. Maiorem officina nonnullæ Cõsolidam media,  
 mediam quòd credatur vulnera glutinare, Germa-  
 ni Gensblum (Gallicè De la confyre) vocant.  
 Nos aliam Consolidã mediam infra describemus.

## FORMA.

Minor hortensis, syluestri, præter florem qui ru- Minor. Gal. 6  
 bicundus est, per omnia similis est, Constant verò siluestris & hortensis  
 flores ii interdum simplici, interdum multiplici fo-  
 liorum contextu, vt pictura affabre ostendit. Sylus-  
 tris, Plinio lib. xxvi. cap. v. teste, flore constat al- Plinii loc  
 bo, aliquatenus rubente, quinquagenis ternis, inter- cus expli  
 dum etiam quinquagenis quinis barbulis circinato, catur.  
 folio pingui, in terra iacente, in rotundum oblon-  
 go, leuissimè serrato. Neque obstat quòd Plinius  
 lib. xxi. cap. viii. Bellio luteum esse florem tradat,  
 quia non ad ambitum, sed ad discum mediũ ve  
 floris, quod sanè luteum est, respexit. Hinc est quòd  
 à quibusdam Plinii locus ita legatur. Luteum & Maior. Bellio  
 Bellio, vt subaudiatur semen. Maior Bellis proce- g' an / florem  
 rior assurgit, folio non admodum diuerso, altioribus  
 dũtaxat crenaturis laciniato, cauliculis tenuibus,  
 surculosis, cubitum altis, flore priori non dissimili,  
 maiore, pauciorib. tãtũ barbulis, & in vniuersum  
 candidis,

PLANTARVM HISTORIAE

candidis, medium luteum in orbem concinne cingentibus. LOCVS.

Pasim in pratis vterque nascitur Bellius. Iam & in hortis seritur, sed flore multiplici, barbularum stipatu densiore. TEMPVS.

Minor primo statim vere apparet, & tota ferè æstate durat. Maior autè in Maio mense floret, quo etiam tempore carpi debet.

TEMPERAMENTVM.

Bellius vterque calidus & siccus est, id quod ex Plinio colligi potest, qui illorum ad discutiendas strumas usum esse scribit. Acetosus tamè sapor què in gustu minor præ se fert, aliquam frigiditatis in ea portionè esse monstrat. Quicquid tamen sit, exiccare Bellios evidentissimum est.

VIRES.

Quotquot hodie viuunt vulnerariam herbam Bellium esse nouerunt, valètque potissimum in capitis fractura admota. Succus etià herbe utiliter vulneratis bibitur. Laudatur etià herba ad membrorum resolutionem, quam Græci paralytin vocant: itemq; ad podagras, ischiada, & aduersus strumas.

DE BRATHY. CAP. LIIII.

NOMINA. *Sauinbaum*

**B**ραθυσ & Βράθυρον Græcis, Sabina vel Sauina Romanis, Seuenbaum Germanis (Gallice Sauinier) dicitur. Officinæ nomen vetus retinuerunt. GENERA.

Duim est generum Sabina. Vnum quod hic pictum exhibemus: alterum Tamaricis folia habens.

## FORMA.

Primi generis Sabina foliis Cupresso similis est, spinosior tamen, graui odore, acris & feruens. Arbor breuis & in latitudinem magis se fundens & explicās. Topiarius itaque frutex est, immortalis coma virens, patulo fastigio, iuniperi similitudine.

## LOCVS.

Passim in hortis nascitur.

## TEMPVS.

Quouis tempore colligi potest, potissimum autem autumnno, dum semine pregnans est.

## TEMPERAMENTVM.

Tertii est ordinis excalfacientium & desiccantium, & ex numero eorum quæ vel maximè tenuium sunt partium.

## VIRESEX DIOSCORIDE.

Prioris foliis nonnulli pro suffitu vtuntur. Vtriusque folia nomas sistunt. Inflammationes illita mitigant. Cum melle illita nigritias repurgant, itemque sordes & carbunculos abstergunt. Cum vino pota sanguinem per vrinam ducunt, sicutumque excutiunt. Idem apposita & suffita prastant. Miscentur vnguentis excalfacientibus, priuatim Gleucino.

## EXGALENO.

Sabina ex numero est fortiter exiccantium, idque secundum tres qualitates quas in gustu præ se fert  
m similiter

PLANTARVM HISTORIAE

similiter Cupresso, nisi quod ea acrior est, & ut sic dicam, magis aromatica, seu odoratior. Igitur huius quam modo dixi qualitatis est particeps, nempe acrimoniae consistentis in calido temperamento, praeterea amaritudinis & adstrictionis obscurioris quam in Cupresso. Siquidem quanto magis acrimonia superat, tanto etiam potentius digerit. Itaque glutinare nequit ob siccitatis & caliditatis robur. Nam utriusque illi tantum inest, ut etiam tendat, & inflammationem afferat. At putredinibus similiter Cupresso accommodari potest, maxime iis quae maligniores fuerint, & diuturniores. Nam haec citra noxam medicamento vehementiam perferunt. Quin & quae atra sunt reddita, & admodum fordida, ea cum melle expurgat. Carbunculos item soluit. Porro ob essentiae partiumve tenuitatem menses quoque prouocat, ut si quid aliud. Et sanguinem per urinas mouet. Foetum etiam viuentem interficit, & mortuum eicit. Unguentis inditur, & potissimum Gleucino, & in multas antidotos iniicitur. Quidam vero etiam Cinnamomi vice duplum eius adiciunt: est enim extenuandi & digerendi facultatis, si posita fuerit.

EX PLINIO.

Sabina à multis in suffitus pro thure assumitur. In medicamentis vero duplicato potere eosdem effectus habere quos cinnamomum traditur. Collectiones minuit, & nomas compescit. Illita ulcera purgat. Partus emortuos apposita extrahit & suffitu.

fitu. Illinitur igni sacro & carbunculis. Cum melle  
& vino pota, regio morbo medetur. Gallinacei gē-  
neris pituitas fumo eius herba sanari tradunt.

DE BATO. CAP. LV.

Rubus ronce.

NOMINA. *Braumbesson*

**B**άτος Græcis, Rubus aut sentes Latinis voca-  
tur. Aliquibus Mora vaticana, corrupta voce,  
eius fructus dicuntur, cum dicendum esset mora  
vacinia. Nam in hodiernum vsque diem Græci  
mora illa à Βάτος, Βάτινα & Βατινα cognomi-  
nant. testis Galenus libro sexto, de compos. medica-  
secundum locos: capite primo. Vergilius in Bucos-  
licis vnius literæ immutatione vacinia vocauit,  
inquiens: Alba ligustra cadunt, vacinia nigra le- *banmia*  
guntur. Eclog. ii. A nostræ ætatis medicis barbaris  
& Herbariis mora bacci appellantur, cum illis di-  
cendum esset mora bati. Theophrasto libro tertio  
de plantarum historia, capite xvij. Chamaba-  
tos, quasi dicas humilis rubus, appellatur. Germanicè  
Bromber (Gallicè Ronce.)

FORMA.

Rubum omnes nouerunt, vbiq̄ue enim vestibus  
prætereuntium sese affigit, remoramque viatori-  
bus iniicit. Caulem habet minacibus ac pungen-  
tibus spinis & aculeis vestitum. Folia incisuris dis-  
uisa, nigricantia ab vno latere, altero candentia.  
Florem, initiorubescens, dein cædidum profert,  
m ij quo

PLANTARVM HISTORIAE

quo abeunte fructus exit, qui cum maturuerit moro persimilis sit nigrescens, auibus gratus, nec hominibus insuauis cibus. Inest illi succus sanguineus, & veluti cruore atro manus inficiens.

LOCVS.

Passim in dumis provenit Rubus, qui protinus quam paulò accreuit, retro vergit in terram, atque ita radicatur, iterumque ex se nascitur.

TEMPVS.

Diversis temporibus folia, flores & fructus Rubi colliguntur. Folia namque in vere: flores aestatis initio, Iunio nimirum & Iulio mensibus: fructus autem ubi iam maturuerit per messes & extrema aestate decerpitur.

TEMPERAMENTVM.

Rubi folia, germina, flores, fructus et radix qualitate adstringente participant, eaque non obscura. Sed hoc inter se differunt, quòd folia potissimum & recēs nata plurimum in se habeant aquea substantiae, parum vero adstringant. Eadem ratione & germina. Est itaque eorum temperies ex terrea frigida essentia, & aquea tepida. Fructus autem, si quidem maturus fuerit, non parum habet succi temperati calidi, qui dulcis est. Proinde eam ob rem, & propter modicam adstrictionem, esui non insuauis est. At immaturus à frigida terrea substantia vincitur, ac proinde acerbus est, & exiccatorius. Vterque autem siccatus reconditur, validius quam



quam recens desiccans.

VIREs EX DIOSCORIDE.

Rubus adstringit & desiccatur. Capillos tingit. Ramorum eius decoctum potum aluum sistit, & feminarum profluvia cohibet. Præsteris morsui utilis. Gingiuas firmat. Oris vlcerebus folia commaducata medetur. Cohibent herpetas, & in capite achoras, oculosq; procidentes, condylomata & hæmorrhoidas, illita folia sanant. Cardiacis & stomachi doloribus trita & imposita subueniunt. Succus ex caulibus, foliisq; eius expressus, & in sole coactus efficacius omnibus iam dictis medetur. Fructus eius optimè maturi succus, ad oris medicamentum conuenit. Sistit & aluum in media maturitate comestus. Flos quoque eius in vino potus aluum sistit.

EX GALENO.

Folia & germina Rubi si mandantur, aphthas & alia oris vlcera sanant. Quin & alia vulnere glutinare valent. Flos eius eandem fructui immaturo facultatem possidet: vtraq; ad dysenterias, & vëtris profluvia, eiusq; robur deperditum, & sanguinis expuitiones, idonea remedia. Radix præter adstrictionem non paucam in se habet substantiam tenuem, propter quam etiam in renibus lapides comminuit.

EX PLINIO.

Nec Rubos ad maleficia tantum genuit natura, ideoq; ex eis mora vel hominibus cibos dedit. Vini habent siccardi, adstringendi que, gingiuis, tonsil-

PLANTARVM HISTORIAE

lis, genitalibus accommodatissimi. Adversantur  
 serpentium sceleratissimis, haemorrhoidi & praeseri,  
 flos & mora. Scorpionum vulnera sine collectionis  
 periculo iungunt. Urinam ciunt. Caules eorum tundi  
 tur teneri, exprimiturq; succus, mox sole cogitur in  
 crassitudinem mellis, singulari remedio contra mala  
 oris, oculorumq; sanguine excreantes, anginas, vul  
 uas, sedes, coeliacos, potus aut illitus. Oris quide vis  
 tiis etiam folia commanducata prosunt, & ulceri  
 bus manantibus, aut quibuscumque in capite illin  
 tur. Cardiacis vel sic per se imponuntur a mamma  
 sinistra. Item stomachi doloribus, oculisq; prociden  
 tibus. Instillatur succus eorum & auribus. Sanat  
 condylomata cum rosaceo cerato. Calculorum ex vi  
 no decoctum praesentaneum est remedium. Itē per  
 se in cibo sumpti cymae modo, aut decocti in vino  
 austero, labantes dentes firman. Aluum sistunt &  
 profluvia sanguinis. Dysentericis prosunt. Siccantur  
 in umbra, ut cinis crematorum vnam reprimat.  
 Folia quoque arefacta & contusa, iumentorum vl  
 ceribus utilia traduntur. Mora quae in iis nascitur,  
 vel efficaciorē stomatice praebere quam sativa  
 morus. Eademq; compositione, vel cum hypocisthi  
 de tantum & melle bibuntur in cholera, & a car  
 diacis, & contra araneos. Inter medicamenta quae  
 styptica vocant, nihil efficacius Rubi mora feren  
 tis radice decocta in vino ad tertias partes, ut col  
 luantur eo oris ulcera, & sedis foveantur. tantaq;  
 vis

vis est vt spongia lapidescant.

## DE BALLOTE. CAP. LVI.

Ballote marrubium foetidum.

NOMINA. *Βαλλωτή. η μελων ηρασιον. μαρρυβιον.*

**B**αλλωτή, η μελων ηρασιον Græcis, ballote Latinis, Officinis Marrubium nigrum, aut Marrubiastrum, aut Prasium foetidum dicitur. Germanis schuuartz Andorn, oder Andorn Vueible (Gallicè Du marrubin noir.) Marrubium à similitudine foliorum, nigrum à caulis colore, qui niger est Marrubij respectu, dicta Ballote dictum.

## FORMA.

Caules ex se mittit Ballote quadrangulos, nigrescentes, subhirsutas, ab vna radice complures. Folia Marrubio similia, maiora tamen, subrotunda, pilosa, per intervalla in caule disposita, Apiastro similia, graueolentia, vnde aliqui Apiastrum eam vocarunt. Flores in rotæ speciem caules circumiacent. Theophrastus etiam lib. vi. cap. ij. de historia plantarum, Ballotem folio herbido, serrationi, incisurisq; profundioribus & conspectioribus discreto constare scribit. Vnde liquido constat hæc quam pictam damus esse veram Ballotem, quod illa sit herba fruticosa, quadrangulis caulibus assurgens, nigris, hirsutis scæ, folio Marrubij sed maiore, piloso, cingente per intercas pedines caule, odore grani, orbiculato florum purpureorum ambitu, qui scapos verticillatim obducunt.

PLANTARVM HISTORIAE

LOCVS.

Nascitur propter vias, domos, sepes, caemiterias  
& aliis vmbrosis in locis.

TEMPVS.

Floret in fine Iunij mensis, & initio Iulij, quo sa-  
nè tempore carpi commode potest.

TEMPERAMENTVM.

Amara & acris est, ideoque calefacit in secun-  
do ordine iam cõpleto, aut tertio remisso: desiccatur  
autem in tertio.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Huius folia cum sale illita, canis moribus me-  
dentur. Feruenti cinere flaccescentia, condylomata  
reprimunt, sordidâque vlcera cum melle purgant.

EX PAVLO.

Ballote, quod alij Marrubium nigrum dicunt, ac-  
ris est & abstersoria facultatis. Illitum cum sale  
canis moribus medetur.

EX PLINIO.

Vix eius, efficax aduersus canis morsus, ex sale  
foliis tritis imposta. Item ad condylomata. coctis  
cinere, in folio oleris. Purgat & sordida vlcera cõ  
melle.

DE BATRACHIO.

CAP. LVII.

Ranunculi omnia hæc genera Gallis sunt  
frequētissima in vineis, syluis, paludosis  
locis.

NOMINA.

Βοτρυλλομαχ

Βατραχ

**B**ατραχιον Græcis, Batrachium & Ranunculus <sup>Botan. b. l. c. m.</sup>  
 lus Latinis dicitur. Apuleius Sceleratam nos Scelerata  
 minat. Vulgus medicorum perperam Pedem corui  
 vocat. Sunt etiam qui Flammulam, ab vrendi fa- Flammula.  
 cultate, appellant. Germani Hanenfusz. Baira  
 chion autem siue Ranunculus dicta est haud du- Ranuncu-  
 diè, quòd limitibus humidis opacisq; marginibus lus vnde  
 ranarum more letetur: aut quòd aquis vbi rana dictus.  
 degunt potissimum, gaudeat, aut quia inter eius fru-  
 tices ranae frequenter inueniantur. Agreste vero A. Agreste  
 pium seu Apiastrum, quòd foliis apium emuletur. apium.  
 Scelerata, eo quòd comesta noxia sit: vel, quòd ma Scelerata  
 gris arridet, quia validi sceleratiq; mendicantes si-  
 bi crura & lacertos hac ipsa dilaniat, quòd possint <sup>Ranunculi alia  
 specus enches  
 hos bot. b. l. c. m.</sup>  
 impudentius stipem extorquere, atque hac impos-  
 stura pecuniolam aucupari. <sup>Ranunculi Anphix Ant. b. d. c. b. l. c. m.</sup>

GENERA. <sup>Ranunculi aquosissimi hanc hanc  
 Ranunculi minor. b. l. c. m.</sup>

Plura sunt Ranunculi genera, Dioscorides verò  
 & Galenus quatuor potissimum esse tradunt. Pri-  
 mum duplex est: huius enim generis Ranunculus  
 quidam syluestris est: & hic iterum duabus discri-  
 minatur differentiis. Vnus enim luteos flores pro-  
 fert, & Germanis Vveißler Hanenfusz dicitur. <sup>Syluestris  
 ranuncu-  
 lus.</sup>  
 Alter vero purpureos, qui mihi, quòd sciam,  
 nondum visus est. Quidam autem hortensis, quini-  
 si cultura accedat prouenire haud solet. Hic itidè <sup>Hortensis</sup>  
 duplex est. Vnus qui simplici florum textura con-  
 fiat, Germanicè Vngesfulter garten hanenfusz.  
 Alter

PLANTARVM HISTORIAE

Apiū syl-  
uestre.

Alter multiplicem foliorū in floribus compagem obtinet, ideoq; Germanis gefulter garten hanē-  
fusz dictus est. Alterum quod à foliorū similitu-  
dine quam cum Apū foliis obtinet, à nonnullis ὄ-  
λινον ὀρειον, id est, Apiū syluestre, vel Apiū rīus  
cognominatur, Germani Vuasserhanenfusz voc-  
cant. Tertiū genus exiguū est, ob id etiā Germanis  
Kleiner Hanenfusz nominatur. Quartum etiā  
minimū, germanicè Vualdhenle appositissima  
voce appellatur: est enim iter reliquas herbas quæ  
germanicè Pedes galli vocantur, & minima, & nō  
nisi in syluis vt plurimum prouenit, adeoq; compo-  
sita voce rectissimè Vualdhenle nominatur, quasi  
dicas minima inter pedes Galli, & in syluis pro-  
gnata. Estq; duūm generum: vnum quidem lacteo  
flore, alterum luteo, vt pictura docet. Primum au-  
tem quod lacteo flore ornatur, est id quod à Dio-  
scoride pīgitur, germanicè vocatur Vuesz Vual-  
dhenle. Alterum, das gelb Vualdhenle.

FORMA.

Primum  
genus.

Primum Ranunculi genus folia Coriandro simi-  
lia habet, latiora, vel vt Plinius ait, ad malæ la-  
titudinem accedentia, subalbida & pinguis. Florē  
luteum, interdum purpureum. Caulē non cras-  
sum, cubitali altitudine. Radicē paruam, albam,  
amaram, adnascētiās Ellebori modo habentem.  
Ceterum effecit cultura, vt qui in limitibus sim-  
plici foliorum cōpage flores oriantur, gemino quos-  
dam



dam densoq; ac multiplici foliorum stipatu nūc in hortis collucescāt, quemadmodum pictura affabrè monstrat. Alterum genus lamuginosus, vel vt Plin<sup>us</sup> Alterum. inquit foliosus, altiore caule, pluribus foliorū incisuris, copiosissimum in Sardinia, acerrimumq; quod iam Apium syluestre nominant. Tertium ge<sup>neris</sup> Tertium. nus valde paruum, graui odore, flore qui auri speciem refert. Quartum huic simile, flore autem la<sup>te</sup> Quartū. eteo aut luteo, radice longiore, & modo quodam nodosa, gustu acri.

## LOCVS.

Primum genus Ranunculi syluestris lutei sine cultura circa fluentia, & in limitibus pratisq; humidis & vliginosis prouenit. Hortensis verò adhibita cultura in hortis nascitur. Alterum genus secus aquas & fontes gignitur, & apud Sardos copiosissimū. Ea si comedatur, vescentibus neruos contrahit, rictuq; ora diducit, vt qui mortem appetūt, velut ridentium facie intereant. Ob id Sardoni<sup>us</sup> Sardoni<sup>us</sup> risus in prouerbiū cēssit. Etsi autem nostra non us risus. perinde efficax sit atque ea quæ in Sardinia nascitur, tamen hanc vehementissima etiam erodendi facultate esse præditam, gustus ostendit. Tertium genus in pratis & campestribus passim prouenit. Quartum, vt Germanicum nomen palàm demonstrat, syluis familiare est. Luteum vero in valle supra & infra Bebenhusum monasterium iuxta aquas copiosissimè nascitur.

PLANTARVM HISTORIAE  
TEMPVS.

Primum genus hortēsis Ranunculi lutei, statim inter initia Aprilis floret: Maio autem mēse disperit, & nusquam subinde conspicitur. Secundum & tertium genus itidem tota aestate inueniri possunt. Quartum in vere, Aprili nimirum mense, tantum apparet, quo sanè tempore hoc ipso sylua, luci & nemora scatent, floribusq; eius candidant.

TEMPERAMENTVM.

Omnium tum radix, tum vniuersa herba vehementer calida & sicca est. Primi tamē generis syluestris lutei, non perinde ac reliquorum acris admodum est facultas.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Omnium folia & caules teneri si illinantur, exulcerandi, & crustas cum dolore creandi vim habent. Proinde scabros vngues & scabiem tollunt, & stigmata delēt, myrmecias, acrochordonas & alopecias modico tempore illitu sanant. Tepido eorundem decocto perniones fomentur. Radix sicca tritaque, sternutamenta naribus admota ciet. Dentium dolores adhibita lenit, eos tamen conterit.

EX GALENO.

Quatuor habet speciatim Ranunculus differentias. Omnes verò vehementer acrem facultatē possident, adeò vt cum dolore exulcerent. Hac itaque ratione si moderatè vtare, psoras & lepras excoriant, & vngues leprosos dinellunt, ac stigmata discutiunt,

cutiunt, & acrochordonas & myrmecias detraxerunt. Quin & alopecias inuant pauco tēpore ad-  
mota. Nam si diutius inhæreant, non excoariatur so-  
lum cutis, sed & in crustam vritur. Atque igitur  
hæc omnia caulis & foliorum sunt opera, si illinā-  
tur viridia. Porrò radix arefacta sternutatorum  
est medicamentum similiter aliis quæ valēter des-  
siccant. Sed & dentium dolores iuuat, vt & eos, ve-  
hementer scilicet exiccando, frangat.

## EX PLINIO.

Omni-  
bus vis caustica, si cruda folia imponan-  
tur, pustulasq; vt ignis faciunt. Ideo ad lepras &  
pforas vtuntur, & ad tollenda stigmata, causticis  
que omnibus miscent. Alopecias imponunt, celeriter  
remouentes. Radix in dolore comāducata diutius,  
rumpit dentes. Eadem sicca concisa, sternutamentū  
facit. Nostri herbarij strumeam vocant, quoniam  
medetur strumis, & panis, parte in fumo suspensa.

## DE BRYO. CAP. LVIII.

NOMINA. *hoppe*

**B**ρῶν Græcis recentioribus, Lupus salictarius Lupulus.  
Latinis, Lupulus officinis, vulgò Humulus vo Humulus  
catur. Aliquot Italiae rura, ad Græcam appellationem  
alludentes, Brusculam, quasi Bryon scan- Bryon.  
file nominant. Germani Hopffen, (Gallicè Du  
houblon.) Græci autem Bryon à Bryoniae simi-  
litudine haud dubiè nominarunt. Lupus verò sali- Lupus sal-  
ictarius, quia subit scanditque salices, & arbusta lictarius.

omnia

PLANTARVM HISTORIAE

omnia circūuoluēdo se circūplectitur, appellat<sup>o</sup> est.  
 Lupus reptitius. Hinc quoq; Lupus reptitius nonnullis nominatur.  
 FORM A.

Caules habet aculeatos, longissimōsq;. Folia vitis albæ, hispida, & nigriora. Flores cinereos seu candicantes, ac multis exilibus folliculis squamatis compactiles. Radicem subnigram, longam.

LOCVS.

Pasim & copiose in Germania nostra iuxta uetres & salicta prouenit, ex eaque ceruisiam potius, quo uini uice utuntur, Germani conficiunt. Ideoq; in hunc usum in hortis plantatur.

TEMPVS.

Augusto mense floret & Septembri.

TEMPERAMENTVM.

Sunt qui refrigerare Lupulum dicant, alij temperamento medium esse putant. At utriusque, mediæ quidem sententia, falluntur: flores enim quorū potissimum usus est, calidos & siccos esse, odoris & grauitas, & immodica amaritudo testantur. Antiquus etiam herbarius calidum & siccum in secundo ordine esse tradit. Denique constat radices quoque eius calidas esse.

VIRE S. EX RECENTIORIBVS.

Bilem utranque detrahit. Abscessus discutit. Pituitam in aqua inter cutem per aluum ducit. Succus eius crudus hauritus ventrem magis subducit, minus uero obstructions aufert. Coctus uero magis ab

gis ab obstructionibus liberat, minusq; ventrē sub-  
ducit. Auribus instillatus eas à putredine viduat,  
& à fetore liberat. Radices obstructiones tollunt,  
licnis potissimum & iccoris.

## DE VERONICA. CAP. LIX.

Veronica vtraque hic vsu rarissima.

NOMINA. *Excerpto*

Veteribus Græcis & Latinis cognita fuerit  
nec ne hæc herba, nondum constat, Vulgus  
autem herbariorum hodie Veronicam, Germani *Veronica*  
Erenbreisz oder Grundheyl, ob mirificam san-  
nandi vlcera & vulnera facultatem, nominant.

## GENERA.

Duū est generum Veronica: vna mas, altera  
verò femina. Discrimina carū ex descriptionibus  
patcbunt.

## FORMA.

Veronica mas herba est per terram serpens, can-  
liculo dodrantali & nonnunquam etiam longiore,  
rubescente & lanuginoso, foliis oblongis, nigris,  
hirsutis & serratis, floribus in cacumine purpu-  
reis, semen in vasculis loculi speciem habentibus,  
radice tenui. Femina itidem per terram serpit can-  
le lanuginoso, foliis rotundis instar herbae quæ Cō-  
tummorbia & Nummularia hodie vocatur, minis-  
sime in ambitu incis, paulò quàm maris viridio-  
ribus, floribus in luteo purpureis, semine in vasculis  
rotundis.

PLANTARVM HISTORIAE

rotundis, radice, vt mas, tenui.

LOCVS.

Nascitur incultis & syluestribus locis.

TEMPVS.

Iunio mense floribus & semine abundat.

TEMPERAMENTVM.

Amaritudinem quandam & vehementem ad-  
strictionem in gustu præ se fert, vt hinc calidam  
& siccam esse conicere liceat. VIRES.

Mirificè ad cruenta ac vetera vulnere & vl-  
cera sananda confert. Scabiei denique & omnibus  
cutis vitis medetur. Ferunt quondam huius herbæ  
adiumento Regem Gallie elephantie morbo cor-  
reptum, à quodam venatore sanatum esse, cum is  
ceruum à lupo vulneratum eius herbæ comestio-  
ne, & assidua in illa volutatione, curasse seipsum  
animaduertisset. Tumores etiam, in quacunque cor-  
poris parte fuerint, potissimum autem in ceruice,  
discutere potest. Recentiores huius vsu vnicè cõ-  
mendant in febribus pestilentialibus, iecoris & lie-  
nis obstructionibus, potissimum vero pulmonis ex-  
ulcerationibus.

DE BVLBO SYLVESTRI.

CAP. LX. <sup>1018 vsq</sup>

*bulbus sylvestris  
si e alba viola*

Bulbus sylvestris hinc videtur esse quod  
leucoium Theophrasto pingitur & nobis  
iam in hortis frequentius ad natalē Chri-  
stianum floret.



NOMINA. *W. & M. 179*

ἄλβος ἄγριος Græcis, Bulbus syluestris Cēpa hyl-

B Latinis. Sunt quibus Cēpa syluestris ap̄ uestris.

pellatur. Germanicè Feld, Vuild oder

acker zuuibel. (Gallicè vn porron.) Bulbos au Bulbi.

tem nominant radices suis membranis tunicatas, siue pluribus capitulis coagmententur, vno folliculo omnes ambiente, siue quad̄ antennis distinctæ separentur.

## FORMA.

Herba est caule dodrātali, cauo, foliis porraccis, floribus lili sinuatim emicantibus, speciosis, sex foliis è calatho stellatim radiatis, ex viridi in luteū tendentibus, capillo intus crocco, capitulo floribus decidentibus triangulari, seminibus pleno, radice bulbosa ceu Allium, citra odorem glutinosa.

## LOCVS.

In locis vmbrosis, circaq; margines quorundam pratorum copiose provenit. Quare in vallibus non procul à Tubinga iuxta monasterium Bebehūsen- se sitis, & radice montis Austriaci ad pratium tenue vocatum, Bulbus plurimus nascitur.

## TEMPVS.

Per initia veris, Martio & Aprilimē sib. erumpit, ac statim subinde euanescit. Semen non tantum in caulibus, verum etiam iuxta radicem profert.

## TEMPERAMENTVM.

Amara austerāque qualitate præditos inueniet, non hunc, sed & alios bulbos, qui gustū exactè consuluerit.

PLANTARVM HISTORIAE

suluerit. Proinde hos abstergere simul & glutinare, & nimirum etiam exiccare posse, nemini nõ notum est.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Omnes bulbi acres sunt et calefaciunt, venerenturque stimulant. Linguam & tonsillas exasperant. Multum nutriunt. Carnes procreant, flatuque faciunt. Ad luxata, collisa, surculos, articulorumque dolores illiti conducunt. Gangrenis & podagris cum melle, & per se, hydropicorumque tumoribus & canum morsibus prosunt. Cum melle pariter & pipere trito illiti, sudores cohibent, & stomachi dolores sedant. Furfures & achoras cum nitro tosto exterunt. Sanguillata & varos per se, aut oui luteo purgant, & lentigines cum melle aut aceto. Fractis auribus cum polenta, & contusis unguibus prosunt. Ficos in calidis cineribus tosti, & cum manarum capitibus crematis appositi, tollunt. Combusti verò & Alcyonibus permisti vitia cutis in facie, & nigras cicatrices in sole illiti emendant. Cum aceto e'ixi & in cibo sumpti ad rupta faciunt. Cauere verò eorum in cibo copiam oportet, quoniã nervosas partes tetant.

EX GALENO.

Bulbi amarum austeramque vim manifestam obtinent, quamobrem elanguescētis stomachi aliquatenus aviditatem excitant. At verò neque iis inutiles sunt, quibus è thorace & pulmone pus expuendum erit, quãquam crassiore ac glutinosiore sit corporis substantia:

Substantia : etiam amaritudo crassitudini aduersatur, læta crassaq; nata incidere. Quapropter bis elixi vberius quidem alūt, sed excreare volētib; reluctabuntur, vtpote omni amaritudine exusti. Tū verò ex aceto, oleo garoq; mistis, esitare satius fuerit: nam ita magis oblectabūt ac nutrient, minusq; inflabunt, & facilius concoquentur. Quidam horum cibo abunde & immodice vsi, planè seminis auctā copiam, inq; vicerem se esse promptiores senserunt. Hos quoque homines variè apparant. Non enim solum aqua elixos, verum etiam patinas ex ipsis variè conditas instruunt. Alij quidē in sartagine frīgunt, multi in craticula assant. Verūm hi multam coctionem haud sustinent, admodum pauca contenti. Sunt qui nihil prorsus precoquant: delectat nāque eos amaritudo ipsa ac austeritas integra, quippe qui amplius ab ea ad cibum alliciantur: quamquam ad huiusmodi illecebrā duo aut tres plus satis facient. Si verò liberalius sic apparati sumātur, præsertim, vbi vt mos est, crudiores ingeruntur, amplius cruditatem generabunt. Quidam etiam non probè cocti, inflationes & tormina pariūt. Qui ad hunc modum esitantur, alimentū minimè boni succi procreant. At plurimum decoctorum, aut bis etiam, succus crassior quidem ille erit, cætera verò melior ac alibilior reddetur.

## EX PLINIO.

Bulbi ex aceto et sulphure vulnerib; in facie medentur;

PLANTARVM HISTORIAE

dentur: per se verò tritineruorum contractionem,  
 & ex vino porrigines. Succū cum melle carū mor-  
 sibus. Erasistrato placet cum pice. Sanguinē idem  
 eos sistere tradit illitos cum melle. Alij si ē naribus  
 fluat, Coriandrum & farinam adiiciunt. Theodo-  
 rus & lichenas ex aceto bulbis curat, & erupen-  
 tia in capite cum vino austero aut ovo. Et bulbos  
 epiphoris idem illinit, & sic lippitudini medetur.  
 Acquē vitia quæ sunt in facie, eorum rubentes ma-  
 ximè in sole illitis, cū melle et nitro emendant. Len-  
 tiginem cum vino, aut cum cumino coctis. Vulne-  
 ribus quoque mirè profunt per se, aut, vt Damion,  
 ex mulso, si quinto die soluantur. Iisdem & auricu-  
 las fractas curat, & testium pituitas. In articulo-  
 rum doloribus miscent farinam. In vino cocti illi-  
 ti ventri, duritiem præcordiorum emolliunt. Dys-  
 entericis in vino ex aqua cœlesti tēperato dantur.  
 Ad cōmulsā intus cum Silphio pilulis fabæ magni-  
 tudine. Ad sudorem tusi illinuntur. Nervis vtilis.  
 Ideo & paralyticis dantur iuxta in pedibus. Qui  
 sunt ruffi ex his, citissimè sanant cum melle & sa-  
 le. Venerem stimulant. Syluestres interaneorū plas-  
 gas & vitia cū Silphio pilulis deuoratis sedant. Et  
 satiuorum semen cōtra phalangia bibitur in vino.  
 Ip̄i ex aceto illinuntur contra serpentū iētus. Se-  
 men antiqui bibendum insanientibus dabant. Flos  
 bulborum tritus crurū maculas varietatesq; igne  
 factas emēdat. Elixos asis minus vtilis adiiciunt  
 esse,

esse, & difficile cōcoqui ex vi vniuscuiusq; naturæ.

## APPENDIX.

Hic quem piclū damus Bulbus facultatē emolliēdi & discutiendi durostumores habet. Humidis denique & depascentibus vlceribus tostus calido cinere, & cum melle tritus atque admotus prodest.

## DE BICIO. CAP. LXI.

NOMINA. *v. g. r. t. l.*

ἰκίον Græcè, Vicia Latinè nominatur.

B Officinæ non sine maximo errore ea pro Officina = Orobo vtuntur. Germani alludentes ad rii error.

Græcam appellationem, Vuicken simpliciter, vel cū adiectione zam Vuicken (Gallicè De la vesce) vocant. Vicia autem, vt Varroni placet, dicta Vicia vni est à vinciedo, quòd itē vt vitis capreolos, habeat, de dicta quibus sursum versus serpit.

## FORMA.

Cubitali altitudine surgit, foliis Aphaces, angustioribus tamen, flore Pisi, minutis, nigricantibusq; in siliquis seminibus, quorum quidem figura non rotunda est, sed, similiter lenti, latiuscula.

## LOCVS.

Sicca loca maximè amat, inter autem segetes copiosè prouenit.

## TEMPVS.

Iunio mense floribus & semine prægnans est.

## TEMPERAMENTVM.

Medium tenet caliditatis & siccitatis, validius tamen siccatur, in secundo nimirum ordine.

PLANTARVM HISTORIAE

VIREs. EX GALENO.

Semina hæc non solum insuauia, sed concoctu etiam difficilia, & aluum retinentia. Perspicuum ergo est, quum huiusmodi naturam obtineant, alimoniam quoque quæ ex ipsis in corpus permanat, improbi crassiq; succi esse, idoneam ad humoris melancholici generationem.

DE BLITO. CAP. LXII.

Blitum iam in hortis frequens, viride, album, frequentius rubrum.

NOMINA.

atq; spinarum  
foliis spinosa;  
dicitur maier  
vel blitum

**B**λίτον Græcis, Blitum siue Blitus Latinis vocatur. Officina hanc herbam cum Beta confundunt non sine magno errore. Germanis Maier (Gallicè De la blette, ou espinars) dicitur. Blitum nomen inde traxit quod iners & fatuum olus esset, sine sapore aut acrimonia vlla. Nam βλίτος stolidos & ignauos Græci dixerunt. Sic hodie Græca imitatione socordes, & nullius momenti homines, bliteos appellamus. Ita Plautus in Truculento bliteam meretricem nominauit.

Officina  
error.  
Blitū vn-  
de dictū.  
βλίτος.

FORMA.

Blitum non pingitur à Dioscoride, sed ab Heremolao Barbaro, homine non minus docto quàm dice ligente, in suo Corollario iis verbis describitur: Blitum erumpit ocysimè, foliis betaceis, sine acrimonia fatuis & insipidis, semine vt Beta corticeo, coarctato piofo, racemoso, vt Atriplex, radice non vna, non in rectum



rectum tendente, sed multiplici, obliqua, & prolixa. Ex quibus utique verbis omnibus perspicuum fit, herbam quam depictam damus esse Blitū. Hæc siquidem ocysimè erūpit, atque in altum tollitur, foliaq; Betacea prorsus habet. Insipida denique & sine acrimonia. Semen eius ut Betæ corticicum, copiosum, racematim singulis ramis insidens. Radice non vna nititur, sed multiplici ac longa, non in rectum, sed obliquum tendente. Rectiorem tamè & magis descriptioni respondentem si quispiam protulerit, non grauabimur nostram mutare sententiā, ut qui probe perspectum habeamus in iis herbis quæ à Dioscoride non descriptæ sunt, faciliè aliquem in tanta rerum penè omnium caligine aberrare posse.

## LOCVS.

Et si sponte sua interdum herba hæc proueniat, tamen ut de Blito etiā tradunt, si culto solo semel nata fuerit, ipsa se per multa sæcula seminis deiectione reparat, ut etiā si velis vix possit aboleri, sic semel nata plurib. annis restibili fertilitate prouenit.

## TEMPVS.

Floret æstate & autumnno, semineq; prægnās est.

## TEMPERAMENTVM.

Blitum frigidū & humidum in secundo ordine.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Blitum oleris vice in cibum venit. Aluo vtile est, nullam tamen medicamentosam vim obtinet.

PLANTARVM HISTORIAE

EX GALENO.

Aquosum est olus, ac vti quis non absurdè dixerit, qualitatis expers, & insipidum: quapropter nõ ex solo oleo garòq; sed addito aceto sæpius meliùsq; assumitur. Nonihil etiam ad leuigandã aluũ momenti affert, verùm id ipsum perquam exiguũ est, quoniã nulla ipsis acris nitrosãve adest qualitas, quæ aluum ad excretionem irritare possit. Liqueset etiam quod minima ab ipso alimonia in corpus di-  
manet.

EX PLINIO.

Blitum iners videtur ac sine sapore aut acrimonia vlla. Vnde cõiciũ feminis apud Menandrum faciunt mariti. Stomacho inutile est. Ventrẽ aded turbat, vt cholera faciat aliquibus. Dicitur tamen aduersus scorpiones potum è vino prodesse, et clavis pedum illini. Item licni & temporũ dolori ex oleo. Hippocrates menstrua sisti eo cibo putat.

DE BUNIADE. CAP. LXIII.

Napus bunias satius nobis Nauet, & eius sēmen Nauette.

NOMINA. *Steckrubi*

ὄυντοῖς Græcis, Romanis Napus, Germanis

B nis Steckrubi (Gallicè Nauet, ou Nauet) appellatur. Buniadis autē appella-

Napus  
Bunias  
quare di-  
ctus.  
Bouvoi.

tionē à tumēte figura quã præ se fert, Græci deduxerūt. Namq; radix Napi buniadis in amplitudinē excrescit, & in rotundum extuberat. Cuius siquis dem, colles, verrucosaq; loca βεϋῶς nominant.

## G E N E R A.

Napi buniadis, quæ Galenus & alij veteres in Napus Raporum sensum reponunt, duo sunt genera. Vnum Buniadisa satium, quod forma proximè ad Brassicam tertiæ tuius. speciei accedit, radicemq; oblongiorem obtinet, Germani huius generis Napos, Trucken steckruben nominant: Alterum sylvestre, quod foliis suis Erucæ non dissimile est, radice ampliore, & rotundiore. Germanicè Nafzsteckruben appellantur eius generis Napi.

## F O R M A.

Folia habet Rapi, leniora, Erucæ modo laciniosa, caulem cubitalem, interdum altiore, rotundum, flores luteos, Brassicæ proximos, semen in siliquis, radicem oblongam.

## L O C V S.

Buniadisa gaudet frigidis locis.

## T E M P E R A M E N T V M.

Cum easdè quas Rapum vires habeat Buniadisa, necesse est idem etiam ut obtineat temperamentum. Est itaque Napus buniadis in secundo ordine calidus, & in primo humidus.

## V I R E S. E X D I O S C O R I D E.

Radix Buniadis elixa, flatum creat, minus tamè quàm Rapum nutrit. Semen eius potum let alia venena inefficacia reddit. Miscetur antidotis. Radix etiam eius sale conditur.

## E X G A L E N O.

Easdem

PLANTARVM HISTORIAE

Easdem quas Rapa vires obtinent. Vide itaque caput de rapis.

DE BOTRY. CAP. LXIII.

Botrys herba hic frequēs. diuersa à frutice quē Piment vocamus. Blattaria & yua crispa nobis ignotæ.

*Augurium* NOMINA. *Augurium*

**B**ōrys Græcis, Botrys Latinis appellatur. Officinis & vulgaribus herbariis incognita. Germanis haud inepte Traubenkraut (Gallicè Du Botrys vñ Pymment) nominabitur. Botrys verò dicta est à semine, quòd racematim ramulis adnascitur.

FORMA.

Herba tota est lutea, fruticosa, sparsa, multaq; alarum caua habens. Semen totis ramulis adnascitur. Folia Cichorio similia obtinet, totaq; valde odorata est, ideoq; vestibus apponitur. Ex qua quidē descriptione omnibus manifestum sit, herbā cuius picturam exhibemus esse legitimam Botryn: vniuersa enim herba ad luteum colorem vergit, fruticosa est, & multis stolonibus fusa, foliis Cichorii, odoratis, semine circa ramulos totos in racemos collecto nascente. Quid multa? nulla est prorsus nota, quæ illi non appositissimè quadret.

LOCVS.

Nascitur circa profluentes aquas & torrētes. In Germania tamen, quod equidem sciam, non nisi scitata prouenit.

TEMPVS.

Augusto

Augusto et Septēbri ad maturitatē maximē peruenit: quibus etiā mensibus, vt Ruellius annotauit, uenalis herba per Parisiēs urbē defertur. Odo- ris enim gratia Galli uerimentis, pānis, & linteis curiosē interponūt. Apud Germanos tamē eius herbae nulla est gratia, quōd illis hactenus ignota fuerit.

## TEMPERAMENTVM.

Calidā & siccā esse Botryn amaritudo eius quae gustui occurrit, faciliē monstrat. Atē vis eius incidendi, quae illi propter calorem, tenuitatemq; inest.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

In uino pota orthopnoeas lenit.

## EX PAVLO.

Planta est admodū odorata, quae cum uino pota non nisi recta ceruice spirantibus auxiliatur.

## EX PLINIO.

Medetur orthopnoicis.

## DE BARBA CAPRI. CAP. LXV.

NOMINA. ~~Gryknburt~~

**Q**uo nomine veteribus Græcis et Latinis hæc herba non est herba uocata sit, nobis nondum compertum est. Neque enim Pycnocomon est, quōd Pycnocomon. Quare Barbam caprinam interea donec certius nomen nacti Barba capri fuerimus, nūcupabimus, à florum nimirum figura, pri cur di- que caprinum barbam referre uidetur. Germanicè Vuald geizbart, vt eam segregaremus ab altera eiusdem nominis, quae non in syluis, vt hæc ipsa, nascitur,

PLANTARVM HISTORIAE

*nasctur, sed in pratis & senticetis, appellare nobis placuit.*

FORMA.

*Caulem habet tricubitalē, angulosum, folia Castaneæ aut Corylo similia, in ambitu serrata, flores candidos, exiguos, racematim cōpactos, instar barbæ canē dependentes, radicem nigram, lignosam, intus candidam. Flores eius in iulos abeunt.*

LOCVS.

*Prouenit in obscuris syluis, & vallibus nonnunquam minus apricis.*

TEMPVS.

*Floret Iunio mense, ac subinde semen profert.*

TEMPERAMENTVM.

*Calidam & siccam esse hanc herbam facile ex gustu deprehenditur: miram enim amaritudinem, in radice potissimum, gustata exhibet.*

VIRE S.

*Abstergit haud dubiè expurgâtque, & que in venis est, crassitiem incidit. Quamobrem menses ducit, educendôque, ex thorace & pulmone, puri auxiliatur. Et in summa, siue crassa in eis pituita, siue pus, siue aliud quippiam continetur eius modi, expurgat. Hac utriusque ratione & morbo comitali cōpetit. Extrinsecus illita & imposta, tumores ex pituita ortos discutit.*

DE BLATTARIA. CAP. LXVI.

NOMINA. —

*— mottroruyt .*

NUM



**N**VM Græcis authoribus cognita hæc herba <sup>mutu' r' m' l'</sup>  
 fuerit, nondum compertum habeo. Plinius  
 certè libro xxij. cap. ix. Blattariam nominat. Inue- Blattaria  
 nit autem nomen hoc Latinum, à colligendis in se vnde di-  
 blattis. Ideoq; convenientissimo nomine Germanis Æta.  
 appellabitur Schabekraut (Gallicè Herbe ver-  
 mineuse semblable à Boillon blanc.)

## FORMA.

Plinius loco iã citato Blattariã sic pingit: Blattaria est similis Verbasco herba, que sæpe fallit pro ea capta foliis minus cãdidis, cauliculis pluribus, flore luteo. Ex qua pictura satis constat, herbã cuius picturã damus esse Blattariã: sic enim Verbascum mentitur, ut pro eo sæpius ab imperitis decerpatur. Et sunt nõ pauci herbarij, qui hac similitudine decepti, eã inter Verbasci genera commenerent. Folia tamẽ, quæ minimè sunt hirsuta & candida, sed potius viridia, facilè ab hoc errore paulò attentiores reuocare possunt. Plures deniq; cauliculos habet, flores item luteos, ad Verbasci flores proximè accedètes. Folliculos quoq; lini instar, in quibus semen cõtinetur.

## LOCVS.

Nascitur iuxta aquas, & fluminum ripas.

## TEMPVS.

Floret Iunio & Iulio mensibus.

## TEMPERAMENTVM.

Vehemens amaritudo eius satis docet esse calidam & siccam.

PLANTARVM HISTORIAE

VIRES. EX PLINIO.

Hæc abiecta blattas in se contrahit, ideoq; Roma Blattariam vocant.

APPENDIX.

Non plura de huius herbæ facultatibus apud probatos autores inuenio, sed haud dubiè si quis ea uti voluerit, eadem quæ alia amara, in corpore nostro efficere potest. Quæ qualia sint, ex capite præcedente faciliè intelliges.

DE BROMO. CAP. LXVII.

NOMINA. *Græcæ*

**B**ρῶμος Græcè, Avena latinis ac Officinis, Germanis Habern (Gallicè Auoyne) dicitur.

FORMA.

Foliis & culmo Tritico similis, geniculis intersecto. In summo verò fructum habet veluti locustas duplici crure diuicatas, in quo semen includitur. Radicem copiosam.

LOCVS.

Pæssim in Germaniæ agris nascitur, ac iumentorum potius quàm hominum pabulum existit.

TEMPVS.

Seritur Martio mense, metitur autem Augusto.

TEMPERAMENTVM.

Avena vt medicamentum refrigerat, Galeno auctore: vt alimentum verò, eodem teste, calefacit sufficienter. Vtroque verò modo exiccat.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Semen

Semen eius haud secus quàm hordeum ad cataplasmata utile. Plus etiam ex ea fit cohibenda aluo accommodata. Succus eius in sorbitione acceptus, tussientibus prodest.

## EX GALENO.

Avena ut medicamentum similem hordeo vim obtinet. Nam illitum desiccatur, & digerit mediocriter, & sine morfu. Non nihil etiam adstrictionis obtinet, ut ventris profluvia iuuet.

## EX PLINIO.

Semen utile ad cataplasmata atque hordeum & similia. Prodest tussientibus succus. Avenae farina in aceto tollit naevos.

## DE VVA CRISPA. CAP. LXVIII.

NOMINA. *sthebecki*

Veteribusne Graecis & Latinis frutex ille cognitus fuerit, me ignorare adhuc ingenuè fateor. Quare cum nomen aliud quo hunc appellaremus in promptu non esset, vulgarem & qua omnes hodie herbarij utuntur nomenclaturam usurpare volumus. Vvam autem crispam fruticem hunc Vva crispa cur di dixerunt ab intortis ferèque in circulum versis (crispa alij vocant) foliis, & acinis quos producit. Quo Ela. etiam respicientes Germani nostri, Krußbeer, oder Kruselbeer vocant. Latinius fortè vva intorta nuncuparetur.

## FORMA.

Frutex est ramulis multis, aculeatus, rectoq; spinarum

PLANTARVM HISTORIAE

narum mucrone horridus, foliis intortis ac circinatae rotunditatis, Apud modo dissectis, flore ex herbis do purpurascens, acinis candicantibus, & splendentibus, primum acerbis, à maturitate dulcibus. Ex iis abundè constare putamus, fruticè hunc cuius picturam exhibemus, non esse primam, vt nonnulli arbitrantur, Rhamni speciem. Nam etsi cetera respondeant, tamen folia quæ rotunda & minime oblonga sunt, vt Rhamni, repugnare manifestè videntur. Posset tamen citra aliquod vitæ discrimen Rhamni generibus annumerari, quòd scilicet viribus illi similis admodum sit, quas etià illi suo loco adscribemus.

LOCVS.

In frutetis & sepibus nascitur, non tamè passim. Nusquam autem copiosius quàm Tubingæ luxuriat, vbi circa omnes ferè sepes sese profundit.

TEMPVS.

Veris statim initio frutex ille pubet, primùm hoc tempore folia, dein flores, ac non diu post acinos seu baccas acerbitate gratas profert.

TEMPERAMENTVM.

Haud dubiè idem quod Rhamnus temperamentum obtinet. Vt enim hic adstringit & refrigerat, sic etiam illa. Refrigerat autem in primo còpleto, aut secundo incipiente, desiccatur verò in secundo.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Folia ignibus sacris & herpetis illita auxiliatur.

Fertur

Fertur & ramos eius foribus & fenestris appositos veneficiorum arcere maleficia. E quibus Dioscoridis verbis satis liquet, Vuam intortam non hoc tantum nomine sepibus apponi ut easdem muniat, atque ad eò alienorum ingressum prohibeat, verum etiã ut veneficia ab hortis propulset. Ut hinc quoque colligere liceat, eiusdem cum Rhamno esse facultatis.

## EX GALENO.

Herpetes sanat, & erysipelata non magnopere calida. Porro ad hæc teneris vtendum est foliis.

## DE BALSAMINE. CAP. LXIX.

Balsamine est in hortis religiosorum S. Germani frequens, Gallus Merucile à mirandis eius effectis, quæ in momordica scribit Pandectarius in fine,

NOMINA. *Causam vocat*

**Q**uo nomine veteribus tum Græcis cū Latinis appellata sint hæc plantæ, me ignorare ingenuè fateor. Puto autem illis planè fuisse incognitas, quòd de iis ne verbum quidem apud eosdè scriptum inueniatur. Hodie Balsamines nomine vocant. Causam indicabimus paulò post. Germani ad Latinam nomenclationem alludentes, Balsamkraut, haud (arbitror) ineptè appellabunt.

## G E N E R A.

Duo Balsamines genera damus. Primã, quã nos Prima certioris discriminis gratia marè fecimus, Ligures Balsamines  
o Padani ne.

PLANTARVM HISTORIAE

Hierosoly Padani Balsaminam vocant, Hierosolymitanū po-  
 mitanum mum Hetruria, Mirabile Gallia, vulgus Italorum  
 pomum. Charantiam, quoniam septi modo in hortis fene-  
 Charan- strisq; per cancellos opere topiario facile digeratur.  
 tia. Alteram, quam feminam nominauimus, Itali neu-  
 Altera tro genere Balsaminum appellant, priori quidem  
 Balsamie. quod ad fructū attinet similis, nisi quod minor est,  
 Balsami- in aliis dissimilis: neque enim foliis, neq; etiam flo-  
 num. ribus respondet. Vtraque planta visu pulcherrima  
 est, vt hoc saltē nomine pingi meruerint. Et si præ-  
 stet etiam harum habere picturas, vt de iis plura  
 inuestigandi posteris occasio aliqua sit.

FORMA.

Primæ. Prima tenuibus prælongisq; flagellis vltro citro-  
 que reptatibus cuagatur, foliis Vitis alba seu Bryoz-  
 niæ, articulatiorebus, exilibus pampinis ex alarum  
 sinu prodeuntibus quibus illigantes sese cancellatim  
 vicinis implicant pergulis: flore cucumeris ex albo  
 in luteum languescente, turbinato vtrinque fructo,  
 carnosa cute, & per versus verrucosa, ac rigidiori-  
 bus bullis intumescente, cucumeris syluestris pusilli  
 li similitudine, puniceus maturo color, chartilago  
 intus punicea vel lutea, sanguineusque succus. Poe-  
 mum maturitate dissilit, inanitisq; confracto pae-  
 tet, semina intus pomi formam referentia continēs.  
 Alterius Altera caulem habet crassissimū, Portulacæ assi-  
 milem, in herbaceo colore rubescentem, Folia Salic-  
 cis, in ambitu incisiss, flores magnos, purpureos, in-  
 star



Star *Consolidæ* hodie regalis vocata herbæ caudatos fructum priori non dissimilem, primo herbaccū, dem pallidum luteūmve, pilosum, qui maturitate disilit, inanitāsque con fracto apparet, semina intus aliquot lenticulæ ferè figura continentem.

## LOCVS.

Non nisi satæ in Germania proueniunt. Sed iam in multorum hortis plantatæ nascuntur.

## TEMPVS.

Floribus & fructibus prægnantes sunt Augusto & Septembri mensibus.

## TEMPERAMENTVM.

Idem quod *Telephium* temperamentum, potissimum alteram, obtinere arbitror. Quare in secundo ordine intenso, aut certè principio tertij exiccare, nec insigniter calefacere, primo nimirum ordine, est verisimile.

## VIRE S.

Ex primi generis Balsamines seminibus oleū exo primitur, ad vulnera, quod in Corollario suo annotauit doctissimus Hermolaus, præcipuum. Nonnulli pomum olco prius imbutum aliquot dies insolant, deinde vel simo, vel terra tantisper obruunt, dum prorsus intabuere, sic Balsami vires glutinadīs vulneribus adsciscere pollicentur, inde tractum Balsaminiæ vocabulū. Quid multa? in vulneribus sanandis *Telephio* non inferiores esse conicio, hincq; Balsamines appellatas. Nos tamen de iis peculiarem

PLANTARVM HISTORIAE

experientiam nullam habemus. Paterunt itaque  
alij, si lubet, earundem virium facere periculum.  
DE GLYCYRRHIZA. CAP. LXX.

Glycyrrhiza Gallis partibus transpositis  
Rhiza glyceia, Riglice.

NOMINA. *Suzthans*

Liquiritia. **Γ**λυκύριζα Græcis, Dulcis radix Latinis, Li-  
quiritia officinis, Germanis Suztholz (Gul-  
licè Erculiff-, ou rigolisse) dicitur. Nomē tum  
Glycyrrhiza apud Græcos, tum etiam Latinos à dulcedine, qua  
de dicta. vt dici debeat. Theophrastus nono de plantarum  
Scythica historia libro, Scythicam nominauit radicē, quod  
radix. in Scythia circa Meotim paludem plurimum pro-  
ueniat. Sunt etiam qui ἄδιφοϋ vocitent, quod sit  
tim retenta in ore arceat.

FORMA.

Breuis frutex est, ramos binūm cubitorum alti-  
tudine spargens, in quibus folia densa, Lentisco si-  
milia, pinguis, tactuq; glutinosa, Florem fert Hya-  
cintho similem. Fructum pilularum Platani ma-  
gnitudine, asperiores tamen, siliquas Lentis modo  
rubescens, breuesq; habentem. Radices illi sunt  
longæ, colore buxæ vt Gentianæ, subacerbæ, sed  
dulces, quæ Licij modo in succum coguntur & den-  
santur. Hæc delineatio ita Liquiritiæ hodie voca-  
te quadrat, vt nulla penitus sit nota quæ in illa nō  
reperiatur. Eruticosa enim est, ramos, bicubitales e-  
mittens,

mittens, foliis lentiscinis, densis, pinguibus, tactuq;  
sequaci lentore glutinosi. Flore Hyacinthi, fructu  
pularum Platani crassamento, sed asperiore, fili-  
quas Lentis figura, & breues habente. Radicibus  
prælongis, buxco colore, & dulcibus.

## LOCVS.

Plurima & optima in Capadocia ac Pontona = Pabenber  
scitur. Multa præterea nec ignaua aliquot Germa gensis a-  
niæ nostræ locis, Pabëbergësi præsertim agro, IOA = ger Gly-  
CHIMI nostri Camerarij viri doctissimi patria, cyrrhiza  
producitur. Et hodie nusquã ferè non scitur in hor sæcū dus-  
tis. His quæ semel comprehenderit, tam pertinaci Ioach. Ca  
fertilitate coheret, vt vix vnquã possit radicitus merarius.  
extirpari, tam restibili sæcunditate regerminat.

## TEMPVS.

Carpitur Septëbre mense, quando semine præ-  
gnans est, aut vergiliarum occasu. Flores suos Iu-  
lio mense profert.

## TEMPERAMENTVM.

Natura eius nostræ temperaturæ familiaris est:  
nam tale monstratum est esse id quod dulce est. Sed  
quum adstrictio quædam adiuncta sit, vniuersum  
eius temperamentum quantum ex caliditate &  
adstrictione est, tepidæ potissimum caliditatis fue-  
rit, quam proxime ad symmetricum temperatū ve-  
accedens. Porrò quum etiam dulcis sit, humida  
quoque sit oportet.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

PLANTARVM HISTORIAE

Succus radice ad arteriæ exasperationes utilis est. Oportet autē vt lingue subditus eliquescat. Ardori stomachi, & ad iecinoris thoracisque vitia prodest. Vesicæ scabiem, & renum vitia cum passo potus emendat. Idem eliquatus sitim restinguit. Vulneribus prodest circumlitus. Cōmāducatus stomacho succurrit. Radicum recētium decoctum ad eadem conuenit. Radix verò sicca in puluerem trita, pterygiis commodissimè inspargitur.

EX GALENO.

Huius fruticis radicū succus in primis utilis est, similiter vt eius radices dulcis, simulq; modicè adstringens. Proinde asperitates lenire potest, nō solum in arteria, verumetiam scabra vesica, idq; temperaturæ mediocritate. Quoniā autem temperie quorūque humidum est quod modicè dulcè est, iure sanè sitim arcens medicamentum est, nimirum modicè humidum, simul & natura humana frigidius. Refert Dioscorides, radicem siccam ad leuorem redactam, pterygiorum illitu idoneum esse remedium.

EX THEOPHRASTO.

Dulcis & Scythica radix utilis ad suspiria, & tuſim siccam, atque in totum thoracis laborantis medicamēto commoda redditur. Quin & ex melle vlceribus mederi potest. Sitim quoque exstinguit, si teneatur in ore. Qua de causa tum ea, tum Hippocrate, Scythas decem & duodecim dies degere, & vitam prorogare affirmant.

## EX PLINIO.

Radiciſ uſus in ſubditis decocta ad tertias, cæ-  
 tero ad mellis craſſitudinem, aliquando & tuſa. E  
 quo genere & vulneribus imponitur, & faucium  
 vitis omnibus. Itē uoci utiliſſimo ſucco, ſicut ſpiſ-  
 ſatus eſt lingue ſubdito: itē thoraci & iccinori. In  
 ore habētes ſitim non ſentiūt: ob id quidā Adipſon Adipſon-  
 appellauerūt eam, & hydropicis dedere ne ſitirēt.  
 Nō parum auxilii confert iis qui perpetua ſiti ex-  
 cruciantur: ideo commanducata & ſtomatice eſt,  
 & ulceribus oris inſpergitur, ſæpe & pterygiis. Sa-  
 nat veſicæ ſcabiem, renum dolores, condylomata, vl-  
 cera genitaliū. Dedere eam quidam potui in quar-  
 tans drachmarum duarum pondere, & pipere, he-  
 mina aque. Commanducata ſanguinem ſiſtit ex  
 vulnere. Sunt qui & calculos ea pelli tradiderunt.

## DE GALEOPSI. CAP. LXXI.

Galeopſis tibi pingitur noſtra cataria.

NOMINA. *Scrophularia*

Γαλιόψις, ἢ γαλεόψιδον Græcè: Galeopſis,  
 Vrtica labeo Latine, vulgò & officinis Scro- Scrophu-  
 phularia maior, Ficaria, Millemorbis & Caſtran- larvia ma-  
 gula dicitur. Germanicè Kraunuuriz, Sauurtz ior.  
 groſz feiguuart Zenkrant. Appoſitè autem Ga Galeopſis  
 leopſis appellatur, nomine ex græco & latino cōpo- cur dicta.  
 ſito, quod eius flores proſuſ galeæ aſpectū referāt.  
 Aut ſi græcis cum latinis componi haud poſſunt,  
 γαλιόψις cum ἢ & nō ἰ, ut habent multa exēpla-

PLANTARVM HISTORIAE

ria, scribendum erit, vt idem valeat ac mustela ad spectum referens: flores enim non dissimiles esse capiti illius animalis videntur. Et ita legendum esse Plinius etiam testatur, qui Galeopsin hanc nominat herbam. Scrophulariam autem à curâdis strumis, quas scrophulas vocant recentiores, dixerunt.

FORMA.

Totus cum suo caule & foliis frutex Vrticæ similis est, leuiora tamen habet folia, & cum tenuitur grauius odorata. Flores illi tenues, & purpurascens. Huius delineationis nota in vniuersum omnes, nulla prorsus reclamante, herbæ quam vulgus Scrophulariam maiorem nominat, conueniunt. Frutex enim est qui ad humani corporis ferè longitudinem interdum assurgit, foliaq; Vrticæ habet, sed leuiora, & quæ trita grauem fundunt odorem. Flores tenues, atque purpurascens. Respondet etiã locus natalis, vt ex sequentibus patebit. Esse autè veterum Galeopsin vulgi Scrophulariam maiorem, præter ea quæ iam diximus, manuscriptus quoque codex euidenter ostendit, in quo pictura ita Scrophulariã refert, vt nemo sit qui eam non agnoscat. Huc accedit quòd in descriptione, quam ex Dioscoride desumpsit, aperte testatur Scrophulariam maiorem alio nomine dictam esse Galeopsin & Galeobolon. Neque facultates discrepant, sed vtrâque similes sunt, adeò vt hand dubiè veterum Galeopsis, recentiorum herbariorum sit Scrophularia maior.



maior.

## LOCVS.

Nascitur circa sepes, semitasq; & in arcibus edificiorum passim. **TEMPVS.**

Colligitur Iunio & Iulio mensibus, tum enim potissimum floret.

**TEMPERAMENTVM.**

Desiccatur, extenuatur, & discutitur, adeoq; partium est tenuium, id quod amaritudo quæ in gustu præ se fert, satis indicat.

**VIRES. EX DIOSCORIDE.**

Folia, succus, caulis & semen, duritias, carcinomata, strumas, parotidas & panos dissipant. Oportet autem bidie cum aceto tepidum cataplasma imponere. Fouentur & decocto eius utiliter. Ad nomas, gangrenas, & putrescentia cum sale illita profunt. **EX PAULO.**

Galeopsis, quam alii Galeobdolon appellant, vetricæ similis herba est, maiorem tamen leuorem habet, & odorem grauem. Scirrhosos tumores dissipat & emollit. Itæ ad nomas cataplasmatibus modo illita confert. **EX PLINIO.**

Galeopsis folia caulesq; duritias & carcinomata sanant ex aceto trita & imposita. Item strumas, panos & parotidas discutunt. Ex usu est & decocto succo fouere. Putrescētia quoq; & gāgrenas sanāt.

**APPENDIX.**

Recentiores etiam Scrophulariæ tribuunt facultatem sanandi vlcera putrescētia, & mariscas. Succum

PLANTARVM HISTORIAE

cum eius mederi deformitati faciei iam ferè elephantica tradit, vt inde satis constet à Galeopsi nò diuersam esse. Semen in expellendis & enecandis lumbricis esse efficax adiiciunt, id quod ab eius asmaritudine non abhorret.

DE GALLIO. CAP. lxxii.

Gallium à florum pallidorum & odororù copia, florastre dicitur, aliis aspergula minor, quòd aspergilli formam habeat.

NOMINA.

ἀστὴρ ἡσπέρου  
6. 8. 10. 00

Gallion  
vnde dicitur  
ἐστὶν.

Γάλλιόν, ἢ γαλλίριον, ἢ γαλαότιον Græcis, Gallion Latinis. Officinis, vt multæ aliæ optima herbae, neglecta et incognita est. Germanis Vnser liebè frauuen Vueg. oder Vual, oder betstro (Gallicè Petit muguet) dicitur. Nomen inuenit ex eo quod vim coagulandi, ac spissandi lactis habeat.

FORMA.

Ramulos rectos, & folia Aparinae similima habet. Florem in summo luteum, tenuem, frequèntem, valde odoratum. LOCVS.

Nascitur in aruis et humidis palustribusve locis.

TEMPVS.

Iunio & Iulio potissimum mensibus floret.

TEMPERAMENTVM.

Gallium siccum est & subacre.

VIRES EX DIOSCORIDE.

Flos eius ambustis illinitur, & sanguinis profusio cohibet. Idè cerato rosaceo miscetur, insolaturs  
que

que donec albescat, & sic lassitudines recreat. Ra-  
dix venerem stimulat.

EX GALENO.

Galliū inde adeò nomen sortitum est ssum, quòd  
lac coagulet. Facultatem obtinet exiccatoriam &  
subacrem. Flos eius sanguinis profluuiis competere  
videtur, & ambūstis mederi. Est autem boni or-  
doris, & coloris lutei.

DE GLECHONE. CAP. LXXIII.

Pulegiū in syluis & locis æditis luxuriat.

NOMINA. *Poley.*

Ἀήχων, ἢ βλήχων Græcè, Pulegiū Lati-  
nè vocatur, Officina latinū nomē retinet.

Germanicè Poley (Gallicè du Pouliot)

Blechon.

Blechona autem appellatur, quòd gustatum à pe-  
core cū floret, balatū concitet. Id quod Plin. li. xx.  
capite xiiij. autore, de sylvestri verè dicitur. Pule-  
gium verò, quòd eius flos recens incensus pulices  
interficiat.

GENERA.

Plinius & Apuleius duo Pulegiū faciunt genera,  
alterum feminam, alterum marem: nec alia ratio-  
ne differre scribunt, nisi quod mas cãdidū, femina  
verò purpureum florem habeat. Dioscorides Pule-  
gium masculum, quod satium alio nomine in Di-  
etamni descriptione vocat, duntaxat depingit.  
Sylvestre autem secundam Calaminthæ speciē fa-  
cit, quam latini propriè Nepetam nominant, vt  
suo loco dicemus.

Satiuum.

Pulegiū.

Sylvestre.

PLANTARVM HISTORIAE  
FORMA.

*Pulegium mas seu satium, cuius picturam datus, fruticosum assurgit, & ad cubiti altitudinem increfcit, maxime si sit quo sustentetur: foliis Sampfychi, furculis hirsutis, rubicantibus, & per intervalla purpureo flore orbiculatim coronatis.*

LOGVS.

*Prouenit locis cultis & aquosis: semelq; satium diutina durat ætate. TEMPVS.*

*Carpitur dum floribus prægnas est, id quod Iulio & Augusto mensibus accidit.*

TEMPERAMENTVM.

*Pulegium quum acre & subamarum sit, valde tum excalefacit, tum extenuat, ideoque in tertio ordine calidum & siccum esse statuunt.*

VIREs. EX DIOSCORIDE.

*Extenuat, calefacit, & concoquit. Potum menses, secundas, & fetus trahit. Cum melle & aloe potum, ea quæ circa pulmonem sunt, educit, & conuulsis auxiliatur. Nauseas stomachique morsus cum posca potum lenit. Atram bilem per alium educit. Cum vino potum venenatorum morsibus succurrit. Defectos animo cum aceto naribus obiectum recreat. Siccatum & in puluerem tritum crematumque gingiuas firmat. Illitum cum polenta inflammationes omnes mitigat. Podagris per se confert vsquedum rubescat cutis. Cum cerato varos tollit. Lienosis cum sale vtiliter illinitur. Decoctum*

eius pruriginēs si eo lauantur sedat. Inflationes, diarrhæas, & conuersiones vuluæ in defensionib. iuuat.

## EX GALENO.

Pulegium calefacere abundè magnum est testimoniū, quòd illitum rubrificat, & quòd, si quis diutius toleret, exulceret. Extenuare verò satis indicat quum humida, crassa & lenta ex thorace et pulmone excreatu facilia faciat, mensesq; moueat.

## EX PLINIO.

Magna societas cum Mentha, ad recreandos defectos animo, Pulegio cum surculis suis in ampullas vitreas aceti vtrisque deiectis. Qua de causa dignior è Pulegio corona vertigini quam è rosis, cui biculis nostris pronunciata est. Nam & capitis dolores imposta dicitur lenare. Quin & olfactu capita tueri contra frigorū æstusq; iniuriam, et à siti traditur: neque æstuarē eos qui duos è Pulegio surculos impositos auribus in sole habeant. Illinitur etiam in doloribus cum polenta & aceto. Nauseas cum sale & polenta in frigida aqua pota inhibet. Sic et pectoris ac ventris dolorem. Stomachi autē ex aqua item rossiones sistit, et vomitiones cum aceto et polenta. Intestinatorum vitia melle decocta & nitro sanat. Urinam pellit ex vino, et si aminæum sit, & calculos, et interiores omnes dolores, ex melle et aceto sedat. Menstrua & secundas, vuluas conuersas corrigit, defunctos partus eiicit. Comitiales bus in aceto cyathi mensura datur. Si aquæ insalubres

PLANTARVM HISTORIAE

bres bibendæ sunt, tritum inspergitur. Salsitudines corporis si cum vino tradatur minuit. Nervorū causa & in contractione, cum sale, aceto & melle confricatur opisthotono. Bibitur ad serpentium ictus decoctum. Ad scorpionum, in vino tritum, maxime quod in siccis nascitur. Ad oris exulcerationes, ad tussim efficax habetur. Flos recentis incēsus, pulices necat odore. Xenocrates Pulegii ramum lana inuolutum, in tertianis ante accessionem olfactandum dari, aut stragulis subiici, & ita collocari ægrum, inter remedia tradit.

EX SIMEONE SETHI.

Pulegiū attenuat & calfacit vehementer, quas propter humida & crassa in thorace, & in pulmone humida & glutinosa iuuat, & vt excreentur efficit. Cum vino albo coctum & potum, calidumque sincerū menses prouocat. Extrinsecus illitū ischiadicis, & aliis partibus frigore affectis auxiliatur.

DE GENTIANA. CAP. LXXIII.

Gentiana ex monte Iura huc cōuehitur.

NOMINA. *gētian*

ΕΥΤΙΩΝ, græcè Gētiana latinè appellatur.

¶ Nomen apud oēs officinas retinet. Germanicè Entzian, oder Bitterwurtz. (Galli

Gentiana cè Gētiane) nominatur. Sic à Gentio Illyriorū re vnde dicitur, qui in bello primus eius vires reperit, dicta est.

FORMA.

Folia Gentianæ iuxta radicē erumpunt iuglandi



ad aut Plantagini similia, subrubetia: sed quæ à medio caule, præsertim autem cacumine prodeunt, brevioribus incisuris secta sunt. Caulis illi inanis, levis, digiti crassitudine, binum cubitorum altitudine,geniculis intersectus, ex maioribus intervallis folia proferens. Flores eius lutei primum calycibus conclusi, postea intumescetes explicantur. Semen in calycibus obtinet latus, leve, glumosum, ad Spondilij semen accedens. Radicem mittit longam, similem Aristolochiæ longæ, crassam, & amaram.

## LOCVS.

Nascitur in altissimis montium cacuminibus, umbrosis locis & aquosis. Plurima verò & copiosissima sub Alpinis montibus in Illyrio, & in monte Farrenberg haud procul à Tubinga sito.

## TEMPVS.

Floret æstate, Iunio potissimum mense, dein Iulio semen producit.

## TEMPERAMENTVM.

Amaritudo immensa satis monstrat radicem eius esse calidam & siccam.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Gentianæ radix calefactoriam & adstringentem vim habet. Venenatorum morsibus succurrit duarum drachmarum pondere cum pipere, ruta & vino pota. Succo drachma, laterum doloribus, ex alto cadentibus, ruptis et convulsis opitulatur. Hepaticis, stomachicis pota cum aqua subuenit. Radix collyrii modo

PLANTARVM HISTORIAE

do subdita fetus eiicit. Vulneraria est, imposta vt  
 lycium, vulneribusq; sinuatim depascentibus, potissimum  
 succus, medetur. Oculis inflammatione labo-  
 rantibus illinitur. Pro meconio collyriis acribus mi-  
 scetur succus. Radix albos abstergit. Contusa ra-  
 dix diebus quinque aqua maceratur, postea in eadē  
 decoquitur, dū aquæ radices superstant emineant  
 ve; deinde vbi refrixerit aqua linteolo percollatur,  
 iterumque decoquitur, dum mellis crassitiem con-  
 trahat: demum in vase testaceo reconditur.

EX GALENO.

Radix Gentianæ herbe admodū efficax est quā  
 opus est extenuatiōe, purgatione, abstersione, obstru-  
 ctionis liberatione. Nec mirum si hæc possit, quum  
 impense amara sit. EX PLINIO.

Vsus in radice & succo. Radicis natura est ex-  
 calfacentia, sed prægnantibus non bibenda. Præci-  
 pue aduersus angues duabus drachmis cum pipere  
 & ruta, vini cyathis sex, siue viridis siue sicca pota  
 prodest. Tanta huic vis est, vt iumentis etiam non  
 sufficientibus modo, sed ilia quoque trahentibus auxi-  
 lietur pota. Stomachum corroborat ex aqua po-  
 ta. Farina eius ex aqua tepida fabæ magnitudine  
 pota, interaneorum vitis occurrit. Radix trita vel  
 decocta, à ruptis, conuulsis, et ex alto deiectis pos-  
 tatur. DE GLYCYSIDA. CAP. lxxv.

Pæonia mas & fœmina nobis frequens, so-  
 lam pingis fœminam.

NOMINA. *μαστβολεμεν: προμε:*

**F**ΛΟΥΡΙΔΙ, ἢ ὠλλοβία Græcis, Pæonia & Ca-  
sta herba Latinis dicitur. Nomen Pæonia in  
officinis seruat. Germanis Pæon (sz blum, Königz-  
blum Gichtuurtz, Benignenrosz, Venedil-  
chroiz, Benedictenrosz, Pfingstrosz. (Gallicè  
Pivoine) vocatur. Glycyfida porò dicta est quòd Glycyfida:  
grana mali punici acinis similia habere videatur. vnde di-  
Nā fida mali punici grana à Bæotis nominantur. Et a.  
Pæonia ab eius inuētore medicinae peritissimo, Pæo- Pæonia  
ne appellata est. cur dicta.

## G E N E R A.

Duo eius genera sunt, mas & femina. Mas in  
vulgaribus herbariis Niniueuurtz, femina ve-  
rò Peonienblum, aliisq; nominibus Germanicis  
paulò antè cōmemoratis nuncupatur. Idē, magno  
errore Pæoniam à Pionia differre putant, atq; adeo  
diuersis etiam capitibus, imò & viribus disiungūt.  
Ferèdus tamen is error esset, nisi vtrique etiam her Error her-  
bæ, hoc est, Pæoniæ & Pionia, duplex genus assi- bariorum.  
gnarent, marem nimirum & feminam, cū tamē  
sub vna Pæoniæ nomenclatura, vtrunq; genus Dio-  
scorides & alij veteres complexi sint.

## F O R M A.

Caulis duorum ferè dodrantum altitudine nasci-  
tur, multas propagines habens. Mas Inghlandi nuci  
folia similia obtinet: femina verò smyrnū modo di-  
uisa. Summo caule siliquas quasdam Amygdalis  
p. similes.

PLANTARVM HISTORIAE

similes profert, in quib. quum aperiuntur, grana rubra, multa, exigua, pumici mali acinis similia inueniuntur, in medio nigra, purpurea, quinque aut sex. Radix maris digiti crassitudine, dodratali vero longitudine, gustu adstringens, alba. Fecundae propagines sobolesve seu glandes septem aut octo, ut Asphodelus habet. Ex qua siquidem descriptione abunde liquet, Paeoniam quae passim in hortis nascitur, & cuius hinc picturam damus esse feminam, quod eius folia Smyrnam modo sint laciniata. & quod radix septem aut octo veluti glandibus constet. Reliquae nota, potissimum quod in siliquis grana alia rubentia, alia nigra sint, utriusque generi communes existunt.

LOCVS.

Nascitur in altissimis montibus, & passim hodie, femina potissimum in hortis provenit.

TEMPVS.

Maior floret mense.

TEMPERAMENTVM.

Paeonia radicem habet leuiter adstringentem cum quadam dulcedine. Si vero plusculum dentibus mandas, acrimoniam item quampiam subamarum subesse percipies, id quod in radice etiam nostratis Paeoniae, quam feminam esse diximus, deprehendes. Paeoniae vero in uniuersum temperamentum ternium est partium, exiccatorium, haud tamen insigniter calidum, sed aut symmetricum, aut paulo calidius.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Datur radix mulieribus à partu non purgatis. Cit menses Amygdalæ magnitudine pota. Ventris doloribus cum vino pota auxiliatur. Regio morbo correptis prodest, renum ac vesicæ doloribus. Decocta in vino & pota, aluū sistit. Seminis grana rubra decem aut duodecim pota in vino austero, nigro, rubentem fluxionem sistit. Stomachicis & erosionibus comesta profunt. A pueris pota et comesta, initia calculorum eximunt. Grana nigra nocturnis suppressionibus, ephialtas nominant, vuluæ strangulationibus, & uteri doloribus in aqua mulsæ aut vino quindecim pota, opitulantur.

## EX GALENO.

Radix Peonie menses cit ex mulsæ Amygdalæ quantitate pota. Sanè tondere eam oportet ac cribrare, & sic inspergere. Expurgat etiã iecur obstruendum & renes. Sed hæc efficere nata est quæ acris & subamara est, quæ verò quiddam etiam adstrictiorum obtinet, fluxiones ventris sistit. Oportet autem tunc in austeriorum vinorum quopiam eã decoctam bibere. Est omnino resiccatoria vehementer, ut nō desperauerim eam ex collo pueris suspensam, meritò comitalem morbum sanare. Equidem vidi puellum quandoque octo totis mensibus morbo comitali liberum, ex eo quo gestabat radicem tempore. Vbi autem forte fortuna quod à collo suspensum erat decidisset, protinus morbo

Historia.

p̄ ī correctus

PLANTARVM HISTORIAE

corruptus est: rursusq; suspensio in illius locum alio  
 inculpate postea se habuit. Visum verò est mihi sa-  
 tius esse denuò id certioris experiètia gratia detra-  
 here, id quum fecissem, ac puer iterum esset conuul-  
 sus, magnam ac recentem radiceis partem ex collo  
 eius suspendimus, ac deinceps prorsum sanus esse-  
 ctus est puer, nec postea conuulsus. Rationabile itaq;  
 que erat aut partes quaspiam à radice defluentes,  
 ac deinde per inspirationem attractas, ita affectos  
 locos curare, aut aerem à radice assidue mutari &  
 alterari. Nam hoc pacto succus Cyrenaicus colu-  
 mellam phlegmone affectam iuuat, & Nigella fris-  
 eta pulam distillationes & grauedines desiccant, si  
 quis eam in calidum linteum rarum liget, assidue  
 que calore ex ea per inspirationem que per nares  
 fit, attrahat. Quinetiam si compluribus linis, ma-  
 ximè marine purpure, collo viperæ inieceris, illis  
 viperam præfocaueris, eaque postea cuiuspiam collo  
 obuinxeris, mirifice profuerit tum tonsillis, tum or-  
 nibus iis que in collo expullulant.

EX PLINIO.

Peonia medetur Faunorum in quiete ludibriis.  
 Rubra grana rubentes menses sistunt quindecim se-  
 re pota in vino nigro. Nigra granavuluis medetur,  
 ex passo aut vino totidem pota. Radix omnes ven-  
 tris dolores sedat in vino, aluumque purgat. Sanat  
 opisthotonum, morbum regium, renes, vesicam. Ma-  
 tricem autè et stomachum decocta in vino, aluumque  
 sistit.



festit. Estur etiam contra malum mentis, sed in me-  
dēdo quatuor drachmæ satis sunt. Grana nigra au-  
xiliantur & suppressionibus nocturnis in vino pes-  
ta quo dictum est numero. Stomacho verò & ero-  
sionibus, et esse ea et illinire prodest. Suppurationes  
quoque discutiuntur recentes nigro semine, veteres  
rubro. Vtrunque auxiliatur à serpente percussis, et  
pueris contra calculos incipiente stranguria.

## DE GERANIO. CAP. LXXVI.

Gerania omnia hîc frequentia.

NOMINA. *Geranium* *Rostrum*

**G**eranium Græcè, Geranium Latine, vulgò & Rostrum  
herbariis Rostrum ciconiæ appellatur. Geranium  
autem à gruini capitis imagine, quæ summo Geraniū  
cuius plantæ capitulo inest, Græcis aptissima simi unde di-  
litudine dictum est. Sic recentioribus à ciconiæ ctum.  
rostri effigie, Rostrum ciconiæ nominatum est.

## G E N E R A.

Duo Geranij Dioscorides tradit genera. Primum Primum  
quod longioribus rostris, & in mucronem acumina *genus. op. acif*  
tis constat. Hoc hodie officinis & herbariis Acus *virt.*  
pastoris & Muscata, Germanis verò Storcken-  
schnabel dicitur. Alterum quod malua folia ha- *Secundū. Anna?*  
bet, Pes columbinus vulgò nominatur. Sūt qui tur- *voct*  
piter aberrantes, Amomum esse existimant. Ger- *Amomū*  
manicè Taubenfusz, oder Schartenkraut ap- *non est Pes*  
pellatur. Præter hæc duo alia adiecimus genera, colūbinus.  
inter quæ id quòd tertium ordine est, foliis Arce- *Tertium.*

PLANTARVM HISTORIAE

Robertia herba Roberti & Robertiana à nonnullis, haud du-  
 na, <sup>re mpt</sup> <sup>re mpt</sup> biè à superstitione aliqua Diui, qua superior et ad-  
 mirificè imbuta fuit, appellatur, Germanicè Ru-  
 prechtkraut.

<sup>Quartū</sup>  
<sup>Quartū</sup> <sup>Quartū</sup> folia obtinēs laciniata,  
 Germanicè p certiori discrimine Kranich halz  
 vocari potest. <sup>Quintū</sup> <sup>Quintū</sup>, quod folia Ranunculi  
 habet, gratia dei nominatur, Germanicè Gottes  
 guad, ab insigni in sanādis vulnerib. effectu. Sex-  
 tum, quod forma quarto generi similitimum est, nec  
 ferè ab illo nisi sola magnitudine foliorum, florum  
 & radice distat, Germanicè Blutuurtz, à rubro co-  
 lore aut mirifica in sistendo sanguinis profusio fac-  
 cultate vocatur.

FORMA.

Primi. Geranium primū caules habet à radice rubētes,  
 lanuginosos, folia Anemones, diuisuris incisa, flores  
 purpureos, & in cacumine caulium fastigia capie-  
 tulus ciconiae aut gruū cum rostellis longitudine  
 acus emicantia. Radicem oblongam & subrotundā  
 dulcemq;.

Secundi. Alterum vt præcedens caules tenues,  
 rubētes à radice statim, lanuginososq; obtinet, folia  
 maluae similia, candidiora, flosculos subpurpureos,  
 capitella gruini capitis modo rostrata, radicē tenuē  
 & oblongam.

Tertij. Tertium caules habet à radice ru-  
 bescentes, lanuginosos, geniculatos, saporis & odo-  
 ris inuicundi, folia Chærephyllo aut Artemisia tenui-  
 folia similia, flores purpureos, capitella gruini  
 capitis modo rostrata, radicem intus viridem, &  
 adstrin-

adstringentē. Quartum cauliculos itidem vt re- Quarti.  
 liqua rubentē, lanuginosum, folia laciniata admo-  
 dum, flores purpureos, ex quibus capitella gruini ca-  
 pitis instar rostrata, & in iis semina quinque na-  
 scuntur: radicem intus candidam, extra sublucā.

Quintum reliqua omnia magnitudine excedit, Quinti.  
 caules emittit oblongos, rotundos, modicē lanu-  
 ginosos, à radice statim rubentes, folia Ranunculo simi-  
 lia, flores ferè caruleos, capitella precedenti Gera-  
 nio similia, radicem crassam & longam, multis  
 exiguis radiculis veluti capillamentis quibusdam  
 fibratam. Sextū ramos habet tenues, lanuginosos, Sexti.

folia laciniata, tenuia, flores in summo purpureos  
 ex quibus, vt in quarto, capitella gruini capitis for-  
 mam referentia proueniunt. Radicem extrā & in-  
 tus rufam.

## LOCVS.

Omnia Geranij genera in incultis proueniūt. Pri-  
 mum passim in campestribus, & nonnunquā inter  
 segetes nascitur. Alterum in colliculis. Tertium in  
 vmbrosis locis & dumetis. Quartum in agrorum li-  
 mitibus, & iuxta sepes. Quintum in pratis. Sextū  
 in locis montosis & saxosis.

## TEMPVS.

Primum statim inter initia veris Aprili mēse flo-  
 res suos ostendit, & subinde per integram æstatem.  
 Alterum, tertium, & quartum, Maio mense florēt.  
 Quintum Iunio & Iulio mensibus, quemadmodum  
 etiam sextum.

PLANTARVM HISTORIAE  
TEMPERAMENTVM.

Omniū folia & radices, primo excepto, cuius  
radix dulcis est quodāmodo, atque adeò discutien-  
di vi prædita, adstringunt ac siccant.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Radix Geraniū primi in vino drachmæ pondere  
pota, vteri inflationes discutit. Secundum nullis hæ-  
bet in medicina vsum.

EX PAVLO.

Geranium quod foliis respōdet Anemones, radi-  
cem habet esculentam, quæ cum vino drachmæ v-  
nius pondere sumpta, vteri inflationes dissoluit. Al-  
tera Geraniū species in re medica inutilis est.

EX PLINIO.

Primæ Geraniū speciei radix, resicientibus se ab  
imbecillitate vtilissima. Bibitur contra phthisin  
drachma in vini cyathis trib. bis die. Itē contra in-  
flationes, quæ & cruda idē præstat. Succus radice  
auribus medetur. Opisthotonicis semen drachmis  
quatuor cum pipere & myrrhapotum.

APPENDIX.

Etsi secundū Geraniū genus à Dioscoride aliisq;  
nonnullis, tanquā nullius in medicina vsus damna-  
tum sit, tamen posterior ætas quotidiana experien-  
tia in sanandis vulneribus & fistulis, eius ac reli-  
quorum etiam mirum esse effectum comperit: pro-  
inde eas herbas his ipsis in potu mirifice conferre  
tradunt. Et certè nō mirum est earūdem vires olim  
fuisse

fuisse ignoratas, cum & aliarum multarum plantarum facu leates, quas constat esse hodie notissimas, veteribus fuisse incognitas, notius sit quam ut demonstrari debeat. Antiquus quoque herbarius, predictorum Geraniorum folia magnam vim obtinere in glutinandis vulneribus, & articularum doloribus leniendis tradit. Primi autem radicem mouendi urinam facultatem habere ait, ideoque calculosis, stranguria & difficultati urine prodesse. Tertium genus ad oris, mammillarum, pudendorumque ulcera sananda vnicè conducit. Reliqua similiter ad glutinanda ulcera mirificè prosunt. Nullum verò ad sanguinem vndecunque emanantem compescendum præstātius sexto est: vnde etiam Germani, ut comprehensum est, Blutwurtz hoc est, sanguinariã radicem appellare voluerunt.

## DE GONGYLE. CAP. LXXVII.

Rapum satiuum Auberuillianum Parisiis commendant radice tuberosa multum & terra extate. Rapum syluestre nobis cum Dioscoride Rapontium dicitur.

NOMINA. *rapum*

**Γ**ογγύλη ἢ γογγυλὶς Græcis, Rapum Latinis Gongyle & Officinis, germanis Ruben (Gallicè Na<sup>o</sup> quare di<sup>o</sup> ueau rōd) appellatur. Græci autem à figura eius, ἑτα<sup>o</sup> quæ plerunque rotunda esse solet, vocabulū detors<sup>o</sup> serunt. Nanque quòd in rotunditatem coactum est, vel in orbem circumagitur, γογγύλιον dixerunt. γογγύ<sup>o</sup>  
Rapa Ἰσ<sup>o</sup>.

PLANTARVM HISTORIAE

Rapa vn<sup>a</sup> de. Rapa verò, quòd ex terra rure, quasi ruapa, Varone teste nominata est.

GENERA.

Rapi duo sunt genera. Vnum satium, quod simpliciter Germani Ruben vocant. Estq; id iterum duum generum. Vnum candidum, quod Germani etiam Vueiruben vocant: & alterum rubrum, Rot ruben iidem appellant. Alterum sylvestre, quod vulgus Rapunculum, quasi paruum rapum, Germani Rapuntzeln nominant.

FORMA.

Rapum satium caule & foliis raphano simile est: floribus verò & siliquis, in quibus semen profert, Napis aut Brassicis. Sylvestre frutex est cubitali altitudine, ramosum, in summo leue, folia nimirum leuia habens digitali latitudine, aut maiora. Semen in calyculatis fert siliquis: dehiscentibus verò seminum inuolucris, alia intus capitum specie est siliqua, & qua semina parua nigra sunt, sed quae fracta intus albicent. Flos eius in purpureum vergit colore. Radix digitalis ferè est. Quae delineatio prorsus alludit ad hanc herbam quam vulgus Rapunculum nominat: siquidem cubitalis est, fruticosa, ramosa, folio digitali, nigro in siliquis semine, quod cum frangitur album intus apparet. Flos etiã purpurei coloris est, radixq; digiti magna ex parte magnitudine constat.

LOCVS.

Satium



Satiuum solum putre & solutum desiderat. Syluestre in aruis nascitur passim.

## TEMPVS.

Satiuum rapum floret estate, ac siliquatur subinde. Syluestre autem verno quidem tempore priusquam in caulem attollitur, acetariis frequenter inseri solet, erutum radicitus cum foliis suis iam recens enatis, quo sanè tempore à pueris etiam agnoscitur. Deinceps verò exit in caule & adolescit, ac Iunio mense flores, ac subinde semina profert.

## TEMPERAMENTVM.

Rapa calida sunt in secundo ordine, & humida in primo.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Satiui rapæ elixa radix nutrit, inflat, carnem flaccidam generat, venere[m] stimulat. Decocto eius podagræ ac perniones fountur. Ipsa etiam radix trita illita prodest. Si verò quispiam in excava ta radice rosaceum ceratum feruenti cinere liquefecerit, exulceratis pernionibus proficiet. Asparagi eius decocti eduntur cienda vrinæ accommodi. Semen in antidota & theriaca, præsertim quæ dolores mitigare possunt, aptè additur. Potum venenis aduersatur. Venerè concitat. Muria conditum, comestum minus nutrit, sed appetentiam excitat. Syluestre rapum miscetur medicamentis quæ ad detergendam faciem reliquumq; corpus, ex lupinorum, aut tritici, aut lolii, aut erui farina conficiuntur.

EX

PLANTARVM HISTORIAE  
EX GALENO.

Rapi semen venerem excitat, utpote spiritum flatu-  
tuosum procreans. Sic & radix concoctu difficilis  
est, inflatque & semen generat. Succus ex ea in  
corpus digestus, temperato crassior est: ideoque si  
quis ultra modum esitauerit, & maximè si per se  
Etè conficere eam nequeat, crudum succum in venis  
congeret. Ad alui deiectionem nec conferre quic-  
quam, nec offigere dixeris, potissimum quando be-  
ne fuerit percocta, ut quae longam elixationem re-  
quirat, optimaq; sit bis decoctionem perpeffa. Sin  
crudior ingeratur, concoctioni pertinacius resistet,  
pariet inflationes, & stomachum infestabit, non  
nunquam etiam mordere illum non verebitur.

EX PLINIO.

Rapo vis medica inest. Perniones feruens impos-  
situm sanat. Item frigus pellit è pedibus aqua de-  
coctum. Et ius feruens podagris etiam frigidis me-  
detur. Et crudum tusum cum sale cuiusque vitio  
pedum. Semen illitum & potum in vino, cõtra ser-  
pentes & toxica salutare esse proditur. A multis ve-  
rò antidoti vim habere in vino & oleo. Democri-  
tus in totum ipsum abdicauit in cibis propter infla-  
tiones. Diocles magnis laudibus extulit, etiam ve-  
nerè stimulari ab eo professus. Item Dionysius: ma-  
gisq; si eruca condiretur. Tosta quoque articulorum  
dolori cum adipe prodest. Sylvestri ad leuigandam  
albicandamve cutem in facie totòque corpore, uti-  
tur

tur mixta, vrina pari mensura. Eius succus circa messem exceptus, oculos purgat, medetur caligini admixto lacte mulierum.

## EX SIMEONE SETHI.

Admodum nutriunt rapa, vrinam ciunt, inflāt, genitale semen gignunt, fauces leniunt atque thora-  
racem. Crebrior illorum vsus crassum humorē gene-  
rat, et obstructiones iecoris parit. Ventrē nec sistūt,  
nec mouent. Si cum aceto & sale edantur, appetera-  
tiam excitant. Horum semen tritum & haustū ma-  
gna copia, venerem suscitāt. Fertur quod si quis hoc  
ipsum semen cum Calamintha & Lemnia terra  
commixtū sumat, eo die neque veneno, neq; morsu  
vencnati animalis ledi. Appensum inguinū mor-  
bis peculiari quapiam proprietate medetur.

## DE GINGIDIO. CAP. LXXVIII.

NOMINA. *κιννύδιον*

**Κιννύδιον** Grecè, Gingidium Latine, officinis  
Cherrefolium, germanicè Kerbelkraut (Gal-  
licè Du cerfueil) dicitur. Cherrefolium autē, Gra-  
ca voce & Latina coalescentibus in vnum nomen,  
ob id dictum est, quod foliis luxuriat. Ne tamē vo-  
cabulorum vicinitas aliquam pariat confusionem,  
imperitōque lectori nomenclationum similitudo im-  
ponat, sciendum est officinarum Cherrefolium dis-  
uersum esse à Cherrefolio Plinii.

## FORMA.

Herba est syluestri Pastinacæ similis, tenuior tā-  
tūm.

PLANTARVM HISTORIAE

tum & amarior. Radicula subcandida, amaricante. Unde satis liquet herbam quam hodie Chærefolium nominant, esse Gingidium. Nam erraticæ Passinacæ folium emulatur, aliquanto tenuius, radice subalba, amaricante, floribus candidis, semine in siliquis exiguis oblongo, angusto & acuminato.

LOCVS.

Passim hodie in hortis colitur.

TEMPVS.

Maior mense floret, & subinde semen profert.

TEMPERAMENTVM.

Sicut gustu amaritudinem & adstrictionem præfert, sic temperamento quoque ipso caliditatem & frigiditatem. Secundum verò vtranque qualitatem desiccatorium in secundo ordine est: unde iterum colligi potest, Chærefolium esse Gingidium, quod ipsum gustui amarorem & adstrictionem euidentissime representet.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Crudum & coctum olerum modo esui idoneum est. Editur etiam sale conditum seruatum ve. Stomacho vtile. Vrinam ciet. Decoctum eius cum vino potum, vesicæ accommodum est.

EX GALENO.

Estur Scandicis modo. Stomacho mirè vtile siue crudum siue elixum libeat sumere. Longioris decoctionis impatiens est. Nonnulli ipsum ex gæro oleoque esitant. Alii vinum aut acetum adiiciant, ac multo

multo sic magis stomacho cōducit. Cū aceto assumptum, fastidiosos ad cibum inuitat. Perspicuum vero est hanc herbam medicamentū magis esse quā cibum, quippe quæ & adstrictionis & amaritudinis non obscuræ nec exiguæ particeps est.

EX PLINIO.

Coctum crudūque stomachi magna vtilitate estur. Siccat enim ex alto omnes humores eius.

APPENDIX.

Facultates iam commemoratas etiam Chareso suo tribuunt recentiores: scribunt enim mirificè conferre ventriculo, ciendisq; mensibus, & vrinæ in vino decoctum, vt iterum hinc constet à Ginzgido non esse diuersum.

DE GENISTA. CAP. LXXIX.

NOMINA. *Brem gmp*

**G**ENISTA latinis rei rustica scriptoribus & Plinio nominatur. Officinis & barbaram sectantibus medicinam, Genesta & Genestra. Germanis Ginst vel Genist (Gallicè Du Genet) apud Genista pellatur. Genistam autem vocat haud dubiè quod vnde dicitur genu modo flexilis ad nexus sit: vel, vt aliis placet, etia quia genibus medeat dolentibus. Alia autem est Genista à Sparto, quod hoc virgas habeat longas sine foeno est ealiis, vt suo dicemus loco, illa autem minutis foliis dem cum scatet.

FORMA.

Sparto.

Genista fruticat ramis herbaccis, scabris, foliis minutis

PLANTARVM HISTORIAE

nutis se atentibus, flore luteo, apibusq; gratissimo, se-  
mine lenticulis haud absimili, quod siliquis in-  
nascitur, radice sublutea.

LOCVS.

Per arida loca amat, ideoq; in syluis & iuxta  
sylvas nascitur. TEMPVS.

Floret Maio et Iunio mense, ac subinde in siliquis  
hirsutis semen profert.

TEMPERAMENTVM.

Calefacit & siccatur in altero ordine, id quod a  
maritudo quam gustata refert, & eius facultates  
abundè docent.

VIRES. EX PLINIO.

Semen Genista purgat Ellebori vice, drachma  
& dimidia pota in aquae mulsae cyathis quatuor  
ieiunis. Ramis similiter cum fronte in aceto mace-  
ratis pluribus diebus & tussis, succum dant ischia-  
dici utilem, cyathi vini potu. Quidam marina  
aqua macerare malunt, & infundere clystere. Per-  
guntur eodem succo ischiadici, addito oleo. Quidam  
ad straguriam vtuntur semine. Genista tusa cum  
axungia, genua dolentia sanat.

APPENDIX.

Ex iam commemoratis verbis perspicuum omnibus  
fit, Sparto & Genista, nõ obstante quòd forma nõni-  
hil distet eandem inesse facultatem: vt enim Spar-  
tum pituitam per superna & inferna purgare po-  
test, sic etiam Genista. Hinc adeo fit vt eius seminis  
hodierno



hodierno tempore contra podagram magnus sit vsus. Vrinā etiam amaritudinis ratione mouet, & quia incidendi & extenuandi facultatem habet, lapidē tum in renibus, tum in vesica cōfringere, vt etiam recentiores tradunt, potest. Strumas denique atque alios tumores discutere posse iidem scribunt.

## DE GENISTELLA. CAP. LXXX.

Genistella nobis frequens.

NOMINA. *Vicm qm/H Ecx/Bacm*

**P**Riori non admodum dissimilem herbam nō Genistella nulli Genistellam vocant, quōd scilicet Genista exilior et humilior sit. Germanicē appellari potest, die stechende Ginſt. Alii vocant Erdpfrymē, oder klein streichblumen (Gallicē petit Genet) Sunt qui non sine magno errore pro Genista vtantur, quum facultatibus diuersis prædita sit. Rosmarini sunt qui rosmarinum aculeatum nominent, quōd nus aculeatus. eius folia Rosmarino ferē similia sint.

## FORMA.

Frutex est Libanotidis coronariæ, quā Rosmarinum vocant, penē folio, sed rigido ac pungente, flore luteo, pīso non dissimili. semine in exiguis silia quis rufo, radice sublutea.

## LOCVS.

Nascitur in arenosis locis, secus vias.

## TEMPVS.

Maiō mense flores luteos producit, quibus pasta apes improbum mel conficiunt.

¶ TEM=

PLANTARVM HISTORIAE  
TEMPERAMENTVM.

Adstringentem cum amaritudine facultatē possidet, ac proinde valenter, simulq; citra mordicitatem exiccantem. VIRE S.

Semen eius serpentibus aduersari tradunt. Decoctum foliorum, pro fluxuum menstruorum sistit. Idem etiam potum ventris fluori succurrit. Et ut rem in pauca contraham, idē Genistella, quod Hippuris seu Cauda equina potest.

DE GNAPHALIO. CAP. LXXXI.  
NOMINA.

Root mēberc nāyt

Cētūculū. Γραφαλίον græcis, Centunculum aut Centuncularis herba latinis nominatur. Officinis igitur nota. Germanis Rhuokraut appellatur. Gnaphalium verò vocata est hæc herba, Galeno autore, à candidis mollibusque eius foliis, quibus ὀντὶ γυαφάλων hoc est, pro tomentis vtuntur. Gnaphalium quare itaque dicitur, quasi tomentitia. Centunculum autem dicitur, quod cetonibus cum tomento maxima sit cognatio. Germanicam nomenclaturam ab eis curvo eius facultate aduersus dysenteriam illi inditam esse nemini non notum est.

GENERA.

Duūm esse videtur generum: vnum enim paulò latioribus ac candidioribus foliis constat: alterum verò tenuioribus & minus candidis, quòdque flores in summitate ac cacumine tantum profert. Verum cum forma parum admodum, facultatibus verò

verò nihil distent, nos vna pictura genus vtrun-  
que complexi sumus. **FORMA.**

Candida & mollia Gnaphalium obtinet folia,  
atque ad eò tomentitia, florísq; luteos, radicem  
vero capillatam ac tenuem, vt pictura ipsa mon-  
strat. **LOCVS.**

Vulgaris herba vbique scatens Gnaphalium, in  
locis siccis potissimum, interdum etiam pinguibus  
proueniens. **TEMPVS.**

Iunio & Iulio mensibus floret.

**TEMPERAMENTVM.**

Adstringit atque ad eò exiccat Gnaphalium.

**VIRES. EX DIOSCORIDE.**

Gnaphalii foliis aliqui pro tomento vtuntur. Ta-  
men faciunt hæc ipsa in austero vino pota ad dys-  
enteriam.

**EX GALENO.**

Folia Gnaphalii mediocriter adstringunt, ac  
proinde quidam id exhibent ex austerorum vino-  
rum quopiam dysentericis.

**EX PLINIO.**

Datur in vino austero ad dysenteriam, ventris so-  
lutiones, mensesq; mulierum sistit. Infunditur au-  
tem tenasmo. Illimitur & putrescentibus vlcerum.

**DE DIPSAO. CAP. LXXXII.**

Dipsacus satiuus & erraticus nobis est.

**NOMINA.**

ϑ ἢ Διψακος

Virga pa-  
storis.

Δ Ἰξκος Græcis, Labrum veneris, Carduus  
veneris Latinis, Virga pastoris officinis, &  
Cardo fullonū dicitur. Germanis Kartendistel  
Bubenstrel, Vueberkarten (Gallicè Chardon  
à carder, Alijs Verge à Bergier, ou Chardon

Dipsacus  
vnde di-  
cta.

à Foullon) Dipsaci autem nomen à contrario in-  
uenit, quoniam concavo alarum sinu rorem vel im-  
brem recipiat, quo velut ad abigēdas sitis iniurias  
abutilur. Labri veneris nomenclationem à cavinas

Labrū ve-  
neris.

to foliorum habitu contraxit, quæ se anfractuosa  
sinuantia ambage, peluis vel lauacri speciem con-  
stituunt, & intra se humorem nunquam non retin-

Virga pa-  
storis.

nent. Virga pastoris haud dubiè dicta est, ob lon-  
gas virgas, quibus cardui ad poliendos pannos vti-  
les insident, quas pastores fortè sumunt, & ea par-  
te qua possit manu capi aculeis nudat, reliqua au-

Carduus  
fullonius.

tem aculeata parte gregem ducunt. Carduus verò  
fullonius cepit appellari, quòd ea rudes pannos ve-  
lut echino quadam expoliumt, detractisque floccis

Serapiōis  
interpres  
perstringi  
tur.

concinmāt. Errat mirum in modum Serapionis in-  
terpres, qui sub Virgæ pastoris nomine, Polygonon  
Dioscoridis delineat. GENERA.

Duūm est generum. Vnum quod à fullonibus in  
hortis plātatur, alterū quod sua sponte passim pro-  
uenit. Differunt inter se hac quidem ratione, quòd  
primum folia latiora & profundius in ambitu in-  
cisa, flores candidos, echinataq; capitula magis ac-  
culcata habeat: alterum contra angustiora & mi-

mus laciniata folia, flores purpureos, capitulaq; minus aculeata obtinet. Nos discriminis illius ratione habentes, primi generis appellauimus *Dipsacum album*, alterius verò *Dipsacum purpureum*, ad florem nimirum respicientes diuersitatem.

## FORMA.

Aculeatarum generis est hæc herba. Caulem habet altum, spinis horrentem, folia caulem amplectentia, lactuæ similia, in singulis geniculis bina, oblonga, aculeis armata, quæ in dorso medio veluti bullas intus & extra spinosas habent, concauo quo se in geniculis cõiungunt sinu, quo aqua, rores, et imbres asseruatur, vnde *Dipsaci* quasi sitientis nomen traxit. In cacumine caulis, singuli surculi capitulum vnum echino simile inest, oblongum, aculeatum, quod postquam exaruerit candidum apparet. Dissectum per mediam medullam caput, vermiculos habet. Quod si itaque contempleris eam quæ herbarii hodie *Virgam pastoris* & *Carduum fulonum* nominant herbam, offendes omnes huic notitas respondere. Siquidem hæc pastoris virga profert caulem binum cubitorum, imò qui sepiuscule supra hominis altitudinem increscat, spinis horridum, geniculatum, folia lactuæ, in singulis geniculis bina, prælonga, aculeata, quorum toruli bullantibus turgent spinis, dorsoq; nocentibus aculeis rigent, carinato alarum sinu, qui peluis vel labri modo roris & imbris pluuii capax fit. Gnara la-

q ij ticis.

PLANTARVM HISTORIAE

ticis huius auicula, cum solis ardentissimus oppri-  
mit aestus, huc appellantur ad satianda sitis deside-  
ria, illis facta bibēdi potestate anfractu liberalem  
potum ministrante. Scaporum fastigia echinato mi-  
nātur vertice, resupina hamulorū flexura, mucro-  
nibusq; leuiter uncinatis, quibus rude lanificiū aspe-  
ro ductu lenigatur. Singuli echini è rotundo in ob-  
longum quod antenus turbinantur, inter quorū spīa  
cula candicans aut purpureus emicat flos. His dis-  
sectis in medullo vermiculos idētidem nobis in au-

Vermicus tumno quum exiccari incipit, licet inuenire. Vermis-  
li in echinū culus autem albus est, qui per cavitatem echini di-  
uis Dipsa mouetur, & in caudicem transit. Hyeme etiā cum  
cōinuenti. dem videre licebit antequā prae frigore moriatur,  
Imò etiā veris initio in quibusdam vermiculi à no-  
bis reperti sunt, partim viui, partim mortui.

LOCVS.

Nascitur humectis locis, iuxta riuos aquarum  
& fontes: quapropter nonnulli Dipsacon à Græcis  
nominatum esse arbitrantur.

TEMPVS.

Carpitur in æstate, Iunio & Iulio potissimum  
mensibus.

TEMPERAMENTVM.

Dipsaci spinæ radix ex secundo ordine exiccans  
tium est, habetq; nonnihil abstersorium.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Huius radix cum vino decocta & tusa vsq; dis-  
cerati



cerati crassitudine accipiat, imposita rimas fistulasq; sedis sanat. Oportet autem medicamentum hoc aerea pixide recondere. Ferunt præterea formicis & verrucis pensilibus remedio esse. Vermiculi capitis eius in folliculo clausi & collo aut brachio appesi, quartanas sanare produntur. EX PLINIO.

Sanat rimas sedis, item fistulas decocta in vino radice vsq; dum sit crassitudo cereæ, ut possit in fistulam mitti. Item verrucas omnium generum. Quidam & alarum, quas modo diximus, succum iis illinunt.

## APPENDIX.

Aliæ facultates quæ à Serapionis interprete & aliis recentioribus illi conceduntur, non sunt genuinæ, sed spuria, & Polygono adscribenda.

## DE DAPHNOIDE. CAP. LXXXIII.

NOMINA. *Laureole. zeilbast*

Δ *Αφνοειδης* græcè, Daphnoides latinè nominatur, officinis & nostræ ætatis herbariis, græcam imitantibus vocem, Laureola. Germanis *zeilant*, & *zeidelpast* (Gallicè de la Laureole) nuncupatur. Daphnoides autem & Laureola, à Lauri forma & specie, quam in foliis & fructu refert, dicta est. *Laureola. Daphnoides unde dicta.*

## FORMA.

Frutex est cubitalis, ramos copiosos habet lori instar flexiles, à medio sursum versus foliosos. Cortex ramos vestiens admodum glutinosus lentusve est. Folia Lawro similia, molliora tamè, tenuiora, nec faci-

PLANTARVM HISTORIAE

lè fragilia, os & fauces erodentia, incendentiâque.  
 Flores candidi. Fructus ubi ematuruerit subniger.  
 Radix inutilis. Quæ in vniversum omnes notæ  
 Laureolæ hodie dictæ conueniunt. Nec obstat quòd  
 Obiectio = Dioscorides suæ Daphnoidi candidos tribuat flo-  
 ris dissolures, cùm Laureola purpurascens potius habeat:  
 tio. solet enim color secundum diuersas regiones in ea  
 de sepe herba mutari, vt fufus in Symphyto ma-  
 iore dicemus. Et certè nihil incommodi erit si ea-  
 tiam Laureolæ flores quispiam candidos dixerit,  
 cùm albi coloris non minor quàm purpurei in iis  
 portio reluceat. Verisimile quoque est Dioscoridem  
 ab extremo potius colore, quàm medio flores ap-  
 pellare voluisse.

LOCVS.

Nascitur in montanis & syluestribus locis.

TEMPVS.

Floret primo statim vere antequàm folia erumpunt.  
 Fructum autem autumnus profert.

TEMPERAMENTVM.

Calida est admodum & sicca.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Ducit per inferna pituitosa siccum aut recens  
 Daphnoidis folium. Vomitus & menses cit. Com-  
 manducatum capitis pituitas elicit. Sternutamen-  
 ta itidem mouet. Purgant etiam seminis eius pota-  
 grana quindecim.

EX PLINIO.

Daphnoia

Daphnoides siue syluestris laurus aliu soluit, re-  
centi folio vel arido drachmis tribus cum sale &  
hydromelite manducata. Pituitas extrahit folium  
& vomitus. Stomacho inutile. Sic & bacca quina  
denave purgationis causa sumuntur.

## APPENDIX.

Animaduertendum hoc loco mirum in modum Officina<sup>s</sup>  
errare officinas, propterea quòd foliis Daphnoidis rü error.  
pro Mexereon, quæ tamen Græcorum est Chamæ-  
lea diuersa admodum à Daphnoide, vtantur: &  
eius fructu pro cocco cnidio, quòd fructum Thy-  
melea esse notius est quàm vt demõstrari debeat.  
Sic in manifestissimis cæcutire solent officina, pul-  
chrè interim ad eos errores conuenientibus medicis,  
non minus quàm illi, rei herbaria imperitis. Thy- Thyme-  
melean verò nõ esse laureolam hodie appellatam lea nõ est  
herbã, ex eo colligi potest, quod hæc ipsa, Dioscori- Laureola.  
de autore, linum nonnullis nominata sit, non alia  
quidem ratione, quàm quòd satini lini similitudi-  
nem referat, cui quàm dissimilis laureola sit, ne-  
mo non nouit. Sunt etiam qui ad hanc similitudi-  
nem respicientes, in hodiernum vsque diem linum  
syluestre appellant.

## DE DRYI. CAP. LXXXIIII.

## NOMINA.

Δ pūs Græcis, Quercus Latinis & officinis,  
Germanis Eychenbaum ( Gallicè Vng  
Chêne) appellatur.

PLANTARVM HISTORIAE

FORMA.

Notissima est arbor *Quercus*, procerâ, crassiore & asperiore caudice, ramosa, foliis profundè laciniatis. Glandes producit optimas, & gradissimas, gallas item & viscum. Radix eius latissimè circumiacentem terram amplectitur.

LOCVS.

Passim in syluis aliisq; locis nascitur.

TEMPVS.

Vere quidem germinat, sed tardius multis aliis arboribus.

TEMPERAMENTVM.

Desiccât, adstringit & exalfacit paulò infra media, in genere scilicet eorum quæ tepida sunt.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

*Quercus* omnis adstrictoriam facultatem habet, præsertim id quod inter corticem & caudicem membranæ simile clauditur: quinetiam membrana putamini glandis subiecta, Decoctum ex iis datur dysentericis & sanguinem excreantibus, & in pæssis tritum cõtra fluxiones mulierum apponitur. Glandes idem possunt. Vrinam ciunt, capitis dolorem, & flatus comestæ pariunt. Resistant esitate venentorum iclibus. Decoctum corticis cum lacte bubulo potum, contra toxica prodest. Crudæ autem tritæ & illitæ inflammationes leniunt. Ad malignas diuitias, & malefica vlcera cum adipe suillo falso cõueniunt. Galla fructus est *quercus*. Aliqua omphacitis appellatur, parua quidem, præ se ferens formans

in digitis articulorum, solida, nullo foramine perforata. Altera leuis, plana, perforata. Eligi debet omphacitis quæ efficacior est. Vtraque vehementer adstringit. Carnium excrescentias trita, fluxiones gingiuarum & columellæ, atque in ore aphthas resprimunt. Nucleus earum cauernis detinuit inditus, dolores sedat. Cremata carbonibus donec igne flagrent, & vino aut aceto, aut oxalime extincta, sanguinem reprimunt. Decoctum earum ad infessus vtile, contra vuluæ procidētias, fluxionesque. Capillos denigrant aceto aut aqua macerata. Cæliacis, dysentericis, cum vino aut aqua trita cōuenienter illis nuntur aut bibuntur. Vtiles & obsonis mixta, aut integræ in aqua præcocta, in qua aliquid coquendum sit quod ipsis conferat. In summa Galla vtendum quoties opus est adstrictione & exiccatione.

## EX GALENO.

Quercus oēs partes adstrictoria facultatis participes sunt: Sed plus tamen quæ in trunci cortice membrana subest, tum quæ sub glandis putamine, ea videlicet quæ fructus carnem conuestit. Quam obrem ad fluxum muliebrem, sanguinis expuitiones, ventrisque diuturnos fluxus, commodã esse credunt. Maximè verò ea vtuntur decocta. Siquidem ego quandoque glutinasse me vulnus memini securi inflictum, quum nullum ad manū esset medicamentum præter ipsius Quercus folia. Terebam verò in leui saxo, & vulnus cum circumiacētibus locis

PLANTARVM HISTORIAE

cis illinebam. Eandem foliis vim habet & fructus Quercus, eoque medici nonnulli ad incipientes, & crescentes phlegmonas vtuntur. Nam quae iam vehementes sunt, adstringentibus haud indigent. Gal- la quae omphacitis nuncupatur, admodum acerbū est medicamentum, plurimum terrena & frigida substantiae particeps, per quā desiccatur & reprimit fluxiones: adhuc constringit contrahitque partes la- xas ac laeguidas, omnibusque fluxionum affectibus strenuē resistit. Esto verò tertij in desiccando, secun- di autem in refrigerando ordinis. Altera autē gal- la, flaua, laxa, & magna, exiccat quidē etiā ipsa, sed tanto, quanto acerbæ qualitatis minus est parti- ceps. Cocta itaque ipsa per se, ac deinde trita, catas- plasma nō instrenuum est sedis phlegmonarum, ac procidentiarum. Porrò coquenda est in aqua, si mo- dica opus sit adstrictione: si vehemētiore, in vino. Et si augere insuper adstrictionē sit opus, vino etiā vtare austeriore. Denique gallæ combustæ sangui- nis reprimendi facultatem acquirunt, ac nimirū

Vsta acri etiam calorem & acrimoniā ex vstione assumunt, moniā as- suntq; iis quæ ignem non expertæ fuerint, tum sub- sumunt. tiliorum partium, tum maiore desiccādi potestate. Caterum quum ad sanguinis suppressionē prepa- rare eas voles, carbonibus impositas dū vndequaq; candent, aceto aut vino extinguere oportebit.

EX SIMEONE SETHI.

Glādes difficilis sunt coctionis, & valde nutriūt, sardius.



tardius descendunt, crudosque humores generant,  
proptereaque illarum usum deuitari precipimus.

## DE DAUCO. CAP. LXXXV.

Dauci primum genus nobis tantum frequens.

## NOMINA.

Δ *Αῦκος* Græcè, *Daucus* Latinè nominatur.  
Officinæ aliis & adulterinis herbis sub hoc nomine vtuntur. Germanicas appellationes in generum explanatione indicabimus.

## GENERA.

Dioscorides tria Dauci cõmemorat genera. Primum Creticũ daucũ vocat. Germanis *Beruurtz*, (Gallicè *Carotte sauage*, ou *panet sauage*) propter capillatam radicem, aut quia vteri dolorẽ, *Beruurtz*, qui iisdem *Bermuter* appellatur, sanat. Alterum nomine peculiari caret, foliis *Laserpitio* simile, Germanis *Vuei'z Hirtzuurtz* dicitur. Tertium genus itidem nomine destituitur proprio, Germanis autem nonnullis *Schuuartze Hirtzuurtz* (Gallicè *Ces deux autres*, les herbiers appellant *afiniani daucum*) nominatur.

## FORMA.

*Creticus daucus* folia *Feniculo* similia habet, *Creticus* minora tamen & tenuiora. Caulem dodrantalem, *daucus* umbellam *Coriandro* similem. Flores candidos, & post hos semen acre, candidum, hirsutum, & in cõmanducando odoratum. Radicem crassitudine digitalis,

PLANTARVM HISTORIAE

gitali, & longitudine dodrātali. Omnes huius descriptionis notæ, herbæ quam *Beruitz* Germani vocant conuenire ad vnguem videntur, vna dumtaxat excepta: siquidē semen non est hirsutum. Sed quum omnia alia, atque ad eò facultates etiam ipse respondeant, non est cur vna hæc nota nos impediat, cur minus *Creticum daucum* credamus, aut saltem *Germanicum* qui *Cretico* per omnia respondeat. Vel si prorsus alicui non satisfaciunt, quæ diximus, dicat planè hanc herbam esse *Seseli Creticum*, cuius etiam herbæ notæ omnes huic nostræ conueniunt, neque etiã facultates quas similes *Danco cretico* habet, discrepant. Alterum *Apio syluestri*, vel, vt antea diximus, *Laserpitio* simile est: aromatum modò odoratum, acre, gustanti odoratum & feruens. Tertium foliis *Coriandro* assimilatur, flore candido, capite & semine *Anethi*, in quo vmbella erraticæ *Pastinacæ* similis est, semine oblongo plenum, sapore vt *Cuminum acris*.

LOCVS.

Primum in petrosis & apricis locis nascitur, nusquam verò in Germania copiosius quàm in *Martiana syluæ* quibusdam pratis prouenit. Reliqua duo genera in altis montibus gignuntur.

TEMPVS.

Iunio & Iulio mensibus florent.

TEMPERAMENTVM.

Semen *Danci* admodum calefacit & exiccatur.

Idem

Idem etiam, sed minori efficacia, facit herba.

## VIRE. S. EX DIOSCORIDE.

Omnium Daucorum semen calefaciendi vim obtinet. Potum menses, factus & vrinas mouet. Tormentibus liberat. Tusses diutinas lenit. Succurrit phalagiorum morsibus cum vino potum. Oedemata illitum discutit. Ex aliis seminis tantum vsus est, ex Cretico radice etiam, quæ cum vino præsertim ad venenata bibitur.

## EX GALENO.

Dauci semen efficax admodum tum mouenda vrine medicamentum, tum prouocandis mensibus. Multum etiam discutere foris impositum valet. Ipsa etiam herba eandem vim obtinet, semine tamen inferiorem, nimirum ob aqueæ humiditatis misturam.

## EX PLINIO.

Vehementer vrinam impellit. Creticum magis contra serpentes pollet. Bibitur è vino drachma vna, datur & quadrupedibus percussis, aduersatur phalangio, capitis dolori medetur, tussi subuenit, strangurie medetur drachma seminis. Eius radix in vino pota, dysenteriam sistit. Contusis & euersis potu duobus obolis in mulsi cyathis tribus subuenit, aut si febris adsit, in aqua mulsa. Menses & secundas potum facillimè pellit. Calculos eicit. Folia omnia tela infixæ corpori extrahunt.

## DE DRACONTIO. MAGNO.

CAP.

## Dracunculus serpentaria vulgò.

## NOMINA.

Δ ΡΑΚΟΥΤΙΣ ΜΕΓΑΛΗ, ἢ ΔΡΑΚΟΥΝΤΙΟΥ ΜΕΓΑΛΗ  
 Græcis, Dracunculus maior Latinis, nommule

Serpentaria maior dicitur. Officinis ignota herba  
 maior ba. Germani Schlangenkraut (Galli Serpen-  
 Dracuncus tair, ou Serpentine) vocant. Nomen autem à ser-  
 pentibus unde gura sumpsit: caulis enim glaber, purpureis que res  
 dicta. spersus lituris, versicolori facie, corpus anguinum  
 representat & æquat longitudine. Vertex quoque  
 sinuoso oris hiatu linguam exerens cruentam, ca-  
 put exprimit. Atque hinc est quod veteribus etiã

Colubrina Romanis Colubrina ac Serpentaria nuncupata sit:  
 na. vel sic dicta, Plinio autore, quod è terra ad pri-  
 mas serpentium vernationes exeat, rursusq; cum  
 iisdem se in terram recondat, nec omnino occultata  
 ea appareat serpens.

## FORMA.

Caulem habet glabrum laeuumq; rectum, bicu-  
 bitalem, baculi crassitudine, versicolorem, vt angui  
 similis videatur, purpureis etiã maculis abudat.  
 Folia fert Rumicis inflexa, & plicata. Fructum  
 in summo caule racemosum, coloris inter initia ci-  
 neracei, postea quã maturuit crocei & punicei.  
 Radicem grandem, rotundam, candidam, tenui  
 cortice vestitã. Ex qua delineatione omnibus pers-  
 picuum sit, plantam eam cuius picturam exhibe-  
 mus,

mus, esse *Dracunculum maiorem*. Simplici enim caule attollitur, binum cubitum alto, leui glabro, recto, baculi crassitudine, versicoloribus anguivum maculis variegato, purpureis etiam intercurrentibus lituris, ita ut plane serpentis habitum coloremque mentiri videatur. In vertice comoso folia procedunt sena septenave, crassiore pediculo digitorum modo propeudentia, puniceis respersa notis, Rumicis primi generis figura. E foliato scapi fastigio, vagina quadam foris herbacea profilit, in mucronem sensim turbidata, velut erupturi partus involucrium, quae cum dehiscens sese pandit, purpureum cornu in acumen fastigiatum demonstrat. Ea seminis incremento distenta disilit in rimam, & tandem elanguescens flaccescit, subarescensque perit relicto cornu. Cuiusdam partem racemosus fructus ambit, acinis primo virentibus, dein croceo & puniceo colore rutilantibus. Radix denique magna, rotunda, alba, tenuique cortice vestita. Et in summa, nulla est proarsus nota, quae reclamare videatur.

## LOCVS.

Nascitur in opacis sepibus.

## TEMPVS.

Carpitur semen cum maturitate nigrescit. Radix per messem effoditur, hoc est, Iulio mense, aut initio Augusti.

## TEMPERAMENTVM.

*Dracunculus acris & amarus est, leuiculaque quaedam*

PLANTARVM HISTORIAE

quandam adstrictionem habet, vt calidam & siccam esse nullus dubitare possit.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Radix calefaciendi vim obtinet. Tosta & elixa cum melle delicta orthopnoicis, ruptis, cõuulsis, tussa sibus, & destillationibus prodest. Pota cum vino vnerem stimulat. Concisa & ex melle illita, vlcera maligna atque phagedænica expurgat, praesertim cum vite alba. Ex ea & melle collyria ad fistulas, & fietus euocandos componuntur. Ad vitiliginos cum melle efficaciter illinitur. Polypos & carcinomata absunt. Succus eius ad oculorũ medicamenta, item contra nubeculas, albugines, caliginemq; utilis est. Odor herbae radiceq; recens conceptos abortu vitiat. Idem praestant triginta grana eius in posca pota. Sunt qui eius sucum cum oleo aurium doloribus infudere. Quinetiam folia eius, vt pote adstringentia, vulneribus recentibus imponere, in vino autem cocta perniciosis. Ferunt non feriri à vipera eos qui folia manibus affricuerint, aut radicem gestauerint.

EX GALENO.

Dracuntium quiddam Aro persimile habet, tum foliis, tum radice. Acre etiam est & amarum, tenuiumq; partium. Obtinet quoque leuem quãdam adstrictionem, quae quandoquidem cum praedictis duabus qualitatibus, acris scilicet & amara, cõiuncta est, medicamentum factum est, vtique maximè efficac.



efficax. Nam radix viscera omnia expurgat, crassos potissimū & lētos humores extenuās. Optimūq; remedium est cōtumacium vlcerum. Expurgat ex- tergetq; strenuē tum alia quæ extersionem deside- rāt, tum alphas cum aceto. Folia quoque, vtpote si- milem facultatē habentia, vlceribus, vulneribusq; recens infliclis accommoda sunt, & quanto minus fuerint sicca, tanto magis conglutinant: nam quæ sicciora sunt, viribus sunt acrioribus quàm vt vul- neribus cōueniant. Creditum est cascum humidum si illis foris tectus reponatur, ob tēperaturā illorum siccitatem, à putredine cōseruari. Fructus valētior est, non foliis tantum, sed & radice: proinde & cā- cros, & polypodas eliquare creditus est. Succus quo- que eius vitia oculorū expurgat. Dracōtj radicem bi tēre elixā, quo omnem exuat medicamētosa- vim, in cibo interdum Ari modo exhibemus, quum crassi ac glutinosi thoracem pulmonemq; infestan- tes humores fortiore vi expellendi veniunt.

## EX PLINIO.

Omnino habentem Dracunculum serpentes fu- giunt. Ideo percussis prodesse in potu maiore aiūt: vt & menses, si ferro non attingatur, sistat. Succus eius & aurium delori prodest. Reliquas facultates in Ari descriptione offendes. Videntur enim vete- res Arum cum Dracunculo minori miscuisse.

## APPENDIX.

Hæc est vera Serpentaria quo officinis vtēdum  
r ij erit.

PLANTARVM HISTORIAE

erit, & minimè ea quam alio nomine *Bistortam* vocant. Nam viribus planè ab ea quæ genuina est disidet, vt suo etiam loco monuimus. Quare non est cur deinceps eandem medicamētis quæ thoraci expurgando adhibentur admisceāt medici, sed hæc potius, cuius piēturam oculis subiicimus.

DE DAPHNE ALEXANDRINA.

CAP. LXXXVII.

Laurus Alexandrina bislingua & bonifacia, mihi ex Germania delata visa est qualis hic pingitur.

NOMINA. *Rusco*

Δ Ἰφνι Ἀλεξανδρεία, ἢ Ἰδοία græcis: Laurus Alexandrina, aut Idea latinis, officinis

*Vuularia* Vuularia, nonnullis Bonifacia, multis etiā Pagana  
*Epiphyle* lingua, Germanis zapflinkraut, haucklatt, &  
*locarpos.* auffenblatt dicitur. Theophrastus appellat ἐπι-  
*Alexan-* φυλλόκαρπον, quòd fructum super foliis ferat.  
*drina lau* Alexandrinam autem laurum dictam putamus,  
*rus cur di* quòd Alexander victor ea vsus fuerit. Hinc est  
*cta.* quòd Apuleius hanc victorialam nominet, quòd  
*Victoriae* nimirum victores ea pro Lauro in triumphis & vis-  
*la. Idea.* torie signum vterentur: quanquam in eo capite  
 Daphnoidi cum Victoriala confundat. Idea verò  
 ab Ida monte, quo in loco speciosior & copiosior  
 nascatur.

FORMA.

Folia Rusco seu Myrio syluestri similia habet.  
 maiora.

maiora tamen molliora & candidiora. Fructum  
 in medijs folijs fert rubentem, Ciceris magnitudi-  
 ne. Ramos spargit à terra dodrantes, & aliquan-  
 do ampliores. Radicem Rusco similem, maiorem ta-  
 men, odoratam: & molliorem. Ex qua sanè deli-  
 catione satis perspicuum sit, eam herbam cuius pi-  
 eturam damus, esse Laurum Alexandrinam. Folio  
 siquidem Myrti sylvestris, sed vt Plinius lib. xv.  
 cap. xxx. ait, acutiore, molliore, & candidiore, fru-  
 ctu inter folia rubro, magnitudine Ciceris, ramus-  
 lis à terra sparsis dodrantalibus, radice syluestri,  
 Myrto proxima, odorata & molli.

## LOCVS.

Nascitur in locis montanis, & in Ida monte, vt  
 comprehensum est, speciosissima. Nunc adfertur ex  
 inferiore Pannonia, atque in nonnullis hortis plan-  
 tata prouenit.

## TEMPVS.

Fructum in estate in medio folij, in geniculo al-  
 terius folij quod maiori supernascitur. profert.

## TEMPERAMENTVM.

Calida & sicca est, id quod gustus euidenter monstrat.  
 Siquidem gustatibus acris simul & subamara est.

## VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Radix eius pota pondere senum drachmarum  
 cum dulci vino, difficulter parientibus, & stillicidi-  
 dio vrinae laborantibus succurrit. Sanguinem quo-  
 que menstruum elicit.

PLANTARVM HISTORIAE  
EX GALENO.

Pota tum vrinas, tum menses prolicit.

EX PLINIO.

Celeres partus facit, radice pota trium denario-  
rum pondere, in vini dulci cyathis tribus. Secundas  
etiam pellit mensesq; eodem modo pota.

APPENDIX.

Recentiores in faucium vlceribus, & humecta  
supra modum columella vtuntur. Hinc est quod non  
nulli appendant hanc herbam pueris, vt nimia il-  
lorum humiditas exiccetur.

DE EPHEMERO NON LETALI.  
CAP. LXXXVIII.

Ephemerum non lethale quod nonnulli  
Hemerocalles, alij Liliū cōuallium, alij  
grand Muguet dicunt.

NOMINA.

*muguetum?*  
**E**φμερον, ἢ ἰρις ἀγρία Græcis, Ephemeron,  
Iris syluestris Latinis dicitur. Cūm autem Ga-  
leno, Paulo, & Dioscoride testibus, duo sint Ephe-  
ri duo gemeri genera, alterum, quod Colchicon à natali solo  
nera. dicitur, interficiens, de quo suo loco plura: alterum  
quod non letale est, & præcipuo nomine Epheme-  
rum dicitur, hic de secundo, nempe non interficiens  
Epheme- te, nobis sermo duntaxat erit. Ephemerum autem  
rum cur nominatum est, non quod eadem die iugulet (nulla  
dictum. enim ei vis mortifera inest) sed quòd flos illius cona-  
festim marcescat, nec longius vno & altero die cō-  
moretur.

moretur. Vulgus & officina Liliū conuallium, Liliū conuallium quod in opacis & lucis nascatur, appellant. Geruallium. mani May enblumle (Gallicè du Muguet.)

## FORMA.

Caulē & folia Lilio similia habet, tenuiora tamen. Flores candidos amarosque. Fructum mollem. Radicem vnā digitali crassitudine, longam, adstringentem, odoratam. Quæ siquidem delineatio ita herbe illi quam vulgus Liliū conuallium nominat, conuenit, vt nulla prorsus in ea sit nota, quæ ei non respondeat. Caulē enim & folia Liliū habet, sed tenuiora. Flores candidos & suauiter olentes, gustu amaros. Fructum mollem, colore puniceum, asparagi fructui non dissimilem. Radicem singularem digiti minimi crassitudine, longam, adstringentem & odoratam. Nec obstat quod nunquam aut rarissime apud nos reperitur radix quæ minimi digiti crassitudinem æquet. Dioscorides enim cum alicui herbe aut radici mensuram tribuit, id facit vt maiori parti indiuiduorum illius speciei quadret, nec adeo statim mensuram assignat, quin quandoque infra aut supra hanc esse possit. Cui hoc etiam accedit, quod magnitudo secundum diuersas regiones in vna eademque herba sæpe variatur, ita vt nihil mirum sit radices nostri Ephemeris, paulo quàm illius quas Dioscorides vidit, minores esse.

Obiectio  
diluatur.

## LOCVS.

r iij

Nascitur

# PLANTARVM HISTORIAE

Nascitur in syluis & vmbrosis locis.

## TEMPVS.

In Maio mense flores illius magna copia erumpunt, ac mox iterum euanescent atque decidunt. Deinde Iulio mense fructus profertur Asparago haud dissimilis, vt dictum est.

## TEMPERAMENTVM.

Mista est temperaturae, Galeno teste, nempe repellentis & discutientis, quia scilicet radix adstringit, floresque amari sunt.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Huius radix in dentium doloribus remedio est, si decocto eius colluuntur. Folia in vino decocta & illita, oedemata & tubercula, quae nihil adhuc puris contraxerunt, discutunt.  $\tau\upsilon\upsilon\upsilon$  enim & non  $\nu\acute{\alpha}\rho\delta\upsilon$  legendum, vt ex Galeno liquet.

## EX GALENO.

Ephemerum nō illud letale, quod etiam Colchis cum nomināt, sed alterum, quod & Irin agrestem vocāt, folia & caulem Lilio similem obtinet, radicem oblongam, non rotundā ceu Colchicum: digiti autem potissimum crassitudine est, adstringens & boni odoris. Ex quibus palām sit quod mista sit facultatis, nempe repellentis, & halitu digerentis. Testificatur verō id quae particulatim edit opera. Siquidem non inefficaciter radix eius in dentium doloribus colluuntur. Folia tuberculorum tum augmēto, tum vigori cōgruunt. Oportet autem in via



no decocta prius quàm pus moucas illinere.

EX PLINIO.

Radicem vniam digiti crassitudine obtinet, den-  
tibus præcipuam concisam in aceto, decoctamque  
vt tepida colluantur. Et ipsa etiam radix mobiles  
sistit, canis & excessus imprimitur.

APPENDIX.

Recentiores roborare cor, iecur, cerebrumq; tra-  
dunt. Hinc est quòd eius succum aut decoctum syn-  
copa, vertigine, morboq; comitali correptis, attoni-  
tis, & phreneticis exhibeant. Cæterum incipienti  
elephantie, ne latius serpat, & altius radices agat,  
viam præcludere scribunt. Ocularij medici ad ocu-  
lorum caligines discutendas eo etiam vtuntur.

DE ELENIO. CAP. LXXXIX.

Elenium vulgo cum Latinis Enula Cam-  
pana.

NOMINA. *alantworax*

**E**Λένιον græcis, Elenium & Inula latinis, offi-  
cinis Enula, rusticis Campana, vulgo iunctis Enula cã-  
vtrisque vocabulis Enula Campana dicitur. Ger-  
manis Alant. Elenium autem ab Helena lachry- Eleniij vn-  
mis, è quibus natum fabulatur, quidam dictum est de dictu.  
se volunt. Alij quoniam contra serpentes ex eo pri-  
mum ab Helena remedium inuentum sit.

FORMA.

Caulem ex se mittit Elenium crassum, hirsutum,  
cubitalem, & aliquando maiorem (interdum enim  
iustam

PLANTARVM HISTORIAE

instam hominis staturã altitudine æquat) angulos  
 sumq; Huic supernè lutei flores insident, & in his  
 semen Verbasco simile, tactu pruritus excitãs. Fo-  
 lia angustifolio Verbasco similia obtinet, lanuginosa  
 fiora tantùm & oblonga. Radicem subruffam, odo-  
 ratam, magnam, subacrem, ex qua ad consitionem  
 Liliorum aut Ari instar, pingues propagines appè-  
 dicẽsve auferuntur. Hæ siquidem nota Enule cã-  
 diluitur. panæ vulgo dictæ pulchrè quadrant, neque obstat  
 quòd non in cunctis Græcis exemplaribus omnes il-  
 le habeãtur, cum in nonnullis, ii (que probatissimis  
 Marcellus saltem legantur. Sic Marcellus Virgilius Florentie  
 Florenti- nus in suis quos ædidi in Dioscoridem commenta-  
 nus. riis testatur, sibi visum esse antiquissimum ac pro-  
 batissimum codicem, in quo adhuc omnes seruẽtur.  
 Et certè nihil absurdi commitemus, si nonnullas  
 Dioscoridem notas subticuisse dicamus, cum euidẽ-  
 tissimum sit Inulam non passim vna forma prædic-  
 tam nasci, quando, eodem Dioscoride teste, in quib-  
 usdam locis caulem haud emittat: in irriguis de-  
 nique procerior & elegantior, quàm in siccioribus  
 proueniat. Huc accedit quòd aliàs sæpe notas etiã  
 admodum necessarias prætermittat.

LOCVS.

Nascitur montanis, vmbrosis, & siccis locis. In  
 hortis etiam passim hodie plantatur.

TEMPVS.

Radix æstate effoditur, & concisa siccatur. Flo-  
 res

ret Iulio mense.

TEMPERAMENTVM.

Elenij radix non primo statim occurſu excaleſcit, ac proinde non dicenda eſt calida & ſicca exactè, ceu mel & piper album, ſed cum recrementitio humore.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Radiciſ Elenij decoctum potum, vrinã & menſes ducit. Ipaſa deniq; in eclegmate cum melle ſumpta, tuſſi, orthopnœa, rupturis, conuulſionibus, inſflationibus, venenatorum morſibus prodeſt, caleſcaciendi vi quam in vniuerſum habet. Folia eiſ in vino cocta iſchiadicis vtiliter illinuntur. Radix etiã Elenij in paſſo cõdita, ſtomacho vtilis eſt. Sic quidem ſalgamarij paululum ſiccataſ eam, mox decoctã, frigida aqua demergunt, poſtremo in defutum coniectã ad uſum recondunt. Ea trita & pota ſanguinem excreantibus auxiliatur.

EX GALENO.

Elenij radix maximè vtilis eſt. Eclegmatis quæ faciunt ad educendos lentos & craſſos qui ſunt in thorace & pulmone humores commodè miſcetur. Rubrificant quoque ea partes frigidis & diuturnis vexatas affectibus, cuiuſmodi ſunt nonnullæ coxarum paſſiones iſchiadas vocant, & exiguæ aſiſidueq; quorundã articulorum præ humiditate luxationes.

EX PLINIO.

Inula

PLANTARVM HISTORIAE

Superstiosum. Inula à ieiunijs commanducata dentes cōfirmat, si vt cruta est, terram non attingat. Cōdita tussim emendat. Radicis verò decoctæ succus tineas pelat. Siccata autem in vmbra farina tusa, & conuulsis, & inflationibus, & arterijs medetur. Venenatorum morsus abigit. Folia ex vino lumborum dolori illinuntur.

DE EUPATORIO. CAP. XC.

Eupatorum Agrimonia.

*odermenig* NOMINA. *Agrimonia*

Agrimonia.

Eupatorium cur dictum.

Hepatorium.

**E**υπατόριον, ἢ ἡπατόριον Græcè, Eupatorium & Hepatorium latine, officinis Agrimonia dicitur. Germanis Odermenig, Bruchuurtz (Gallicè de l'Empatoire, ou aigremoine.) Empatorium ab Eupatore rege, qui illā primus inuenit, nominatā esse volunt. Hepatorium verò quoniā iecori præcipuè medetur. **FORMA.**

Fruticosa est herba, vnum, interdum alterum etiam scapum efferens, tenuem, lignosum, rectum, nigrum, hirsutum, cubitalē, aut etiam maiorem. Folia per interualla partibus potissimū incisa quinque, & aliquando pluribus, Quinquefolii vel Cānabis potius foliis similia, nigricantia, & serræ modo in extremitatibus incisa. Semen à medio caule enascitur, deorsum inclinatum, hirsutum, adeò vt siccatum vestibus hæreat. Hæ delineationes admissim, nulla reclamāte nota, herbæ quam vulgus & officinæ vocant Agrimoniam, cōueniunt. Quæ propter

propter hanc verum & genuinum esse Eupator Agrimonium facile deprehendet, qui singulas descriptionis nra est partes diligenter expendet. Siquidem Agrimoniarum Eupator fruticosa est herba, scapum vnum aut alterum ob-  
tinens, lignosum, tenuem, rectum, nigricantem, hirsutum, cubitalem vel maiusculum. Folia ex interuallis Cannabina aut Quinquefolio similia, quinquepartita vel plurisariam incisa, per ambitum serrata. E medio caule semen crumpit deorsum spectans, subhirsutum, vt resiccatum vestibus adhaerescat. Proinde praefracta quadam ac immedicabili caecitate captos esse eos iudico, qui hoc ipsum hodie non animaduertunt.

## LOCVS.

Nascitur passim locus montosis, campestribus etiam, pratis nempe, & circa sepes.

## TEMPVS.

Carpitur in aestate, dum floribus abundat.

## TEMPERAMENTVM.

Eupatorium herba tenuium partium, incidendi extergendiq; facultatem citra manifestam caliditatem obtinet. Inest ei & adstrictio modica.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Contrita huius folia & cum veteri suilla adipe imposita, vlcerebus, difficile cicatricem contrahentibus medentur. Semen aut herba in vino pota, dysentericis, iecinorosis, & serpentium morsibus auxiliatur.

## EX GALENO.

Obstru-

PLANTARVM HISTORIAE

Obstructiones iccoris expurgat, & robur huic  
visceri addit. EX PLINIO.

Semē dysetericis in vino potū auxiliatur vnicō.

DE EUPHRASIA. CAP. XCI.

NOMINA.

Oogenkoff

ὄφροσύν  
vā cur di-  
cta.

Ophthal-  
mica.

**H**Aud dubiè Euphrasiæ herbæ nomen à Græ-  
cè linguæ imperitis pharmacopolis deprava-  
tum est, cūm olim ὄφροσύνη dicta sit, quòd nis-  
mirum oculos, quorum caliginem discutit, delectet.  
Ad quod nomen Germani nostri pulchrè alludētes  
Augentrost hoc est, oculorum solatium appellāt.  
Nonnulli hac quoque ratione moti ophthalmicam  
& oculariam nominant. Officinæ, vt ferè in omni-  
bus aliis herbis, corruptam vocem retinentes, Eus-  
phrasiam vocant. Etsi autem herba hæc Græco &  
eleganti nomine donata sit, nihil tamen de ea, quod  
sciam, apud veteres græcos & latinos, nempe Dios-  
coridem, Plinium, Galenum, adde etiam recen-  
tiores, Aetium, Paulum, & Actuarium scriptum  
reperitur. Cūm verò appellatio ipsa Græcam teste-  
tur originem, videtur sanè à Buglossō veterum mis-  
tuata & desumpta esse. Vt enim hoc in vinū con-  
iectum animi leticiam parit, atque ad eò ὄφρο-  
σύνη dictum est, ita etiam illa quia oculos iuuat  
& delectat, ὄφροσύνη appellari cœpit. Quā sub-  
inde vocem imperiti linguæ, vt diximus, deprava-  
tes, in Euphrasiam verterunt.

FORMA.

Herba



Herba est parua, palmæ vnus longitudine, Hys-  
sopo similis, cauliculis purpureis, foliis exiguis, per  
ambitum serratis, flosculis albicantibus, radice exi-  
gua & inutuli. Nec obstat quod Hermolaus, immè Hermo-  
se eruditionis vir, libro tertio, capite decimo octauo laus bar-  
sui Corollarii, luteolos esse dicit: is enim ad partem barus.  
duntaxat florum respexit, quæ lutea esse euidenter  
apparet. Certè si flores Euphrasie exquisitè consi-  
deres, neque prorsus luteos, neque in vniuersum e-  
tiam candidos esse deprehendes: tribus enim colo-  
ribus, nempe purpureo, cãdido & luteo, vt pictura  
ipsa ostendit, maculati sunt. Quum verò potior flo-  
rum pars candido colore constat, factum est vt fer-  
mè omnes herbam hanc depingentes, albos illi assi-  
gnarint flores, nobis autem hos candicantes dice-  
re placuit.

## LOCVS.

Nascitur in apricis collibus, et pratis ferè oïbus.

## TEMPVS.

Inter autumnii initia magna copia erumpit.

## TEMPERAMENTVM.

Quas particulatim facultates obtinet, abñdè do-  
cent calidam & siccam esse herbam.

## VIRE S.

Vtuntur ea ad oculorum caligines & suffusio-  
nes vel per se imposta, vel ex vino decocta. Memo-  
riam etiam oculorùmque aciem redacta in pulue-  
rem, & in vino albo pota, mirificè roborat, amif-  
samque reparat.

DE

PLANTARVM HISTORIAE  
DE ELELISPHACO. CAP. XCII.  
Saluia minor franca nobis dicitur.

NOMINA.

**E**λελισφακον Græcis, Saluia Romanis & ofe-  
ficinis, Germanis Salbey appellatur. Porrò cū  
ipsa herba semper retorrida & exucca videatur,  
factum est, vt Græcis Elelisphton, quasi in tabe  
redacta, vel in syderationem flaccescens dicta sit,  
ελελιζευ & σφακος vocibus in vnam coalescen-  
tibus appellationem. Est autem σφακος, seu potius  
σφακελος, malum in plantis quum per æstatem  
& ardentissimum canis æstum vi solis altius pe-  
netrante, humorèque quo nutriuntur deficiente, læ-  
guent & arescunt. Latini syderatione nominat. Sal-  
uia autem dicta latinis, quòd ad multa, præsertim  
ad fecunditatem, salutaris sit.

Elelisphta  
con vnde  
dicta.

σφακε-  
λος.

Saluiacur  
vocata.

GENERA.

Duo sunt Saluie genera, quemadmodum etiam  
plebeū abundè nouerunt. Vnum quod priuatiuè Ele-  
lisphton dicitur, squalidius folio & scabrius, la-  
cunosa facie præasperum, multo latius, quasi cultū  
senferit, adeò vt domestica aut hortensis Saluia di-  
ci possit. Nos euidentiori distinctione vsi, Saluiam  
maiolem nominauimus. Germanis etiam grosz  
oder breyt Salbey (Gallicè de la Sauge) voca-  
tur. Alterum folio leuius & contractius, quasi syl-  
uestrem ob id referat figuram, syluestris Saluia ap-  
pellari potest, minus etiam squalore obsitū est. Nos  
Saluiam

Saluia  
maior.

Saluā minorem diximus. Germani creutz Sal. Saluia m̄s  
bey oder klein Salbey, oder spitz Salbey, e- nor.  
del Salbey (Gallicè De la saulge franche) no-  
minant. Dioscoridos vtrunque genus sub vno Ele-  
liphaci nomine complexus est, quod scilicet facul-  
tate nihil distent, sed idem prorsus efficiant.

## FORMA.

Frutex est oblongus, ramosus quadrangulus &  
candidas virgas habes. Folia mali Cotonei effigie,  
oblongiora tamen, asperiora, & crassiora, quæ sen-  
sim attritarum vestium modo hirsuta, subalbida,  
vehementer odorata, sed virosa sunt. Semē in sum-  
mis caulibus syluestri Ormino simile gerit. Hæc de-  
scriptio, nulla prorsus reclamante nota, cum herba  
quam Saluiam vulgò vocant quadrat: nanque  
ea fruticosa est, rugosis foliis, extritarum latenter  
vestium asperitatem scabritiamve referētibus, in-  
canis, vehementer odoratis, purpureo in spica flore,  
in aquilini rostri speciem falcato, semine syluestris  
Ormini, vt pictura graphicè monstrat.

## LOCVS.

Nascitur in locis asperis, & vtrunque genus ho-  
die passim in hortis inuenitur.

## TEMPVS.

Carpitur in Iunio & Iulio mensibus, quādo ma-  
ximum floribus & semine prægnans est.

## TEMPERAMENTVM.

Eleliphacos euidenter excafacit, ac leniter ad-  
stringit.

PLANTARVM HISTORIAE

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Foliorum ramorumq; decoctum potū urinā cit.  
 menses fetusq; extrahit. Pastinacæ marinæ icibus  
 auxiliatur. Capillos denigrat. Vulneribus herba  
 utilis est, sanguinemq; compefcit. Ferina tetrave vl  
 cera purgat. Pudendorum pruritus foliorum & ra  
 morum decoctum cum vino, si eo abluantur, sedat.

EX AETIO.

Tradunt quidam suffitam Saluiam menses im  
 moderate fluentes, & omnino muliebri profluuiū  
 compefcere. Agrippa sacram herbam vocauit, quā  
 prægnantes mulieres, si fluidæ laxæq; fuerint, vti  
 lissimè comedunt: continet enim conceptum vita  
 lemq; reddit, ac si succi huius heminam cum modis  
 eo sale quarto à secubitu die mulier potauerit, de  
 inde viro misceatur, proculdubio concipiet. Aiunt  
 in quodam Aegypti loco post sæuas pestilentias ab  
 his qui supersunt, ad eum succum bibendum mulie  
 res cogi, plurimosq; inde produci fetus. Dato, inquit  
 Orpheus, sanguinem expuentibus succi Saluie cy  
 thos duos, ieiunis cum melle bibendos, & sanguis  
 ilico cohibetur. Tabidis pilula in hunc modum  
 parantur. Spicæ nardi, Zingiberis singul. drach.  
 ij. seminis Saluie assati triti & cribrati drach.  
 viij. Piperis longi drach. xij. cum succo Saluie pi  
 lulas conficito, & mane ieiunis drachmam vnā  
 exhibeto, eodemq; modo in vespere, ac postea aqua  
 pure quippiam propinato.

Pilulae.

## EX PLINIO.

Menses Salvia cit & vrinæ. Pastinacæ marinæ  
ictus sanat. Torporem autem inducit percusso loco.  
Bibitur cum Absinthio ad dysenteriam. Cum vino  
eadem commorantes menses trahit. Abundantes si  
stet decocto eius potio. Per se imposita vulnerū san-  
guinem cohibet. Sanat & serpentium morsus. Et si  
in vino decoquatur, pruritus testium sedat. Partus  
emortuos apposita extrahit, item vermes aurium.  
Ad tussim laterisq; dolores bibitur. Contra scorpio-  
nes eadem & dracones marinos efficac. Contra ser-  
pentes quoque ex oleo perungi ea prodest.

DE SERPYLLO. CAP. XCIII.

Serpyllum nobis Serpolet.

NOMINA. *trick. w. l. k. t. h. y. m. g. d. b. u. a. b. a. n. a.*

*πρωλλου* Græcè, Serpyllum Latine. Officium *ro. ar. o. s. r. v. r. a. u.*

Ene latinum nomen retinuerunt. Germanicè

Quendel, Kinlin, Hunerkol (Gallicè

Du Serpolet) appellatur. Serpyllū autē, vt autor Serpyllū  
est Varro, ab eo quod serpat tā Græcis quàm latinis unde dis-  
nis dictū est, quoniā si qua eius particula terrā atz elum.  
tingit, inibi radices demittit. Est enī vt Theophras-  
tus libro sexto de plantarum historia, capite septi-  
mo ait, proprium quoddam eius ramulorum incre-  
mentū, quippe cū possit in quantā voluerit quif-  
piam longitudinem trahi, adiecto illi pedamento  
aliquo, aut si prope sepes plāctetur, aut ex altiore lo-  
co aliquo deorsum demittatur: sic enim in longum

s ū protra-

PLANTARVM HISTORIAE

protrahuntur: & ab hac planta in ramulis eius natura, quòd in longum serpit, graeci & latini peculiariter Serpyllum nominauerunt.

GENERA.

Serpyllū duo eius genera. Hortense, quod Germanicè hey, hortense. mischer Quendel dicitur. Syluestre, quod prius tim Zygis vocatur, quod fortè eo iugarentur vites. Syluestre Zuyëiv enim Graecis interdū idem quòd Latinis ligare & vincire significat. Germanicè simpliciter, Zuyëiv. Quendel dicitur. Nos sylvestris tantum Serpylli picturam damus. FORMA.

Hortense. Hortense non dissimile est Origano, potissimum quòd ad folia & ramulos ipsos attinet, quos candidiores tantum habet, odore tamen prorsus Sampsy- chum representat. Repit humi, & in rectum non at-

Syluestre. tollitur. Syluestre contra humi non serpit, sed rectis exilibus ramulis & lignosis attollitur, Rute foliis plenis, angustioribus tamen. Flosculos habet sub- purpureos, gustu acres, odore iucundo, radicem mul-

Plinii cr- tisfidam. Plinius secus quam Dioscorides hortense ratum. serpyllum nequaquam, sylvestre verò humi serpere asserit, adeo ut subesse in hoc mendam verisimile sit: res enim ipsa & viuae herbarum imagines satis testatur, Dioscoridis sententiam esse veriorē.

Dioscoridi subscribit Aetius. Neque mirum est magis humi reptare cultum, quòd infirmius humoris copia est, atq; ad eò ramis inualidioribus stare nequit, quàm sylvestre, quod illo rigidius ac lignosius existit.

LOCVS.

Horæ



Hortense non nisi satum prouenit, & Columela la teste, neque pinguem, neque stercoratum, sed apricum locum desiderat, vt quod macerrimo solo nascatur. Syluestre autem in petris, collibus, & montibus plerisque copiosissime nascitur, ita vt eo quasi vestiri videantur. **TEMPVS.**

Syluestre tota estate floret, hortense autem Iunio & Iulio mensibus.

**TEMPERAMENTVM.**

Serpyllum gustu acre est, ob id calidum valde, ita vt menses & vrinam moueat.

**VIRES. EX DIOSCORIDE.**

Syluestre efficacius & maiori calefaciendi vi quam hortense, atque ad vsum medicinae aptius. Menses trahit, & vrinam cit potum. Torminibus, ruptis, conuulsis, iccinoris inflammationibus auxiliatur. Aduersus reptilia potum & illitum. Capitis dolores sedat coctum adiecto rosacco, & aceto madefactum. Maxime vero lethargo & pbrenitidi conuenit. Sanguinis vomitum sedat succus eius quatuor drachmis cum aceto potus.

**EX AETIO.**

Serpyllum ita calefacit vt menses & vrinam ducat. Huius genus duplex. Syluestre efficacius calidiusque hortensi, atque omnino vsum eius in medicina praefertur. Prodest torminibus, conuulsionibus, rupturis, inflammationibus iccinoris, reptilibusque. Potum ac illitum capitis dolores sedat. Madefactum

s iij autem

PLANTARVM HISTORIAE

autem aceto ac decoctū admixto rosaceo lethargicis, & diutinā phrenitim patientibus summopere cōgruit. Præterea drachmæ vnius pondere ex aceto bibitum, sanguinis eiectiones compescit.

EX PLINIO.

Aduersus serpentes efficax, maximè Cenchrim & Scolopendras terrestres ac marinas & scorpiones, decoctis in vino ramis foliisq; . Fugat & odore cominus si vratur, & contra marinorum venena præcipuè valet. Capitis doloribus decoctum in aceto illinitur temporibus, ac fronti cum rosaceo. Item phreneticis, lethargicis, contra tormina & iecinoriū dolores. Folia obolis quatuor dantur ad lienem ex aceto. Ad cruentas excreationes teritur in cyathis duobus aceti & mellis.

EX PLINIO VALERIANO.

Serpyllum calidū, simul nobis vtile medicine vsus ostendit. Capitis dolores coctū ex aceto & rosaceo tēpori ac fronti illitum mitigat. Serpentes & omnia animalia venenata adustum nidore repellit, ideo & messoribus in cibo miscetur, vt si fatigatos fortè somnus oppresserit, tutè quiescant contra animalia quæ hoc tempore venenatis hausibus seuire cōsueverunt. Cōtusi puluis ex scrupulis xij. in aqua datus tormina emendat, vrinae difficultates resoluuit, lienis quoq; iniuriæ idē puluis ex aceto mixtus occurrit. Nec minus cruentis excreationibus subuenit, ex duobus cyathis mellis & aceto tēperatur.

## DE ELYMO. CAP. XCIIII.

Panicum nomen retinet.

NOMINA. *Panicum* *rouy* *Bontroy* *weydt*

**E**λυμος Græcis, Panicum Latinis, Germanis Heydelpfenich, oder Fenich (Gallicè du Panir semblable au Millet) dicitur. Panicum Panicum  
autem à paniculis in quibus semen est, Latini ap- unde di-  
pellauerunt. FORMA. Etum.

Milij similitudine prosilit, denis ut plurimū fo-  
liis luxurians, culmo penè in surculum extenuato,  
nutante, rubido panicularum fastigio, prædensis ac  
ceruato granis, aliàs purpureis, aliàs rufis, nigris a-  
liàs, item & candidis.

## LOCVS.

Satum facillè quouis ferè loco prouenit, leuem  
autè & solutam terrā potissimum desiderat. Nec  
in sabuloso duntaxat solo, sed in arena quoque na-  
scitur, modo humidum cælum, vel riguum solū sor-  
tiatur.

## TEMPVS.

Quadragesimo die postquā satum est absolui, ut  
omnia aestiua, inter omnes conuenit. Quocunq; igi-  
tur tempore satum fuerit, ubi semine prægnans e-  
rit, tum carpendum venit.

## TEMPERAMENTVM.

Refrigerat et exiecat, præsertim si foris illinatur.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Milij similitudinem refert, eodemq; modo in pa-  
nes desingitur, & ad idem accommodatum est, minus

PLANTARVM HISTORIAE

tamen quàm milium nutrit & adstringit.

EX GALENO.

Panicum facultate pauci nutrimenti, & exiccatoria. Sistit quoq; non: hil ventris fluxus, ceu ipsum etiam Milium. Panis itaque eius exigui est alimentum & refrigerans. Constat insuper præaridum & instar arenae aut cineris friabilem esse: caret enim penitus pinguedine & lentore. Iure igitur alium humentem desiccatur, Agricola farina huius cocta admisto adipe suillo & oleo vescuntur. Panicum in omnibus Miliis cedit insuauius esu, concoctu difficilius, venterque magis coercet, minusq; nutrit. Huius farinam interdum cum lacte coctam, rustici veluti triticeam esunt. Clarumq; est id edulium tanto quàm illud per se solum assumptum melius esse, quanto lac huius seminis natura ad boni succi procreationem, aliisque omnia eminentius habetur. Dico autem alia omnia, concoctionem, ventris subductionem, in totum corpus distributionem, adeoq; ipsam in edendo suauitatem & voluptatem. Hoc namque semen nulla gratia aut incunditate commendatur.

EX PLINIO.

Panicum Diocles medicus mel frugum appellauit. Effectus habet quos Milium. In vino potum prodest dysentericis. Similiter iis quae vaporanda sunt excofactum imponitur. Sistit alium in lacte caprino decoctum, & bis die haustum. Sic prodest et ad tormina.

## DE ERICA. GAP. XCV.

Erica Bruiere.

NOMINA. *Hyph*

**E**πεικου Græcis, Erica Latinis, Heyd Germanis  
(Gallicè Briere) dicitur. Officinis inusitata.

FORMA.

Erica fruticosa arbor est, Tamarici similis, multo tamen breuior. Eius flore vtentes apes, reprobum mel conficiunt. Plinius lib. xxiii. cap. ix. fruticem esse scribit non multum à Tamarice differentem, colore Rosmarini, & penè folio. Id quod verè de ea Erica, cuius nos picturam damus, dicitur. Theophrastus etiam Rosmarino similem Ericam facit. Habet flores in candido purpureos.

LOCVS.

In montibus & syluis locisq; arenosis nascitur.

TEMPVS.

Autumno floret sola ferè in syluis.

TEMPERAMENTVM.

Calida & sicca est Erica, id quod in gustu amaritudo satis docet.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Ericæ coma & flores illita serpentium morsibus medentur.

EX GALENO.

Discutiendi facultate prædita est Erica: flore eius potissimum & foliis vtendum.

EX PLINIO.

Erica

PLANTARVM HISTORIAE

Ericen aduersari serpentibus tradunt.

APPENDIX.

Recentiores herbarij præter iam commemoratas, alias facultates addunt, nimirum florum decoctum lumborum ac ventris dolores lenire posse. Succum ex foliis floribusq; elicited, oculis imbecilibus guttatim instillatum, aut foris inunctum conferre.

DE ERYSIMO. CAP. XCVI.

Erysimum in fossis huius partis vrbis luxuriat prope solum. NOMINA.

**E**ρύσιμον Græcè, Irion Latinè vocatur. Officinis nostris incognita. Vulgares herbarij non ineptè Sinapin syluestrem, nonnulli etiam Rapistrum, Germani Hederich & Vuilden senff (Gallicè Velar, ou de la Tortelle) appellat. Sūt qui perperam, eo quòd gustu Erucam imitatur, syluestrem Erucam nominant. Alia enim est Eruca sylvestris

**Rapistrum** ab ea quam Rapistrum nominant herba, vt suo loco dicemus. Erysimon quidam ἀνώγειν ἔπειν ἔπειν ἔπειν nomen mutuatum esse credunt, id est, à multiplici ruca. foliorum sectione: nam Eruca modo laciniata conspiciuntur. Alii ab oleris præstantia dictum vident, quasi ἐπίτιμον, quod est preciosum & nobilitum. Mihi ἀνώγειν ἔπειν potius dictum esse videtur, Irion quæ quòd ob suam caliditatem maxima trahendi facultate prædita sit. Latini autem Irionè ab irruendo dixerunt, quòd ignea vi, & feruido sapore irruat in gustum.



## FORMA.

Folia habet syluestri Erucæ similia, caules lorî modo flexiles, flores luteos. In cacumine siliquas corniculorû figura, vt Fœnigræci graciles in quib. semina continentur parua, Nasturtio similia, gustu feruido. Hæ utiq; notæ in vniuersum omnes herbæ illi quâ pictâ hîc exhibemus adamussim quadrât.

## LOCVS.

Nascitur passim prope vrbes, domorum areas, rudera & hortos.

## TEMPVS.

Per integram æstatem floret, autumno autem semen in siliquis profert.

## TEMPERAMENTVM.

Semen Erysimi haud secus quàm Nasturtij calfacit & exiccat. Herba etiam ipsa arefacta similem semini vim obtinet. Humida tamē ac viridis, multo semine inferior est.

## VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Erysimi semen thoracis fluxionibus purulentis, tussientibus, regio morbo, coxædicum doloribus linteum cum melle confert. Bibitur etiam contra leætalia venena. Ex aqua aut melle illitum, occultis carcinomatibus, duritiis, parotidibus, testiû ac mæmarum inflammationibus prodest. In vniuersum extenuat & calefacit. Mitius ad eclegmata fiet, si aqua madesiat & torreatur, aut linteolo illigatum circumlita pasta perassetur.

EX

PLANTARVM HISTORIAE  
EX GALENO.

Irionis semen sicut gustu Nasturtio simile apparet, ita facultate igneum est & excalefactoriu. Porro ubi in eclegmate uti ex vsu est, praestat aqua premaceratum torrere, aut linteolo illigatu subindeque crusta pistoria inuolutum affare. Vtile est cum eclegmatis ad promouendas crassorum lentorumque in thorace & pulmone humorum expuitiones. Quin & parotidas induratas, atque duritias mammarum & testiculorum veteres iuuat. Refert Dioscorides, quod cum aqua & melle illitum, oculis proficit cancris.

EX PLINIO.

Vtilissimum tussientibus cum melle, & in thoracis purulentis excreationibus. Datur & regio morbo, & lumborum vitiis, pleuriticis, torminibus, caeliacis. Illinitur vero parotidum & carcinomatum malis. Testium ardoribus ex aqua, alias ex melle. Infantibus quoque utilissimum. Item sedis vitis & articulariis morbis cum melle & fico. Contra venena etiam efficax potum. Medetur & suspiriosis. Item fistulis cum axungia veteri, ne intus addatur.

DE HELXINE CISSAMPELO.

CAP. XCVII.

Helxine Cissampelos à ligando lizer & lizeron.

NOMINA.

**E**λξίνιον & μωελος græcis, Helxine cissampelos et Convolvulus Latinis nominatur. Vulgus  
hera

*Clorigens frange*

herbariorū & officina, Volubile mediam & Vitalem appellant, Germani Mitteluuinden, oder Viteallis. Vuingartenuinden (Gallie Campanette, Cissampes ou Vitreole, aliis Iuzet) Rectè autem Cissampelos quare los dicitur: in vineis enim potissimum nascitur, & dicitur folio hederaceo. Conuolulus verò, quòd crebra reuolutione vicinos frutices & herbas implicet. lus.

## FORMA.

Folia habet Hederae similia, minora tamen. Ramulos exiguos circumplectentes quodcunque contigerint. Folia denique eius scâsili ordine alterna subeunt. Flores primum candidos Lilij effigie, dein in puniceum vergentes, profert. Semen angulosum in folliculis acinorum specie.

## LOCVS.

In vineis nascitur, vnde etiam ei appellatio Cissampeli, vt diximus, indita est.

## TEMPVS.

Aestate, potissimum autè Iulio & Augusto mensibus, floret.

## TEMPERAMENTVM.

Calidam esse ex viribus quas illi veteres tribuunt, facillè conicere licebit.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Succus foliorum eius potus, aluum subducendi facultatem obtinet.

## EX GALENO.

Helxine, quæ & Cissampelos nūcupatur, digerendi

PLANTARVM HISTORIAE  
vendi facultatem habet.

DE HEPTAPHYLLO.

CAP. XCVIII.

Heptaphyllum tormētilla quauis & vulgare pentaphyllum sæpe cum foliis septē inuenitur, vt Tormentilla cum quinque.

NOMINA.

Βερβιναριον  
τορμεντιλλο

Tormen-  
tilla.

Heptas-  
phyllon.

**E**πτάφυλλον Græcè, septifoliū Latinè, vulgò Tormentilla nominatur. Sunt ex recentioribus qui perperam Bistortam vocent. Germanicè Tormentill, Rotheil Vurtz (Gallicè Tormétille) appellatur. Heptaphyllon autē à septenario foliorum numero dicta est. **FORMA.**

Quinquefolio similima est, nisi quòd septem non quinque habet folia, utrinque lanuginosa, exigua, parua, serrata, caulem certis ferè interstitiis ambentia, flores luteos, radicē puniceam ac modicè intortam. Ex hac descriptione omnibus constare puto, herbam nostris Tormentillam dictam, non esse Dioscori

Tormētillaris Quinquefolium. Hoc enim, vt reliqua omnia la non est tam, radicem non intortam, sed rectam & oblongā Quinquefolium habet. Plinius etiam lib. xxv. cap. ix. herbā quinquefolium incipere & desinere cum vite scribit. Tormentilla autem non maturè prouenit, sed cū vites iam florent. Accedit quòd hæc in montosis & syluestribus incultisq; hoc verò pratis, cultis & aquosis in locis potius prouenit. Apuleius etiam utranque herbam seorsim describit.

## LOCVS.

Nascitur montosis, vt diximus, locis ac syluis.

## TEMPVS.

Serò ac cum iam vites florent, herba hæc apparere incipit.

## TEMPERAMENTVM.

Recentiores iudicant hæc herbam in tertio ordine frigidã & siccam esse. Caterum non esse frigidam, potissimũ in tertio ordine facultates eius abũdè declarant. Gustus etiam adstrictionem illã tãta frigiditate prorsus carere palàm ostendit. Quare cum easdem quas Quinquefoliũ facultates habeat, idem etiam temperamentum obtineat necesse est. Erit itaque radix desiccatoria ex tertio ordine, nullatenus tamen manifesta caliditate participans.

## VIRES EX APVLEIO.

Heptaphyllo herba trita & cum oleo mixta, pedes perunges, & tertio die dolorem tollit.

## EX RECENTIORIBVS.

Facultatem obtinet glutinandi vulnera. Farina herbe vel radicis ex succo Plantaginis propinatur in difficultate vrinæ. Eadem resperso vulnera ad cicatricẽ perducit. Cum albo oui subacta & sigillatim decocta, datur cholericis. Foliorũ vis deploratis fistulis instillatur, neque non oculis ad discentiendas nubeculas. Ad putrescẽtia oris vlcera herba & radix comanducata, & in ore retenta valent. Herpetas, strumas, duritias, tumores, aneurismatãque sanant.

PLANTARVM HISTORIAE

nat. Et vt antea diximus, facultates ferè easdem  
 quas Quinquesfolium obtinet. Quapropter venenis  
 resistit, dysenterias, & omnes sanguinis eruptiones  
 compefcit.

DE ERUCA. CAP. XCIX.

Erucam  
 vult mostre rancid

ErUCA nobis Roquette.

NOMINA.

**E**ϋζωμορ Græcis, Eruca Latinis, officinae Latini-  
 num nomen retinuerunt, Germanis Vveisz  
 senff (Gallicè de la Roquette) appellatur. Euzo-  
 mos autem Græcis, quoniam iura commendet, hæc  
 beatq; in eisdem peculiarem gratiã, dicta est. Eruc-  
 cam verò ideo nominatam volüt quòd erodat: hæc  
 Eruca. enim vbi degustaueris, os & linguam satis acriter  
 vellicat.

GENERA.

Duplex est Eruca. Vna hortensis seu satiuã, quæ  
 Germanis zam Vveisz senff dicitur. Altera syl-  
 uestris iisdem Vuilder Vveisz senff appellatur.

FORMA.

Sesquipedali thyrso consurgit satiuã, folio longo,  
 angustoque, in profundas sed rariores crenas laci-  
 niato, gustu præter modum acri, floribus pallidior-  
 ribus, semine in siliquis rapi, vel sinapi, firmo, radice  
 candida. Syluestris folio satiuæ simili, strictiore  
 tamen & minore flore luteo.

LOCVS.

Satiuã in hortis nascitur. Syluestris Hispaniæ fa-  
 miliaris.



miliaris: prope tamē aquas prouenit magna copia. Que autem apud nos creditur esse syluestris Eruca, ea non est, sed Erisimon, de qua quidem herba suo in loco abundē scripsimus.

## TEMPVS.

Satiua tota aestate floret: syluestris autem circa Calendas Iunij potissimum erumpit: alio enim tēpore vix reperitur.

## TEMPERAMENTVM,

Temperamentum Erucæ idem cum temperamēto Erisimi.

## VIREs. EX DIOSCORIDE.

Cruda Eruca satiuā largius comesta venerē stimulat. Idem potest semen eius, quod vrinam cit, coctionem adiuuat, aluumq; bonū efficit. Utuntur semine ad condimenta. Quod vt plurimo tēpore seruetur, aceto vel lacte maceratum, & in pastillos digestum recōdunt. Syluestris semine homines in Hispania sinapis vice vtuntur. Est autem ad ducendā vrinam efficacior, & multo quā satiuā acrior.

## EX GALENO.

Olus hoc perquam manifestē calefacit, ad cō vix non faciliē solūm absque iunctis Lacluca foliis edatur. Quinetiam genitale semen augere creditur, & in venerem stimulos addere. Caput magis dolore afficiet si solum edatur.

## EX PAVLO.

Eruca tēperamēto Erysimō similis, flatulenta est, & ob quod

PLANTARVM HISTORIAE

ob quod ad venerē instigat. Semē eius vrinā quod  
mouet. Ceterū syluestris domestica valentior est.

EX PLINIO.

Eruca diuerse est quā Lactuca natura cōcitat  
trix veneris: idcirco iungitur illi ferē in cibus, vt nī  
mio frigori par feruor immixtus tēperamētū aquet.  
Eius semen scorpionū venenis & muris aranci me-  
detur. Bestiolas omnes innascētes corpori arcet. Vis  
tia cutis in facie cū melle illitū. Lētigines ex ace-  
to. Cicatrices nigras traducit ad candorem cū felle  
bubulo. Aiunt verbera subituris potū ex vino, du-  
ritiam quandam contra sensum inducere. In cōdiē  
dis opsoniis tanta est suauitas, vt Græci euzomon  
appellauerint. Putāt subtrita Eruca si foueantur os-  
culi, claritatem restitui. Tussim infantium sedari.  
Radix eius in aqua decocta, fracta ossa extrahit.  
Trita folia syluestris Erucæ sinistra manu decerpta,  
& trita ī aqua mulsa, si bibātur, venerē stimulat.

DE EUPATORIO ADVLTERINO.

CAP. C.

Eupatorium adulterinum quod hactenus  
officinæ celebrarunt.

NOMINA.

**N** Vm herba hæc veteribus Græcis & Latinis  
cognita fuerit, & quo nomine ab iisdem ap-  
pellata sit, mihi nondum constare ingenue fateor.  
Officina. Officinæ tamen ferē omnes pro Eupatorio vero,  
rū error. cū tamen non sit, haud sine magno errore vtun-  
tur.

*Hoc Plin. frangit*

tur. Hinc cum nomen aliud non esset quo illam appellarem, Eupatorium adulterinum nominare placuit. Germanicè Kunigundkraut, hoc est, herba riū adulterinis. Kunigundis vocatur, & Vuasserdoft, (Gallicè Curaige) ab Origani similitudine, & quòd iuxta aquas proueniat. Aliis Hirtzenklee, quòd vulnerati cerui sibi hac medeantur herba.

## FORMA.

Caulem edit rotundum, purpureum, geniculatū, solidum & hirsutum, circa quam alæ panduntur, folia longa, canabinis ferè similia, amaraq;. Flores in summo paruos coaceruatos, in candido purpurascentes, tandem in pappos tenues abeuntes. Radicem multis fibris capillatam & inutilem. Errant haud dubiè qui herbam hanc Dioscoridis Hydro-piper esse putant. Nam etsi ferè tota eius herbæ facies floribus demptis, Hydro-piperis delineationi respondet, tamen quia nulla prorsus piperis in foliis aut floribus acrimonia apparet, non est cur Hydro-piper dici possit aut mercatur.

## LOCVS.

In fluminum ripis, alijsq; locis humidis nascitur, potissimum verò iuxta residues aquas, aut tardo fluxu prorepentes.

## TEMPVS.

Iulio & Augusto mensibus floret.

## TEMPERAMENTVM.

Gustu vehemèter amara est, vt calidam & sic-

PLANTARVM HISTORIAE

eam esse in secundo ordine, aut in medio tertij non sit dubium.

VIRE S.

Haud dubiè herba hæc abstergit, expurgatque, & quæ in venis est, crassitiem incidit: quamobrem menses & urinas mouet, educēdoq; ex thorace pulmoneq; puri auxiliatur, aliasq; facultates amari saporis, quas recenset Galenus lib. iij. de Simp. med. facu! cap. xvij. obtinet. Potest itaque obstructions iccoris & lienis aliarumq; partium corporis soluere. Ex recentioribus sunt qui hanc vulnerariã esse tradunt, neque temerè: id ipsum enim posse, siccitas eius testatur. Suffitum præterea eius herbæ venenatas fugare feras iidem scribunt. Evidentissimum verò est hanc etiam contra venena esse admodum efficacem.

DE EREBINTHO. CAP. CI.

NOMINA.

*Cinny*  
**E**ΡΕΒΙΝΘΟΣ græcè, Cicer latinè, officinæ latinū nomen retinuerūt, Germanicè zyffern (Gallicè pois cices) nominatur.

GENERA.

Tria præcipua sunt Cicerum genera, album, rufum & nigrum. Nos ex iis tribus nigri tantum pieturam damus. Differunt potissimum in floribus: hoc enim vt cernis purpureos, album verò candidos flores producit.

FORMA.

Cicer

Cicer satiuū caule est lignoso, obliquo. foliis exiguīs, multis, circinatis, flore albo vel purpureo, siliquis rotundis, radice tenni & non admodum longa.

## LOCVS.

Pullo crassoque solo gaudet.

## TEMPVS.

Floret Iunio & Iulio mensibus, atque subinde in siliquis semen producit.

## TEMPERAMENTVM.

Calidum & siccum est primo in ordine.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Cicer satiuum bonam facit aluum, urinā cit, inflammationes parit, cutis colorem commendat, menses & fetus educit, lac auget. Cum Eruo decoctum illinitur ad inflammationes testium & myrmecias. Ad scabiem, acoras, impetigines, vlcera cōcrescētia & maligna, cum hordeo & melle. Alterum genus arietinum nominatur. Vtrunque cit urinas, dato cum Rosmarino contra regium morbum & cutem subeuntes aquas eorum decocto. Lædunt autem vesicā exulceratam & renes. Contra myrmecias & acrochordonas iubent aliqui noua luna singula earum capita eminentiāsve singulis Ciceribus tāgere, desligatāq; in lindeolo semina illa post se abiicere, vs acrochordones decidant.

## EX GALENO.

Cicer legumen est flatuosum quod nutrire potest, aluo mouendæ habile, ciendæ urine idoneum, &

PLANTARVM HISTORIAE

semini generando aptum. Prolicet verò & menses. Porro quod vocatur arietinum, ceteris efficacius urinam prouocat. Decoctum eius calculos renum confringit. Reliquum autem Cicerum genus quod Orobiæum vocant, eadem vi pollet, puta attrahendi, digerendi, incidendi, extergendi. Lienem & iecur, & renes expurgant, scabièsque & impetigines extergunt. Parotidas & testes induratos discutunt. Maligna etiam vlcera cum melle sanant.

EX SIMEONE ANTIOCHENO.

Cicera difficulter cõcoquantur & excrementa gignunt. Venerem stimulat, magisq; quam fabæ nutriunt, obstructions tollunt, & menses educunt. Habent salsam simul & dulcem qualitatem, & ob saluginem ventrem mouent, propter dulcedinem autem urinam. Inflationes quoque faciunt, & lac gignunt, extergendiq; facultatem obtinet. Nigra medicamentosam vim habent: urinã enim vehementissimè mouent, & calculos renũ & vesicæ frãgunt. Nullũ verò legumen sic vt Cicera, præcipuè autem nigra & parua, lapides frãgere potest. Id verò magis eius ius, quod tamẽ vesicæ morbis supra cetera legumina officit. Cicera verò rubra calidiora & crassiorũ sunt partiũ quã alba. Oĩa autẽ urinã ducunt. Madefacta nocte vna ï aqua & sumpta, lumbicos eiiciunt, sed qui vitur, sex ieiunet horas oportet. Imposita vt cataplasma parotidibus, molliũt & discutitũt tumore. Farina horũ aceto suba  
sta,



Etia, & scabiosis inuncta prodest. Ius eorūdem ictericos inuat, & vrinam albā reddit. Oportet verò iis neque ante cibum, neque post vti, sed in medio.

## DE ECHIO. CAP. CII.

Echion in viis frequēs agro Pharrhifino.

NOMINA. *vulgar. officinorū*

**E**χιον, ἢ ἀλκιβιάδιον græcis, Echion & Alci-  
biacum latinis dicitur. Officinis ignotū. Vul-  
gares herbarij syluestre Buglossum nominant, quos Buglossū  
sequētes Germani Vuild Ochsenzungen, Gal- syluestre.  
licè Pois cices) appellant. Echion autem dictū vo Echion  
lunt, quòd contra ferarū icterus sit vtile. Alij quòd quare di-  
florescit capitulis viperæ similibus. Rectius Diosco etum.  
rides, quòd semina viperino capiti similia habeat.

## FORMA.

Folia obtinet oblonga, aspera, tenuia, Anchuse  
proxima, minora tamē & pinguia. Habet & acu-  
leos exiles foliis adiacentes. Cauliculos tenues mul-  
tos, & vtrinque foliola tenuia, pennata, nigra, mi-  
nora proportione ad cacumen caulis. Iuxta folia flo-  
res purpureos, in quibus semen est viperino capiti si-  
mile. Radix digito exilior, subnigra. Ex qua sanè  
delineatione sole clarius fit, herbam cuius picturā  
hīc exhibemus esse Echion. Folia enim habet præ-  
longa, hisuta, tenuia, ad Anchusam accedētia, mi-  
nora tamen pinguiāque, tenuibus spinis horridula,  
cauliculos tenues, numerosos, minutaq; folia vtros-  
que latere dependentia, nigra, in summo caule

## PLANTARVM HISTORIAE

minuscule, inter quæ purpurei flores emicant, in quibus semina viperarum capitulis similia insidēt, à ceruice paulatim in rostellum extenuata, tumidior e superna parte, in qua quædā prominula quasi sedes oculorum apparent, id quod ego hisce oculis non semel, sed iterum atque iterum conspexi. Radix digito tenuior nigricat.

### LOCVS.

Vbiq; ferè ad itinera, & in asperis locis nascitur.

### TEMPVS.

Iunio mense floret.

### TEMPERAMENTVM.

Calidum esse citra tamen insignem siccitatem inde coniicitur, quòd lactis procreatricem facultatem obtinet. Medicamenta enim, Galeno lib. quinto, capite vigesimo de Simp. med. facul. teste, quia pituitosos humores calefacientia in sanguinem vertunt, lac procreare solent.

### VIRE. EX DIOSCORIDE.

Radix nõ solum iis qui à serpentibus morfi sunt succurrit pota cum vino, verumetiam presumentes eam ne feriantur facit. Idem præstant folia & semen. Sedat etiam dolores lumborum, & cum vino aut sorbitione sumpta lac proritat.

### EX PAVLO.

Echion spinosa herba est, quæ non modo à serpente commorsis cum vino pota auxiliatur, sed presumentes quoque percuti non patitur.

## DE ELEOSELINO.

## CAPVT. CIII.

NOMINA. *ἰακκὲ εἴρη*

**E**λεοσέλινο, ἢ ἰδ' εἰσοσέλινο *græcis*, *Apium* palustre & rusticum *latinis*, Germanis Vuasfer epff, oder Eppich, oder bauren eppich (*Gallicè* de Lache, ou esgrun persil) nominatur. Sic dictum *græcis*, quòd in paludibus & aquosis locis proueniat.

## FORMA.

*Apio satiuo maius est, caule tenero, concauo, folio molli, raro nec hirsuto, simile Apio sapore, odore, floribus, semine & radice.*

## LOCVS.

*Nascitur in paludibus & aquosis locis.*

## TEMPVS.

*Iulio mense floribus & semine prægnans est.*

## TEMPERAMENTVM.

*Idem quod Apium satiuum temperamētum obtinet.*

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

*Eadem omnia quæ satiuum potest.*

## EX PLINIO.

*Elcoselino vis priuata contra araneas.*

## DE ELLEBORO ALBO.

## CAP. CIIII.

*Ellebori radice nobis sola cogniti, noster enim elleborine quædam verius fuerit.*

NO

PLANTARVM HISTORIAE

NOMINA. *nigrum*

**E**λλέβορος λευκός Græcis, Elleborus cādidus  
& Veratrum album Latinis, officinis pariter  
Latinis Elleborus albus, Germanis Vuesiz nie:z  
uurtz (Gallicè Ellebore blanche) appellatur.

Elleborus Elleboron autem Græci dictum volūt, quòd cibum  
cur dictus corporis eripiat. Album à radice vocarunt, quæ ni-  
Albus qua gri respectu candida est.

re cogno-

FORMA.

minatus.

Plantagini similia folia obtinet, aut Betæ sylue-  
stris, breuiora tamen, nigriora, & colore rubentia.  
Caulem palmi altitudine, cauum, quum sicari in-  
cæperit corticibus seu tunicis inuolutum. Radices  
illi subsunt numerosæ. tenues, ab exiguo & oblongo  
capite ceparum modo prodeuntes. Quod autè Dios-  
scorides dicit colore rubere folia, id de costis eorum  
intelligendum erit.

LOCVS.

Nascitur in montanis locis frigidis & asperis.

TEMPVS.

Radices eius per messem legenda sunt.

TEMPERAMENTVM.

In tertio ordine est excalescētium & exiccātium.

VIRE. EX DIOSCORIDÈ.

Optimus habetur qui mediocriter extensus est  
& albus, fragilis, carnosus, nō acuminatus, in celsis-  
que, aut quæ frangitur pulverulentus, exilem in e-  
riorem medullam habens, gustu non admodum fer-

uens, neque saliuam confertim ciens. Huiuscemodi autem strangulat. Purgat vomitionib. varia educens. Miscetur collyriis, quæ claritati oculorû officientia purgare possunt. Menses ducit, & fetus in utero appositus enecat. Sternutamenta cit, & mures interficit, cum melle & polenta subactum. Carnes simul coctum minuit. Datur ieiunis per se & cum Sesamo, aut Ptisanæ succo, aut Alicæ, aut mulsæ, aut pulte, aut lenticula, aut alia sorbitione. Panni compingitur & torretur. Apparatus & victus ratio ab iis tradita est, qui de ratione & modo dandi eius, dicato priuatim opere, scripserunt. Potissimum autè Philonidi Siculo ab Emma subscribimus. Longum enim esset ei qui de medica materia agit, curandi quoque rationem docere. Dant autè aliqui cum copiosa sorbitione, aut succo multo, aut modicâ cibum dari præcipientes, statim Elleborum offerunt, præsertim iis in quib. suspecta timendâve erit strangulatio, aut corporis imbecillitas imminet: tutò enim ea sic peragitur purgatio, quòd non intempestiuè medicamentum corporibus cibo munitis accedat. Sedi etiam balani ex Elleboro subdita cû accero, vomitiones eliciunt.

## EX GALENO.

Elleborus extergentis simul & excalfacientis facultatis est. Quamobrem ad alphas, impetigines, scabies, leprasq; accommodus est. Quinetiam si in fistulam callo induratum infundatur duobus tribusve

PLANTARVM HISTORIAE

hūisve diebus, callum detrahit. Dentibus si cū aceto colluantur prodest.

EX PLINIO.

Candidum veratrum vomitione, causasq; morborum extrahit: quondam terribile, postea tā promiscuū, vt plerique studiorum gratia ad providenda acrius quæ cōmentabantur, sepius sumptitauerint. Carneadem responsurum Zenonis libris: Drusum quoque apud nos, tribunorum popularium clarissimum, cui ante omnis plebs adstās plausit, optimates verò bellum Marsicum imputauere, constat hoc medicamēto liberatum comitali morbo in Anticyra insula. Ibi enim tutissimè sumitur, quoniam vt diximus, Sesamoides admiscet. Italia veratrū vocat. Farina eius per se & mixta radice qua lanas diximus lauari, sternutamentū facit, somnūque. Leguntur autem tenuissimæ radices breuesq; ac veluti decurtate etiam hæ. Nā summa quæ est crassissima, cepis similis, canibus tantū datur purgationis causa. Antiqui radicem corticemq; carnosissimum eligebant, quò tenuior eximeretur medulla. Hanc humidis spongiis opertam turgescentēque, in longitudinem sindebant. Deinde fila in umbra siccabant, iis vtentes. Nunc ramulos ipsos à radice sua grauissimi corticis, ita dantes. Optimum quod acre gustu, feruensq; in frangendo puluerem emittit. Optimum præterea quod celerrimè mouet sternutamenta, sed multo terribilius nigro, præcipue



puè si quis apparatus poturorum apud antiquos legat, contra horrores, strangulatus, intempestiuas somni vires, singultus infinitos, aut sternutamenta, stomachi dissolutiones, tardiores vomitus aut longinquiores, exiguos aut nimios. Sed antiquorum vitium erat, quòd propter hos mctus parcius dabāt, cum celerius erumpat, quòd largius sumitur. Themison binas non amplius drachmas donauit. Sequentes et quaternas dedere, claro Herophili præconio, qui Elleborum fortissimi ducis similitudini æquabat. Concitatis enim intus omnibus, ipsum in primis exire. Præterea mirū inuentum est, quòd incisum forficulis, cortex remanet. Hoc inanito, medulla cadit. Hæc in nimia purgatione data, vomitiones sistit. Cauendum est felici quoque cura, ne nubilo detur die, quippe impatientes cruciatus existūt. Nam æstate potius quàm hyeme dandum, nõ est in dubio. Corpus septem diebus præparandum cibis acribus, abstinentia vini, quarto & tertio die vomitionibus, pridie cœnæ abstinentia. Albū è dulci datur, aptissimè verò in lacte aut pulte. Nuper inuenere dissectis raphanis inserere Elleborum, rursusq; comprimere raphanos, vt transeat vis, atque eo lenimento dare. Reddi post quatuor serè horas incipit. Totum opus septenus peragitur horis. Medetur in morbis comitialibus, vertigini, melancholicis, insanientibus, lymphaticis, elephãtiæ albæ, lepris, tetano, tremulis, podagricis, hydropicis, incipientibusq;

PLANTARVM HISTORIAE

pietibusque tympanicis, stomachicis, spasticis, clinicis, ischiadicis, quartanis quae aliter non desinat, tussi veteri, inflammationibus, torminibus redeuntibus. Vt autem dari senibus & pueris. Item mollibus & foeminei corporis animae, ve exilibus, aut teneris, et foeminis minus quam viris. Item timidis, aut si exulcerata sint praecordia, vel tumeant, minimaeque sanguinem excreantibus, vel latere vel faucibus. Medetur extra corpus eruptionibus, pituita cum axungia illitum. Item suppurationi veteri. Mures polenta admixtum necat. Musca quoque necantur albo trito, & cum lacte sparsa. Eodem & phthiriasis emendatur.

*hyaly hly hlystrant  
of. d. v. r. n. g.*

DE ELLEBORO NIGRO  
ADULTERINO. CAP. CV.  
NOMINA.

Elleborus  
niger ad-  
ulterinus  
cur dictus

H Erbam hanc cuius picturam damus non esse verum Elleborum facile constabit, si eam ad descriptionem referas. Verum quum magna pars hodie medicorum pro Elleboro nigro, neque tamen citra summam efficacitatem, utatur, adulterinum nigrum Elleborum appellare placuit. Germanis Christuurtz dicitur, non alio sane nomine quam quod circa seruatoris nostri CHRISTI natalem diem flores, modo calido in loco sita sit herba, producat. Ceterum etsi genuinus Elleborus non sit, tamen non admodum ab illo abluat descriptio, nec viribus multo inferior est, ut

in alterius topia huius vsus citra errore esse possit.

## G E N E R A.

Duo eius esse genera deprehendimus. Vñ quod officinae hodie Elleborum nigrum, Germani verò Christuartz, vt diximus, nominant. Nos certioris discriminis causa, Elleborum nigrum adulterinum hortensem appellauimus, quòd scilicet sua sponte, Hortēsis. & nisi plantatum sit, in hortis non proueniat. Alterum quòd syluestre sit, & sponte sua nascitur, Elleborum nigrum adulterinum syluestrem nuncupamus. Syluestris Germanis Leufzkraut dicitur. *shâs vâlsê hucxnyf*

## F O R M A.

Hortensis caulem, vel potius pediculū habet oblongū & foliis nudum, nisi in summo, vbi folia oblonga, angusta, pluribūq; diuisuris incisa, atque adeò in ambitu serrata producit. Florem habet herbaei coloris. Radices tenues, nigras, veluti à capitulo cepearum pendentes. Syluestris priori non admodum dissimilis est, nisi quia caulem obtinet crassiorē, foliaq; minora. Florem etiam etsi herbaceum habeat, tamen è medio eius, folliculi, aut siliquae duae aut tres, in quibus semen est, exeunt.

## L O C V S.

Hortensis, vt dictum est, passim in hortis nunc prouenit: syluestris in montibus asperis, lapidosis ac sublimibus.

## T E M P V S.

Hortensis hyeme, circa CHRISTI nimirum natalem,

PLANTARVM HISTORIAE

natalem, vt comprehensum est, floret. Syluestris autem verè & initio aestatis.

TEMPERAMENTVM.

Quò experientia testetur Elleborum nigrū adulterinum, potissimum hortensem, eandem quam genuinum habere facultatem, idem etiam obtineat temperamentum necesse est. Calidus itaque & siccus in tertio ordine erit.

VIRE S.

Purgat perinde atque genuinum inferiorem ventrem, pituitam & flauā bilem ducens. Prodest comitiali morbo laborantibus, melancholicis, insaniētibus, articulorum doloribus correptis, & resolutis. Menses in pessio subditis trahit. Fœtus necat. Porro cum illis etiam insit extergendi vis, alphas, impetiginos, scabiem, leprasq; curant. Erodentibus medicamentis commiscetur. Ad eoque syluestris non temere, quod pediculos interficiat, Leuzkraut Germanis meis dicitur. Non verò pediculos tantum, verum etiam oues & alia animantia comestus necat.

DE HELXINE. CAP. CVI.

Helxine Parietaria nobis.

NOMINA.

Ἑλξίνη, ἢ Πεδιναίον Græcè, Helxine & Vrecolaris Latine nominatur. Officinae vocant parietariam, & dempta vna litera Paritariam. Vulgus Muraliū & Muralem, Germani Tag vnd nacht, S. Peterskraut, oder Glaszkraut. (Gal-

licè

glad' reyt  
mura' tagt



PLANTARVM HISTORIAE

dusta, incipientes panos, inflammationes omnes, & edemata. Succus eius cerussæ mixtus, ignib. sacris & iis quæ serpunt malis vtiliter illinitur. Inungitur podagris cum cerato Cyprino, vel seuo hircino. Diurnas tusses adiuuat, cyathi mensura abso- sorptus. Contra inflammatas tonsillas gargarrissatus & illitus prodest. Aurium quoque dolores cum rosacco infusus iuuat.

EX GALENO.

Vim habet abstergendi & paulatim constringendi ac refrigerandi. Quare phlegmonas omnes inter initia, & in augmento vsque ad statum sanat, maximè calidas. Quinetiam incipientibus phygethlicis cataplasmatibus ritu illinitur. Succus quoque eius ad dolores phlegmonosos mediocriter profuerit. Gargarriz adam item nonnulli exhibent ad paristhmia. Aliqui etiam medicorum iis qui diutina tussi vexantur, illam exhibuerunt. Certè euidentis extergendi experimentum præbet & in vasis vitreis.

EX AETIO.

Exterit alopecias & impetigines priuatim assidue illita. Sedis hæmorrhoidas aperit, fistulis medetur, & sinus cohibet trita & cum modico sale apposita.

EX PLINIO.

Hæc insicit lanas, sanat ignes sacros, tumores, collectionesq; omnes & adesta. Panos succus eius eum- psimythio, & guttura incipientia turgescere. Itè veterem



veterem tuſſim cyatho hauſto. Et omnia in humi-  
do. Sicut tonſillas & varices cum roſacco. Imponi-  
tur & podogris cum caprino ſeuo ceraq; Cypria.

## APPENDIX.

Monēdi ſunt hoc loco medici vt rectum Helxi-  
nes vſum diſcant. Nam hætenus non rectè eam in  
frigidis vitiis pro fomento uſurparunt, cum refrige-  
randi conſtringendique vim habeat. Cæterum cum  
abſtergendi quoque illi facultas inſit, poteſt etiam  
calculoſis, & iis qui difficultate vrinæ laborāt ex-  
hiberi potiſſimum ſi aliquid cōſimilem facultatem  
obtinens ei admisceatur. Sic Actius ſedis hæmorr-  
hoidas aperire tradit, ſi trita cum ſale, cui etiam  
abſtergendi vis inēſt apponatur. Quare qui cal-  
culoſis hanc herbam propinant, curent vt aliquid  
quod abſtergendi facultatem habeat, commiſceāt.

## DE ERYTHRODANO.

## CAP. CVII.

Rubia ſatiua nobis Garance, & ſylueſtris  
frequens.

NOMINA. *μερμερ*

**E**ρυθρόδανον Græcè, Rubia Latine vocatur. Rubiacum  
Officinæ rubeam tinctorum appellant. Græcè vocata  
manicè Rote (Gallicè Garance) nominatur. A ri-  
bore radicis, quo lana & coria tinguntur, factum  
illi vtrunque nomen eſt.

## GENERA.

v ij

Dioſcoz

PLANTARVM HISTORIAE

Satiua.

Dioscoridi & aliis duo Rubiæ sunt genera. Altera enim satiuæ est, altera verò sponte prouenit, et syluestris existit: nec esse videtur alia quàm quæ à nostris Stellaria vocatur.

FORMA.

Caules satiuæ quadranguli, longi, asperi, similes Aparinæ, multo tamen maiores robustioresq; folia per interualla in singulis geniculis habentes, stellarum modo in orbem circumiacentia. Fructus rotundus, per initia viridis, mox ruber, postea cum maturit niger. Radix tenuis, longa, rubra. Syluestris item caules quadrangulos, vt diximus, emittit, folia per interualla in singulis geniculis stellarum instar in orbem circumiacentia, flores candidos, radicem tenuem, longam & rubram, adeò vt suo colore tingere etiam videatur.

LOCVS.

Nascitur in plerisque nunc Germaniæ locis, agropotissimum Argentoracensi & Spirensi. Seritur autem propter emolumentum quod ex ea questuosissimum sentitur.

TEMPVS.

Aestate colligitur fructus, & subinde etiam effuditur radix.

TEMPERAMENTVM.

Calida est in secundo ordine, & sicca in tertio.

VIRE. EX DIOSCORIDÈ.

Radix urinam ciet, qua de causa regio morbo laborantibus

borantibus cum aqua mulsa auxiliatur: itē ischias diacis & resolutis. Vrinam multam & crassam discutit, nonnunquam etiam sanguinem. Bibentes quidē quotidie lauari oportet, & excrementorū quę redduntur differentiam spectare. Aduersus venenatorum morsus succum cum foliis bibere prodest. Semen ex oxymelite potum, lienem absorbit. Apposita radix, fetus, menses, & secundas trahit. Albas vitiligines ex aceto illita sanat.

## EX GALENO.

Rubia tinctorum radix acerba & gustu amara est. Itaque quacunque agere diximus vbi eiusmodi conuerint qualitates, ea omnia in hac radice luculenter conspicies: quippe quum & lienem & iecur expurget, et urinam crassam copiosamq; ac nonnunquam etiam sanguinolentam moueat. Quin & menses ciet, ac mediocriter quę extersionem postulant, extergit: proinde vitiligines albas cum aceto illita inuat. Sūt qui eam ischiadicis & resolutis in potu cum melicrato exhibeant.

## EX PLINIO.

Erythrodanū, quam nos Rubiam vocamus, quę tinguntur lane, pellesq; perficiuntur, in medicina urinam cit, morbum regium sanat ex aqua mulsa, & lichenas ex aceto illita: & ischiadicos & paralyticos, ita vt bibentes lauentur quotidie. Radix semenq; trahūt menses, aluum sistunt, & collectiones discutunt. Contra serpentes rami cum foliis impos-

PLANTARVM HISTORIAE

nuntur. Folia & capillum tingunt. Inuenio apud quosdam morbum regium sanari hoc frutice, etiam si adalligatus spectetur tantum.

DE ZEA. CAP. CVIII.

Zea spelta nobis.

*Speltz*

NOMINA.

**Z**εα Græcis, Zea & Semen Latinis, vulgo & Italis Spelta dicitur. Gallicè de l'espèau (Semen autem latini à præstantia frugis appellarunt. Hinc est quòd Homerus etiã hanc celebrauerit dicens, ζεα δ'ωπος ἀρπεγε. Quibus sanè verbis innuit aruum Zeam largiens, non vt nonnulli arbitrantur quòd vitam donet, Plinio autore.

Semen  
cur dicta  
Zea.

ζεα δ'ωπος  
ἀρπεγε.

GENVS.

Duo Zea Dioscorides facit genera. Vnum cuius grana in singulis tunicis seu glumis gemina, quod Græcis eam ob causam δίκωκος cognominatur. Germanis hoc genus Speltz, oder Dinck elkorn vocatur. Alterũ simplicis est grani, & Germanicè nominatur. Einkorn, oder S. Peters korn.

δίκωκος

FORMA.

Primum genus culmo, geniculis & spica tritico simile est, duobusq; utriculis iunctis duo grana simul fert. Alterum culmo & spica est breuioribus, grana singula in singulis tunicis duplici ordine seu versus dispositis proferens, ac in summitate aristis suis planè hordeum refert.

Primum  
genus.

Alterum.

## LOCVS.

Latum pingueq; solum desiderat.

## TEMPVS.

Iunio mense floret, Iulio autem maturitatem consequitur.

## TEMPERAMENTVM.

Zea media quodammodo est inter triticum & hordeum, quatenus ad calefaciendi & refrigerandi facultatem attinet, placidè verò exiccatur.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Zea magis nutrit quàm hordeum. Ori suavis est. Digesta in panificia minus quàm triticum alit.

## EX GALENO.

Zea vniuersa sua facultate quodammodo in medio est tritici & hordei: itaque ex illis cognoscatur.

## EX PLINIO.

Zea farina efficacior hordeacea videtur, trimesis mollior. Ex vino rubro ad scorpionum ictus tepida, & sanguinem excreantibus. Item arteriæ. Tussi cum caprino seuo aut brutyro. Ex Fœnogreco mollissima omnium. Ulcera manantia sanat, & furfures corporis, stomachi dolores, pedes & manus cum vino & nitro cocta.

## EX SIMEONE SETHI.

Zea facultatè habet proximam tritico. Est verò facilis concoctionis, bonique succi: ad hæc etiam emplastica existit.

PLANTARVM HISTORIAE  
DE ERIGERONTE. CAP. CIX.  
Senecio nobis seneccon.

NOMINA. *seneccon*

**H**ερῖον Græcis, Senetio latinis, officinis in-  
usitata, Germanis Grindkraut (Gallicè  
Erigeron da Senetton) dicitur. Græcis autē Erigerō quasi  
cur dicta. vernus senex nominatur, seu citò vel vere senescēs  
quod celeriter in pappū & lanuginem abeat. Itaque  
que compositione nominis, tempus simul quo floret,  
& floris mox deflorescentis euentum, indicare vo-  
luerunt Græci, ut quo tempore querenda, & quis  
bus notis inuenienda esset, omnes scirent. Non igitur  
senectutis ratio aliqua in ea est, sed canescentes  
humani capilli modo post florē eius pappi, ut à se-  
nectute denominaretur, effecerunt. Eam etiam ob  
Senetio. causam Romani Senetionem illam vocauerunt.

FORMA.

Herba est cauliculo cubitali, subrubro, foliis cō-  
tinuis, in extremitatibus Erucæ modo incisuris di-  
uisis, sed minoribus multo: floribus luteis, celeriter  
scissis dehiscentibusve, & in pappos deflorescenti-  
bus: unde & Erigeron dicta est, quòd vere scilicet  
capilli modo flores canescant. Radice inutili. Om-  
nes hæ Dioscoridis notæ, herbe quam Germani  
Creutzuurtz & Grindkraut nominant, respo-  
dere deprehenduntur. Siquidem cauliculus est illi  
cubitalis, subruber, folia cōtinua habēs, per extre-  
mitates Erucæ instar laciniosa, minora tamen. Flo-



res lutei, qui scissi statim in lanuginem abeunt. Er- Senetio  
rant toto caelo qui Senetionē Nasturtium esse gar- nō est Na  
riunt. LOCVS. sturtium.

Nascitur passim in sepibus, & circum oppida.

## TEMPVS.

Vere erumpit, quo etiam tempore, vt dictū est,  
canescit, & durat ferè tota aestate eius herba pro-  
uentus. TEMPERAMENTVM.

Erigeron, Paulo Aegineta autore, mixtā tempe-  
raturā obtinet: refrigerat enim & modicè discutit.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Folia cum floribus refrigerandi vim obtinent,  
quapropter cum exiguo vino, aut per se illita folia,  
testium sedisq; inflammationes sanant. Cum mana-  
na, tum reliquis vulneribus, tum nervorum quoq;  
medentur. Idem præstant pappi per se ex aceto illi-  
ti, verum recentes epoti strangulant. Totus autem  
caulis in aqua decoctus, & cum passo potus, stomas-  
chi dolores à bili contractos persanat.

## EX PLINIO.

Lanugo eius cum croco & exiguo aque frigida  
trite illinitur epiphoris. Tosta cum mica salis, stru-  
mis. Erigeron quoque cum farina thuris & vino  
dulci, testium inflammationes sanat.

## DE HEDYOSMO. CAP. CX.

Mentha nobis nomen retinet, & Balsamū  
quoque dicitur multiplex.

PLANTARVM HISTORIAE

NOMINA.

mentha

**H**δύσμος ἢ μίνθη Græcè, Mēta Latinè dicitur. Officina nomen latinum retinuerunt. Germanicè Muntz (Gallicè de la Mente) vocatur. Hedyosmon Græci, quod suauem spiret odorem dictum. nominauerunt. Menta autem dicta est, quòd odore suo mētem excitet, aut quòd grato, vt ait Plinius, odore mensas percurrat.

GENERA.

Mente in vniuersum duo sunt genera. Vna enim Satina & hortensis est: altera syluestris & fera. Satina iterum quatuor præcipua sunt genera. Vna est quam Germani Deyment simpliciter, vel krausz Deymēt vocant. Altera, quā iidē krausz Balsam. Tertia, quæ iisdē Balsammuntz appellatur, & Vnser Frauen mütz oder spitz mütz: à nostræ ætatis herbariis Romana vel Saracenicæ. Quartam Germani quidam Hertzkraut nonnulli Balsamkraut vocant. Per me tamen licebit has species, quādoquidem facultatib. similes sint vt cuius placuerit, nominare. Nobis autem vt certius discerneretur prædictis nominib. appellare placuit. Syluestris, quæ latinis Mētastrum vocatur, & vulgò equina Menta, Germanicè Roszmuntz Vuilcier Balsam, oder Vuild Muntz dicitur. Non ignoramus plures esse Mēta species, nos tamen eas duntaxat quas vidimus, pictas exhibemus.

FORMA.

Satina

noia mēt  
 hēn hylēgē.  
 + ruy/balqem  
 hēy lēgē.  
 hēk rēyē

*Satiua prima* caulē habet quadrangulum, à ra<sup>a</sup> Prima.  
dice lente puniceantem, & lanugine pubescentē, fo-  
lium ferè rotundum, serratum, molle & odoratum,  
flosculos purpureos internodia geniculatim coro-  
nantes, verticillato semper ambitu. Altera priori Secunda.  
per omnia similis est, nisi quòd illi subpurpureus  
flos circa cauliculatorum fastigia spicatur. Tertia fo-  
lio longiore & acutiore constat, flosculis purpureis  
coliculatorum cacuminibus spicatim insidentibus.  
Quarta itidem longioribus foliis est, floribusq; pur-  
pureis internodia geniculatim, hauri secus quàm in  
prima, caules coronantibus. Mentastrum verò foliis  
lanugine canescentibus, atque hirsutioribus, Sisy-  
mbrio procerius, odore magis viroso, flosculis spicatim  
coliculatorum fastigia coronantibus.

## LOCVS.

*Satiua* passim in hortis proueniunt. Amant apri-  
cum locum, non pinguem, non stercoratum, humidis  
facilius adolefcunt. Syluestris autem, quæ Mentas-  
trum alio nomine appellatur, vliginosis gaudet lo-  
cis, passimq; irrigua hoc Mentastro pubent.

## TEMPVS.

Florent omnes mense Augusto.

## TEMPERAMENTVM.

Vtraq; tam hortensis scilicet quàm syluestris, gu-  
stu acris, & facultate calida est, ex tertio ordine  
excalescetiū. Infirmior tamē est hortēsis, miasusq;  
calescit. Exiccat autē in secundo ordine: illi anim

## PLANTARVM HISTORIAE

*ex cultura aliquid humiditatis accedit.*

### VIRES EX DIOSCORIDE.

Calefaciendi, adstringendi atque exiccandi vim habet menta hortensis. Proinde sanguinem sistit succus eius cum aceto potus. Lumbricos rotundos enecat. Venere concitat. Singultus, vomitiones, choleraeque; sedant duo aut terni surculi cum acidi granati succo poti. Cum polenta illita abscessus discutit. Imposita fronti, capitis dolores mitigat. Mamas quae tenduntur, aut lacte turgent, compescit. Cum sale canum morsibus illinitur. Aurium doloribus eius succus cum aqua mulsa subuenit. Mulieribus ante coitum admota, conceptioni resistit. Linguae scabritiem confricata lenigat. Lac coire densarique in caseum non sinit, immersis in iis foliis. In summa, stomacho utilis est, & in condimentis peculiaris rem usum habet. Sylvestris in sanitate deterioris usus est quam sativa.

### EX GALENO.

Menta sativa ad venerem mediocriter excitat, id quod omnibus inest, quae humiditate semicocta & flatuosa participant. Denique in abscessibus alii qui eam cum polenta imponunt. Habet etiam quiddam amarum in se & acerbum: illo quidem lumbricos interficit, scerbitate vero si cum oxycrato habitur, recetes sanguinis excreationes reprimat. Substantia est, ut si qua alia herba tenuium partium. Actius addit, potum eius decoctum tribus seriatis

tim

tim diebus, colicos omnino sanare.

## EX PLINIO.

Mentæ hortensis odor animum excitat, & sapor  
 auiditatem in cibis: ideo in mammarum mixtura  
 familiaris ipse accessere, vt coire densariq; lac nõ  
 patiantur. Quare lactis potionibus additur, ne hu-  
 ius coagulati potu strangulentur. Data in aqua &  
 mulso, eadem vi resistere & generationi creditur,  
 cohibendo genitalia densari. Acquæ maribus &  
 feminis sanguinem sistit, & purgationes fumi-  
 narum inhibet. Cum amylo ex aqua pota, cœliac-  
 orum impetus. Syriation & vomicas vuluæ cura-  
 uit. Ille & iecinorum vitia ternis obolis ex mulso  
 datis. Item sanguinem excreatibus in sorbitionem.  
 Ulcera in capite infantium mirè sanat. Arterias hu-  
 midas siccatur, siccas adstringit, pituitas corruptas  
 purgat in mulso & aqua, Voci succus sub certami-  
 ne utilis duntaxat, qui & gargarisatur vna tumē-  
 te, adiecta ruta & coriandro ex lacte. Utilis et cõ-  
 tra tonsillas cum alumine, lingue asperæ cum mel-  
 le. Ad conuulsa intus per se, vitiisq; pulmonis. Sin-  
 gultus & vomitus sistit cum succo granati, vt De-  
 mocritus monstrat. Recentis succus narium vitia ¶ Aliàs  
 ¶ spiritu subducto emendat. Ipsa trita chcleras in spiritus  
 aceto quidem pota. Sanguinis fluxiones intus: Uleū subdu-  
 etiam imposita cum polenta, & si mammae tēdant Etos.  
 tur. Allinitur & temporibus in capitis dolore. Sumi-  
 tur & contra scolopendras, & scorpiones marinos,

¶

PLANTARVM HISTORIAE

& ad serpentes. Epiphoris illinitur, & omnibus in capite eruptionibus, item sedis vitis. Impetiginos quoque, vel si teneatur tantum, prohibet. Auribus cum mulso instillatur. Aiunt & licni medericam in horto gustatã, ita ne vellatur. Aridæ quoque farinam tribus digitis apprehensam, & stomachi dolorem sedare in aqua, & similiter aspersa in positionem, ventris animalia pellere.

APPENDIX.

Animaduertendum, ea quæ Plinius Mentastro tribuit, Calaminthæ deberi, ut satis liquet Dioscoridem legenti. Neque sanè mirum, quandoquidem autores societate quæ est inter Mentam, Mentastrum & Nepetam decepti, tum species, tum nomina confundunt.

APPENDIX ALTERA.

Ceterum appendicis etiam vice hic annotandum erit, Aristotelem sectione xx. proble. secundo, cum asserit Mentam refrigerare posse corpora, non pugnare cum Galeno aliisque medicis qui illam esse calidam affirmant. Per se nanque calida est Mentastat quia esalibi linem proritat, & hæc cum immo dica fuerit corporis vires deicit, atque adeo animum & corpus refrigerat, ideo eam ex accidente, quia videlicet ut in venem immodicè ruamus efficit, refrigerare dixit Aristoteles.

EX SIMEONE SETHI.

Inuat iccur frigidum, & ventrem corroborat



ac stomachum, coctionem facit, vomitum sedat & singultum. Prodest etiam ad cordis morsus, & appetitionem suscitatur. Flatus discutit, & lubricos interimit, potissimum syluestris Mentæ ius. Venerem stimulat, & iecinoris obstructiones tollit. Verum hoc vesci ad satietatē non oportet, quoniam sanguis nē extenuat, & serosum facit, & ipsum in flauā bilē mutat: dein efficit vt sanguis qui maximè est tenuiū partiū discutiat, & crassus ac melancholicus relinquatur, atq; idcirco oportet biliosos ab ea abstinere. Cōtrita cū sale, & morsui rabiosi canis impōsita medicamentū fit salubre. Arida verò trita, & post cibum sumpta, ad concoctionē facit, & lienosos iuuat. Cū vino pota difficulter pariēti succurrit. Ferunt etiā quōd mansa lippienti impōsita, fiat remedium: quodq; eius decoctum absortū, confestim sanguinem è faucibus eiicientes sanet. Huius semen ventrem purgat, & pulmonem ledit.

## DE HEMIONITIDE CAP. CXI.

Hemionitis tua est Dioscoridis phyllitis, vulgaris scolopendria. NOMINA. *herbstouge*

**H**μιοῦτις, ἢ σκολιάνιον Græcis, Hemionitis Scolopendria Latinis, Plinio Teuerion, officinis et herbaris dria officii Scolopendria & Lingua-ceruina, Germanis Hutz-narum-zung (Gallicè Langue de Cerf) nominatur. Aelia tamen est à Dioscoridis Scolopendria, quæ Asplenon alio nomine dicitur. FORMA.

Folium Dracunculo simile profert, matū. Radices.

PLANTARVM HISTORIAE

dices verò illi multæ subsunt, tenues. Neque cau-  
 Scolopen- lem, neque semen, neque florē fert. Ex qua descri-  
 dria est ptione satis liquet, eam herbam quam vulgus Sco-  
 Hemioni- lopendriam vocat, esse Hemionitin, quòd tota illi  
 tis. Dioscoridis pictura, nulla reclamante nota, conue-  
 niat. Sunt enim illi folia Dracunculi seu Ari, instar  
 lunæ corniculantis falcata. Et si enim interdum in  
 altum surgant, tamen inter initia potissimum in-  
 curua, & lunæ crescentis modo falcata sunt. Ra-  
 dicibus etiam cohæret multis exilibus, nunquã flo-  
 Scolopen- rescens, nec caulem, nec semen proferens. Non esse  
 dria non autem Phyllitim in primis folia docent, quæ in ea  
 est Phylli sunt recta, & minimè sicut in Lingua ceruina lus-  
 tis. nata. Dein in tergo veluti vermiculi, qui in Phylli-  
 tide pensiles, in Lingua ceruina autem sessiles &  
 nequaquam propendentes sed liratim digesti sunt,  
 Tertio natales ipsi: Phyllitis enim in vmbrosis opa-  
 cisve, & hortis nascitur, Scolopèdria verò seu He-  
 mionitis in petrosis. Quarto, quod me omnium ma-  
 ximè mouet, Phyllitidi nulla prorsus lienem liquã-  
 di facultas inest, quam tamen Scolopendriæ vulga-  
 ri adesse, præter communem consensum, quotidia-  
 na etiam experimenta demonstrant. His itaque de  
 causis Phyllitis, Scolopendria vulgaris esse aut di-  
 ci nõ debet. Dato enim quòd descriptio per omnia  
 conueniret, facultates tamè ipsæ, quæ diuersæ sunt,  
 aliam à Scolopendria esse manifestè docerent.

LOCVS.

Nascitur

Nascitur locis vmbrosis, montosis ac petrosis, co-  
piosissimè autem iuxta montem haud procul à Tu-  
binga situm, què Germanico vocabulo Farnberg  
nominant, prouenire solet. Nunc passim in hortis  
habetur.

## TEMPVS.

Aestate vsque ad autumnum abundè nascitur.

## TEMPERAMENTVM.

Adstringens simul & parum amara est, vnde  
credibile est in primo ordine esse calidam, & in  
secundo siccam.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Herba gustu adstringit. Hæc autem cum aceto  
pota lienem liquat. EX GALENO.

Hemionitis simul & adstrictionem & amaritu-  
dinem possidet: quamobrem cum aceto pota, lie-  
nosus auxilio est. EX PLINIO.

Medetur lienibus. Constátque sic inuentum: cum  
exta super eã proiecta essent, fertur adhæsisse lie-  
ni, eumq; exinanisse. Ob id à quibusdam Splenion Splenion  
vocatur. Narrant suos qui radicem eius edunt, si vnde di-  
ne splene inueniri. Etum.

## DE ERYNGIO. CAP. CXII.

NOMINA. *ερυγγιον*

**H** *ερύγγιον* Græcis, Eryngium latinis, officinis Iringus.  
corrupto vocabulo Iringus vocatur. Pluri- Centum-  
que etiam Centumcapita nominant, à numero ni- capita.  
mirum capitum que in summo obtinet. Plinij ta-  
men Centumcapita, ab Eryngio est diuersa, vt etiã  
x Serapio

PLANTARVM HISTORIAE

Serapionis Centumcapitata est Aster.  
 Serapionis. Si quis enim diligenter eius descriptionem excutiat, eam planè esse deprehendet, quae Dioscoridi Aster Atticus & Inguinalis appellatur. Vtriusque enim picturae sic sibi respondent, ut planè una esse herba videatur. Germanis Eryngium nominatur Mansztreu, Brachendistel, & Raddistel (Gallicè Chardon nommè cent testes.

FORMA.

In genere aculeatarum stirpium est Eryngium, cuius folia initio sale condita olerum modo comeduntur. Sunt autem lata, & in ambitu aspera, gustu odorata. Quum vero adolefcunt, in multis caulium eminentiis spinis aculeantur: in quorum summitatibus globosa capita, durarum acutissimarumque spinarum ambitu stellae instar circumvallantur, quorum color modo viridis aut candidus, interdum caeruleus inuenitur. Radix illi oblonga, lata, foris nigra, intus alba, pollicis crassitudine, & odorata. E qua nimirum delineatione omnibus perspicuum fit, spinam cuius picturam nunc exhibemus, esse Eryngiū: aculeatis enim foliis & per extrema spinosis conspicitur, odoratis, caule cubitali, in cuius vertice coacta in globum capitula, durorum & acutissimorum spiculorum vallo, stellae instar radiatur, quorum color in pubertate viridis, adultae caeruleus flaccescenti candidus conspicitur: radice pollicari, intus candida, foris nigra, sed odorata.

LOCVS.

Nascitur

Nascitur in campestribus & asperis locis. Prope Argentoratum eius magna est copia.

## TEMPVS.

Colligi hanc quidam, vt Plinius tradit, cum sol Cancri hospitium tenet, hoc est, sub solstitio, iussere.

## TEMPERAMENTVM.

Eryngiū caliditate aut parum aut nihil ea que moderata & temperata sunt superat. Siccitatem vero in tenui essentia cōsistentē nō exiguā obtinet.

## VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Vim habet calefactoriam radix. Pota mēses & vrinas pellit. Tormina & inflationes discutit. Cum vino iecinorosis, venenatorum morsibus, & iis qui letiferum hauserunt succurrit. Bibitur aduersus plura cum Staphylini semine pondere drachmæ vnius. Appensa & illita tubercula discutere prodicitur. Radix cum hydromelite pota, opisthotonicis et comitialibus medetur.

## EX AETIO.

Potum radice decoctum colicis medetur. Mulso addito calculos, stillicidia, difficultates vrinae, & renū vitia sanat: quod per quindecim iugiter dies, & ieiunos, & in lectū ituros bibere oportet. Quod si cum eo Sium quoque decoxeris, magis proficies. Affirmabat quidam assiduo Eryngij vsu, nūquam postea minxisse calculos, cum prius eo morbo frequentissimè vexaretur.

## EX PLINIO.

PLANTARVM HISTORIAE

Clara in primis aculeatarum Eryngion est, contra serpentes & venenata omnia nascens. Aduersus ictus morsusq; radix eius bibitur drachmæ pondere in vino: aut si plerumque tales iniurias comitatur febris, ex aqua. Illinitur plagis, peculiariter efficax contra chersydros ac ranas. Omnibus verò cōtra toxica & aconita efficaciorē Heraclides medicus, in iure anseris decoctam, arbitratur. Apollodorus aduersus toxica cū rana decoquit, ceteri in aqua. DE THRIDACE. CAP. CXIII.

NOMINA.

**L**actuca. *Ἰλακίς* Græcè, Lactuca Latine: officinae latinū nomen retinuerūt: Germanicè Lattich, oder Lactuck (Gallicè Vne Laitue) nominatur. Dicta autem Lactuca est, quòd copia lactis, quod credebatur leniter mouere ventrem, exuberet: vnde apud veteres in primis epulis veniebat, quod Martialis etiam iis testatur verbis:

Prima tibi dabitur ventri Lactuca mouenda  
Vtilis. GENERA.

Lactuca primū in satiuam & syluestrem deducitur. Satiuæ tria sunt genera, crispa nimirum, rotunda, & capitata. Nos vna icone duo complexi sumus genera. Folium enim quod statim à radice erumpit, eam Lactucam refert quæ Latinis crispa, à foliis crispissimis, Germanis krauser Lattich appellatur. Columella lib. xi. cap. iij. Cecilianam & Beticā à regionibus in quibus crescit, nominat. R. c. liqua



liqua folia eam que rotunda à foliis rotundis vocatur, præ se ferunt. Germanicè Breiter Lattich nominatur. Tertii generis Lactuca, que Capitata dicitur, à foliis suis, que vbi parum à terra attolluntur, mâli cuiusdam speciem rotundam obtinent, & instar Brassicæ capitatæ, in capitis ferè formã exuberant. Germanis grosser Lattich vel Vucifler Lattich à semine candido nominatur. Syluestris Lactuca satiuæ opponitur, sponte enim sua in aruis nascitur. Germanis Vuilder Lattich nuncupatur.

## FORMA.

Satiua prima, cuius imaginem hîc damus, folia Intybo satiuo haud dissimilia habet, in rectumque surgit, caulibus in summo brachiatum, in quorum cacumine flores sunt lutei. Altera foliis, que crassa admodum sunt, duntaxat à priori variat, aliàs per omnia similis. Sic etiã capitata non nisi foliis suis, idq; dũ paululũ creuerũt, à prioribus differt. Ideoque duabus picturis, que omnes referunt, contenti fuimus. Syluestris similis est satiuæ Lactucæ, radice tamen breuior, proceriore caule, candidioribus foliis, gracilioribusque, asperioribus, & gustu amarioris, que vt addidit Theophrastus, vbi consummata sunt, aculeantur. Ex qua delineatione abundè constat, Lactucam syluestrem esse eam herbam que passim nunc ab officinis & herbariis, non sine magno errore, Endiua dicitur. Ea enim in aruis & vinearum limitibus sponte nascitur, folio Las rû error.

Lactuca  
Syluestris  
Dandi  
The

Officina =

PLANTARVM HISTORIAE

Et uca, & cum adoleuit per oras aculeato, & laci-  
 uiatim serrato, caulibus bicubitali proceritate con-  
 surgentibus, spinulis inhorrescentibus, quibus succus  
 inest lacteus, amarusq;, flore ut Lactuca satina lu-  
 teo. Desinant itaque deinceps ea herba pro Endi-  
 uia uti medici, si modo rectè cōsultū agris cupiūt.

LOCVS.

Satiua in hortis prouenit. Syluestris in aruis &  
 vinearū hortorūmq; maceris sua sponte nascitur.

TEMPVS.

Florent Iulio mense, atq; subinde semen proferūt.

TEMPERAMENTVM.

Lactuca satina humidum est frigidumq; olus,  
 non tamen extremè: siquidem edendo non foret: ve-  
 rum maximè secundum aquæ, ut sic dicam, fonta-  
 næ frigiditatem. Simeon Sethi frigidam & humi-  
 dam in tertio ordine statuit. Syluestris autem mi-  
 nus refrigerat & humectat.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Satiua Lactuca stomacho accommodata est, res  
 frigerat, somnum conciliat, aluum mollit, lactis ab-  
 undantiam facit. Elixia magis alit. Illota autem cō-  
 esta stomachicis prodest. Semen eius potum uene-  
 rem assiduè somniantibus opitulatur, & concubi-  
 tum arcet. Ipsæ tamen frequentiores in cibo, clari-  
 tati oculorum officium. Condiuntur muria. Quum  
 in caulem prodierunt, vim quandam nanciscuntur  
 succo aut lacti syluestris Lactucæ similem. Sylue-  
 stris

stris viribus in totum Papaneri similis est, vnde aliqui eius succum Meconio permiscuerunt. Aquosa per aluum purgat potus in posca liquor obolorum duorum pondere. Exterit argema & caliginē. Cum lacte muliebri inuēta ad ambuſtra prodest. In vniuersum soporifera est & dolorem leuat. Menses trahit. Contra scorpionum ictus, & phalangiorū morsus bibitur. Semen haud secus quā satiuæ libidinum imaginationes in somno, ac venerē arcet. Succus ad eadem valet, sed viribus infirmior. Reponitur succus eius in fictili vase, antea, vt in aliis liquaminibus moris est, insolatus.

## EX GALENO.

Lactuca ad calidas phlegmonas accommodata est, et ad parua et lenia erysipelata, maioribus tamē satius facere minimē idonea est. Est etiā eduliū sitim arcens. Semē potū genituræ profluiū cohibet: quā obrem etiam iis qui libidinosi somniis vexantur, datur. Sic & syluestris Lactucæ semen. Cuius quorūque succus colligitur, argema & caliginem expurgans. Ad adustiones cū lacte mulierū inungitur. Omnibus aliis oleribus paucissimū sanguinē et vitiosum generantibus, ex sola lactuca non multus quidē, nec vitiosus; haud tamen omni ex parte laudabilis gignitur. Vt plurimum cruda ipsa vescuntur. Aestate autem cū in semen iam proruptura est, in aqua dulci præcoquentes, cum oleo, gario & aceto assumūt, aut cū aliquo ex condimentis, opsoniis ve, & iij præsertim

PLANTARVM HISTORIAE

praesertim iis quae caesca constant. Plerique etiam  
antequam excaulescat, in aqua elixa vtuntur: vti  
ego iam facio, ex quo dentes mihi deteriores esse coe-  
perunt. Nam amicus quidam meus, quum olere hoc  
a longo tempore me vt familiari cibo vsurpasse  
sciret, videretque post manducae citramagnam  
molestiam non posse, cocturam rationem indicauit.  
In iuuentute enim, quoniam assiduo os ventriculi  
bile efferuescebat, aestus moderandi gratia Lactu-  
cis utebar. Quum autem ad prouectam aetatem per-  
uenissem, olus hoc contra quam in iuuetute somnum  
iam studio & industria accersenti mihi, auxilio fuit:  
quippe qui etiamnum iuuenis vigiliis dedita opera  
me assuefeceram declinante iam aetate, ipsa ex se  
in somni, grauius hoc incommodo molestabar. Ad-  
uersus quod vnicum mihi praesentissimum remedium  
Lactuca vespere comaducata semper fuit. Frigidum  
ergo humidumque; succum profert, haud quaquam ta-  
men vitiosum. Itaque sicut alia olera a iusta concoctio-  
ne non excidit, neque aluum cohibet, vti neque im-  
pellit. Atque haec illi non immerito accidunt, quum  
nec austera, nec acerba sit, quibus facultatibus in  
vniuersum aluus sistitur, quemadmodum a salis, ac-  
ribus, & omnino abstergendi vim habentibus ad  
excretionem concitatur, quorum nihil Lactucae inest.

EX PLINIO.

Est quidem natura omnibus refrigeratrix, & ideò  
aestate gratè a stomacho fastidium auferunt, cibi-  
appetentiam

appetentiam faciunt. Diuus certè Augustus Lactuca conseruatus in ægritudine fertur, prudētia Muse medici, cū priores eam ob religionem minimè commanducarent, in tantū recepta commēdatione, vt seruari etiam in alienos menses eas oxymelite repertum sit. Venerem inhihent, astum réfrigerant, somnumq; faciunt. Cruditatē ipse nequaquā faciunt, nec vlla res maiorem in cibus auuiditatē incitat inhihetq;. Ambustis profunt recentibus, priusquam pustulæ sūt, cum sale illite. Vlcerā etiā quæ serpunt, coercent initio cum aphronitro, mox in vino trite. Igni sacro illinuntur. Conuulsa & luxata caulibus tritis cum polenta ex aqua frigida leniunt. Eruptiones papularum ex vino & polenta. In cholera quoque coctas patellis dederūt, ad quod vtilissimæ quammaximi caulis & amaræ. Quidā lacte infundunt. Deferuesacti ii caules & stomacho vtilissimi traduntur, sicut somno, & satiuæ maximè Lactuca, & amara lactensq;, quam Miconidem vocauimus. Hoc lac & oculorum claritati cum muliebri lacte vtilissimum esse præcipitur, diu tempestiuè capiti inunguntur. Semen satiuarū contra scorpiones dari. Semine trito ex vino potu & libidinum imaginationes in somno compesci. Tentantes aquas non nocere Lactucam edētibus. Quidam tamen frequētiores in cibo officere claritati oculorum tradiderunt.

DE THYMBRA. CAP. CXIIII.

Satureia nomen retinet Sarriete. NO

**Θ**ύμβρα & *Græcis*, *Thymbra* *Cunilâque* *Latinis*, *Kunel* *Germanis* (*Gallicè* *de la Sarriette*) *appellatur*.

## GENERA.

*Hortensis* *Thymbrae* *seu* *Cunilæ* *duæ* *sunt* *species*. *Vna* *hortensis* *seu* *satiua*, *quæ* *quia* *minori* *est* *acrimonia*, *in* *condimentario* *genere* *eduliis* *concoquitur*: *hinc* *à*

*Satureia* *saturando* *Satureia* *dici* *cœpit*. *Alii* *tamen* *à* *Satyr*  
*unde* *dis* *ris* *nomen* *traxisse* *putant*, *quòd* *scilicet* *marce* *scen*  
*ta*. *tes* *coitus* *stimulet*. *Germanicè* *Saturon*, *Huner-*

*Sylvestris* *rustica* *Cunila* *est*, *quæ* *peculiariter* *Thymbra* *nũ-*  
*cupatur*. **FORMA.**

*Thymbra* *similis* *est* *Thymo*, *sed* *minor* *atq;* *tene-*  
*rrior*, *ferens* *spicam* *floribus* *plenam*, *coloris* *viridis*.

*Satureia*. *Satureia* *pedali* *altitudine* *surgit*, *fruticosa*, *sirculo-*  
*sis* *utrinque* *cauliculis*, *folio* *Hyssopi*, *flosculis* *per*  
*interualla* *ex* *purpura* *candicantibus*, *odore* *saporè*  
*que* *gratissimo*. **LOCVS.**

*Thymbra* *in* *tenui* *solo* *&* *asperis* *locis* *nascitur*.  
*Satureia* *in* *hortis* *seritur* *pæssim*.

## TEMPVS.

*Aestate* *utraque* *Cunila* *floret*.

## TEMPERAMENTVM.

*Thymbra* *calida* *&* *sicca* *in* *tertio* *ordine*.

## VIREs. EX DIOSCORIDE.

*Thymbra*



Thymbra eadem quæ Thymus præstat si confestimiliter sumatur. Vtilis etiam in sanitate eius vsus. Est etiam satiuæ Thymbra in cunctis syluestri minor: ad cibum verò vtilior, propterea quod non adeo efficax illi sit acrimonia.

EX PAVLO.

Thymbra syluestris eadē quæ Thymus præstat. Hortensis autem omnibus quidem imbecillior, sed ad cibum laudatior.

EX PLINIO.

Nusquam vtrunque Thymbrae genus additur, quippe similis effectus.

EX HERBARIO ANTIQVO.

Farina eius ex vino pota, medetur pulmonis, thoracis, & vesicæ vitiis. Ciet urinas, menses pellit. Herba ipsa cum floribus Lethargicos excitat calefactu, aut coronæ modo capiti imposita. Succus cum rosacco auribus infunditur. Cū triticea farina coxedicibus illinitur. Saturicæ vsus marcescētes coitus stimulat, quare à Satyris traxisse nomen putant. Stomachi concoctiones adiuvat, fastidia discentit, hebetes oculos exacuit.

DE THLASPI. CAP. CXV.

Thlaspi nobis frequens. *wilck. krusk.*

NOMINA.

Ⓢ λασπι, ἢ θλασπίδιον, ἢ σίμητι & γριόν  
græcis dicitur: Thlaspi, Capsella, et Scādula  
cū latinis Gal. Senene sauuage. Sūt hui⁹ tēporis  
herbarii

PLANTARVM HISTORIAE

Nasturtiū herbarij qui Nasturtium tectorū, & Sinapirusti-  
 tectorum. cum, quòd digitis friatum sinapim suboleat, appetit  
 Sinapiru- lent. Alij Bursam pastoris vocant, non sanè quòd sit  
 sticum. reuera eius herbae species, sed quòd ad formā illius  
 Bursa pa- quamproximè accedat. Sic antiquo herbario Bur-  
 storis. sam pastoris appellare Thlaspin placuit. Thlaspi  
 Thlaspi autem Gracis à fructus forma dictum est, qui Na-  
 vnde dis- sturtio similis est, sed latior, & velut infractus &  
 etum. contusus, θλασπιν enim iisdē contundi est & in-  
 fringi, infringēdoq; quod globosum tumidum ucerat  
 malleo, lapide, pedēve cū dilatatione exæquare.

GENERA.

Duo Thlaspi genera damus. Vnū latioribus fo-  
 liis, quod ad Dioscoridis descriptionē proximè ac-  
 cedit. Hoc Germanicè Baurnsenff, oder Kresz  
 nominatur. Alterum foliis angustioribus constat, et  
 Germanicè Besemkraut, quod scoparū vices sup-  
 pleat, vocatur. Quare si quispiam hæc duo genera  
 ab inuicem distinguere certis appellationibus vo-  
 luerit, primum Thlaspi maius aut latifolium, alte-  
 rum verò minus aut angustifolium appellet. Dio-  
 scorides etiam duo Thlaspios genera facit, vnum la-  
 tifolium, alterum angustifolium.

FORMA.

Herbula est angustis foliis ad digiti longitudi-  
 nem, in terrā versis, in extremitatibus incisis, sub-  
 pinguibus. Caulē tenuem, duorum dodrantum e-  
 mittit, adnascētes sibi paucos ramulos habentem,

in illis herbis

desseant

& per totum eius ambitum fructus est in summo  
 modice latus, in quo semē exiguum Nasturtio simi-  
 le, disci figura, veluti conquassatum, vnde & nomē  
 inuenit. Florem obtinet album, semenq; acre. Ex ea  
 sanē descriptione satis constat, herbam hanc quam  
 pictā damus esse Thlaspin, angusta enī n folia ha-  
 bet, potissimum suprema eius parte, digitali longi-  
 tudine, in terram se cōuertentia, per extrema leni-  
 ter incisa, cau'em duim dodrantum, agnatis in eo  
 paucis calycibus, breui pediculo nitētibus, quadam  
 ligularum vel cochleariorum effigie, in quib. semen  
 continetur Nasturtio simile, sed latius & veluti cō-  
 quassatum, quod acerrimū esse gustus deprehendi-  
 tur, ita vt māsum Sinapis modo, os & linguā vela-  
 licet.

## LOCVS.

In fossis, semitis, & sepibus prouenit.

## TEMPVS.

Māio & Iunio mēsibus floribus & semine prae-  
 gnans inuenitur.

## TEMPERAMENTVM.

Semen calfacit & exiccat in quarto ordine.

## VIREs. EX DIOSCORIDE.

Calefacit, bilem per superna & inferna purgat  
 acetabuli mensura potum. Ischiadicis in clystere in-  
 funditur. Potum sanguinem ducit, & interiores abs-  
 cessus rumpit, menses cit, & fetus necat.

## EX PAVLO.

Semē Thlassi facultatem habet acrem, ad eō vt  
 internos

PLANTARVM HISTORIAE

internos abscessus potum disrumpat. Menses cit, & fetus enecat. Per sedem infusum sanguinolenta euacuans ischiadibus prodest. Potest enim alioqui tum supernè, tum infernè biliosos vacuare humores acetabuli mensura epotū. Infunditur & contra coxendicum dolores. Quinetiam potum sanguinem trahit, & internos abscessus rumpit.

EX GALENO.

Thlaspi semen facultate acre est, adeo ut internos abscessus potum rumpat. Menses mouet, & fetus necat. Per sedem infusum sanguinolenta euacuans ischiadibus prodest. Est enim alioqui tum infernè, tum supernè biliosorum humorum euacuatorium, acetabuli mensura potum.

EX PLINIO.

Semen asperi gustus, bilem & pituitam vtrinq; extrahit. Modus sumendi acetabuli mensura. Prodest & ischiadicis infusum, donec sanguinem extrahat. Menses quoque cit, sed partus necat.

DE THERMIS. CAP. CXVI.

NOMINA.

*byth bonc*

**Θ**έρμος ἰμπερος Græcis, Lupinus satiuus Latinis: Officina Latinum nomen retinuerunt: Germanis Feigbon (Gallicè Lupin.) appellatur.

FORMA.

Vnicum caulem obtinet Lupinus, folium quinquefariam aut septifariam dissectum, florem candidum, siliquas in quibus quina senaue intus gra-

na, dura, lata, rufa; continentur. Radicem luteam  
capillamentis fibratam.

## LOCVS.

Exilem amat terram, arenosam & rubricã præ  
cipuè. Limoso agro nõ exit, culturãq; reformidat.

## TEMPVS.

Ter floret, primum Maio, deinde Iunio, & tertio  
Iulio mensè. Post vnumquemque florem siliquas  
producit.

## TEMPERAMENTVM.

Immensa amaritudo euidenter calidum & sic  
cum esse monstrat.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Farina eius cum melle linctã lumbricos pellit.  
Ipsi quoque macerati, & amari adhuc comesti idẽ  
efficiunt. Decoctum eorundem cum Ruta & Pipe  
re potum idem facit: vnde & lienosis prodest. Eo-  
dem gangrenas, vlcera tetra, incipientem scabiẽ,  
alpos, maculas, exanthemata, & achoras persun-  
dere vtile. Menses & foetus idem decoctum cū myr-  
rha & melle subditum trahit. Farina eorum cutem  
liuorẽque expurgat. Inflammationes cum polen-  
ta & aqua mitigat. Ischiades & tubercula cū ace-  
to lenit. In aceto cocta & illita strumas dissipat, et  
carbunculos rumpit. Decocti pluuiali aqua donec  
in succum liquecant faciem abstergunt. Cum radi-  
ce nigri Chamæleonis ouium scabiẽ medetur, si te-  
pido decocto abluantur. Radix cum aqua cocta

PLANTARVM HISTORIAE

Et pota cit urinam. Vbi autem edulcati fuerint, triti cum aceto Et poti stomachi fastidium leniunt, Et cibi auiditatem excitant.

EX GALENO.

Lupinus editur coctus, multis autem diebus maceratione in aqua amaritudinem deponens, sitque tunc nutrimentum crassi succi. Ceterum ut medicamentum praeparatus ex genere est emplasticorum. Qui vero naturam amaritudinem habet, huic extergendi Et dirigendi vis inest. Lumbricos occidit illitus, Et cum melle linctus, aut cum posca potus. Quin Et decoctum eius lumbricos euicere potest. Foris identidem perfusum, alphas, achoras, exanthemata, scabies, gangrenas, vlceraque maligna inuat, partim extergendo, partim digerendo, citraque mordacitatem siccando. Expurgat iecur Et lienem cum Ruta Et Piperis suauitatis gratia assumptum. Elicit menses affectum cum myrrha Et melle adpositum. Porro Lupinorum etiam farina sine mordacitate digerit: nec enim liuida tantum, sed Et strumas Et tubercula curat: atqui tunc in aceto, aut oxymelite, aut posca hanc decoquere oportet, pro laborantis nimis rum temperamento, Et affectus diuersitate, quod ex usu est inueniendo. Digerit item quae liuida sunt, Et quaecumque modo dictum est praestare decoctum, eadem omnia efficit Et farina. Sunt vero etiam qui Ischiadicis cataplasmatum modo illinunt.

EX PLINIO.



Ex omnibus quæ eduntur sicco nulli minus ponderis est, nec plus utilitatis. Mitescunt cinere aut aqua calidis. Colorem hominis frequentiores in cibo exhilarant. Amari contra aspidas valent. Ulcera atra, aridi decorticatiq; triti, supposito linteolo, ad viuum corpus redigunt. Strumas, parotidas in aceto cocti discutunt. Succus decoctorum cum ruta & pipere, vel in febris datur ad ventris animalia pellenda, minoribus triginta annorum. Pueris vero impositi in ventrem ieiunis profunt. Et alio genere tosti, & in defruto poti, vel ex melle sumpti. Idem aueritatem cibi faciunt, fastidium detrahunt. Farina eorum aceto subacta, papulas pruritusq; in balneis illita cohibet, & per se siccatur ulcera. Liores emendat. Inflammationes cum polenta sedat. Si ad mellis crassitudinem decoquantur, vitiligines nigras & lepras emendant. Rumpunt carbunculos impositi, panos & strumas minuunt, aut maturant. Cocti ex aceto cicatricibus candidum colorem reddunt. Si vero cœlesti aqua decoquantur, succus ille smegma fit, quo solent fouere gangranas, eruptiones pituitæ, ulcera manantia, utilissimum. Expedi ad lienem bibere, & cum melle mensuris hærentibus. Lienis crudi cum fico sicca triti ex aceto imponuntur. Radix quoque in aqua decocta, urinas pellit. Medentur pecori cum Chamelonte herba decocti, aqua in potum collata. Sanant & scabiem quadrupedum omnium in amurca decocti, utroque liquore postea mixto. Fumus

PLANTARVM HISTORIAE

crematorum culices necat.

DE IO. CAP. CXVII.

Viola purpurea aut nigra nobis Martia  
& quadragesimalis quòd tunc ferè flo-  
reat.

*blauviolette*

NOMINA.

**Ion** quare dicta. **Ἰον** ἰορροποιῦν Græcis, Viola muraria vel pur-  
purea Latinis, blauu Veiel oder Mertzē vio-  
len Germanis (Gallicè Violette de Mars) dici-  
tur. Officine simpliciter Violam nominant. Nican-  
der Ion Græcis dictam credit, quòd Nymphæ quæ-  
dam Ionie, florem illum Ioui primum dedere mu-  
neri. Alij Græci Ion vocatum putant, quòd cum Io  
in vaccam à Ioue conuersa esset, terra florem illum  
pabulo bouis eius fuderit. Latini quoque detrita &  
litera, Violam quasi vitulam imitatione Græcavi-  
deri possunt appellasse.

**Viola vn-**  
**de vocat**  
**sa.**

FORMA.

Folium habet minus tenuiusq; quàm Hedera, ni-  
grius tamen nec dissimile. Cauliculus statim à ra-  
dice medius prosilit, in quo flosculus suauiter olens,  
purpureus. Humilis præterea est, statimq; à nume-  
rosa radice orbiculata folia sine ramis exeunt. Sem-  
inè quoq; minutū in folliculis vasculisve rotundis,  
vt pictura indicat, extrema ferè æstate producit.

LOCVS.

Nascitur in opacis & asperis locis, ad radices ma-  
ximè murorum, hortorum marginibus, & sepibus.

TEMp

## TEMPVS.

Viret hæc perpetuò, Theophrasto teste, si cultus adhibeatur: tamen vere, & Martio mense floret, quo potissimum tempore colligi flores eiusdem debent. Semina verò in æstate, vt dictum est.

## TEMPERAMENTVM.

Viola folia aqueam & subfrigidam substantiam superantem possident. Frigida autem sunt primo ordine, humida verò secundo.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Refrigerandi vim obtinet. Folia eius per se et cum polenta illita, stomacho æstuantis, oculorum inflammationibus, sedisq; procidentis auxiliantur. Præterea id quod in flore purpureum est cum aqua potum, angina correptis, & puerorum comitialibus mederi affirmant.

## EX GALENO.

Folia per se, aut cum polenta illita, calidas phlegmonas mitigat, Imponuntur & ori ventriculi æstuantis, & oculis.

## EX PLINIO.

Purpurea viola refrigerant. Contra inflammationes illinuntur stomacho ardenti. Imponuntur & capiti in fronte. Oculorum privatim epiphoris, & sede procidente, vuluæve. Et contra suppurationes. Crapulâ & grauedines capitis impositis coronis olfactiue discutiunt. Anginas ex aqua potæ. Id quod purpureum est ex iis comitialibus medetur,

PLANTARVM HISTORIAE

maximè pueris, in aqua potum. Semè scorpionibus aduersatur.

EX SIMEONE SETHI.

Prosunt ad intestinorum dolores, cor vero offendunt. Dolores capitis qui sunt à flaua bile sopiunt potæ & odoratæ. Ventriculum irritant, & flauam in eo inuentam bilem. Caput siccum humectant, calidumque refrigerant suo odoratu. Somnum inducunt. Humida capita destillationibus obnoxia reddunt.

DE VIOLA MATRONALI.

CAP. CXVIII.

Violæ matronalis tibi pictio dictæ, nobis Bachares videntur.

NOMINA.

Veteribus Græcis & Latinis cognita fuerint nec ne Violæ quæ hodie, quòd eas matronæ colere soleant, matronales vocantur, nondum compertum habemus. Quare vulgari & vsitato nomine, donec rectius inuentum fuerit, utemur. Germanicè, quòd raræ adhuc in Germania dum ista scriberemus fuerint, Vuelsch veiel appellare voluimus, ut nimirum hac nomenclatura à Leucois, de quibus suo dicemus loco, segregaremus. Possent etiam haud ineptè Frauenuciel, ad imitationem Latini nominis appellari.

GENERA.

Tria Violarum matronalium damus genera. Pri-

mi enim generis candida est, alterius punicea, ter-  
tiji purpurea: nec differre admodum nisi solis flori-  
bus videntur.

## FORMA.

Fruticosa est herba, cubitali altitudine, ramosa,  
caule & foliis lanuginosis, oblongis, angustis, molli-  
bus ac canescētibus, floribus aut albis, aut puniceis,  
aut purpureis quadrifoliis, semine in oblongis siliis  
quis lato ac tenui, radice longa, lignosa, subrusa &  
acri.

## LOCVS.

In hortis & cultis locis proueniunt.

## TEMPVS.

Iulio & Augusto mensibus florent.

## TEMPERAMENTVM.

Admodum calidas esse sapor foliorū & radiceis,  
qui acris est, abundè docet. Humiditatē autem mul-  
tam, Galeno lib. 4. cap. 18. de simplic. medi. facul-  
teste, eo quod amara non sint, admistam habent.

## VIREs.

Incidendi & digerendi per halitum vim obti-  
nent. Ideoq; radix aut folia decocta in aqua, con-  
uulsis, difficultate spirandi laborantibus, & veteri  
tussi auxiliantur. Urinam & menses ducunt, sudo-  
resq; ciendi facultatem habent.

## DE IRIDE. CAP. CXIX.

NOMINA. *blau la Gyr. bel. lib. onox 3er*

**I**ris Græcis, Iris Latinis appellatur: officinis suam  
appellationem retinuit. Germanis blau Gil-

PLANTARVM HISTORIAE

gen, blau Schuuertel, Veieluurtz (Gallicè du glaieul, ou de la flâbe) dicitur. A caelestis arcus Iris vnde dicta. similitudine, quam flores eius representât, vt paulò post dicemus, nomen accepit Iris. Sunt qui non sine pudendo errore aliam assignent herbam recto, aliam casui paterno, ita vt Iris ab Ireos, tanquam purpureus color à niuco, distingui putetur imperitis herbariis. Prophanasse autem hunc errorem ex Causavul Græca voce λείριον, qua Liliū, quod candidos garis erro= profert flores, genti illi significatur, parū per vnius literæ abiectiōem deprauata verisimile est. Priamam nanque literam abiicientes, vltimam verò in σ vertentes, λείριος dixerunt pro λείριον. Sed hæc opinio indigna est quæ explodatur, cum Dioscoridem & alios veteres omnes seorsim de Iride & Lyrio sine Lilio agere constet.

FORMA.

Folia Gladiolo similia fert, maiora tamen, latiora & pinguiora. Flores in caule equalibus inuicem spatiis distantes, inflexi, varij. Aut enim cædidi, aut virides, aut lutei, aut purpurei, aut cærulei conspiciuntur. Vnde ob hanc varietatē arcui caelesti assimilata est. Radices subsunt geniculatæ, solidæ, odoratæ: quæ simulatq; fuerint dissectæ, siccantur in umbra, & filo traictæ recoduntur. Hæc Dioscoridis pictura tota huic herbæ, quam Irim hodie herbarij & officina vocant, suffragatur. Siquidem ea radicibus nititur solidis, geniculatis & odoratis, adco



adco vt violarum purpurearum odorem prorsus referre videatur, & hoc nomine à Germanis nostris Veieluurtz, hoc est, Violacea radix, sit appellata. Violacea ta. Folia Gladioli faciem simulant, maiora dumtaxat, latiora & pinguiora. Caule recto sesquipedali, è cuius fastigiis pari intervacante spatio flores erumpunt, inflexis mutuò foliorum labris, qui nitent varia colorum mislura, instar cœlestis arcus. Quæ admodum enim aquarius ille arcus, qui est imago malè expressi solis, caua nube recepta, varios mentitur colores, sicut cœruleas, virides, luteas, purpureasq; lineas ducat, ita cauo calyculi sinu versicolores lituras flores ostendunt, qua diuersa specie cœlestem emulantur arcum. Falluntur itaque qui in toto floris ambitu huiuscemodi varietatem perquirunt, cum inflexa foliorum labra vel purpureus, vel cœruleus semper color inficiat.

## LOCVS.

1. Sim in hortis & maceris vinearum puenit. Laudatissima tamè est quæ in Illyrio & Macedonia nascitur, & melior inter has quæ densa & breui radice constat, quæq; frangenti contumax est, colore subruffa, admodum odorata, gustuq; feruida.

## TEMPVS.

Floret vere, Maio potissimum mense, quo sanè tempore flores colligi debent. Radices autem suo tempore, hoc est, autumno.

## TEMPERAMENTVM.

PLANTARVM HISTORIAE

Iris in altero calefacit ordine, in tertio autē desiccatur. Abstergit quoque & maturat.

VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Irides omnes calefaciendi extenuandiq; vim obtinent. Contra tussim efficaces, humoresque non faciliē excreabiles extenuant. Biles ex hydromelite drachmarum septem pondere pota purgant. Somnum conciliant. Lachrymas cient. Torminibus medentur. Cum aceto pota venenatorum moribus, leonosis, conuulsis, refrigeratis, rigentibus, & quibus genitura effluit, auxiliatur. Menses cum vino pota ducunt. Decoctū earum ad muliebria fomenta utile, molliens aperiensq; locos. Aschiadicis infunditur. Fistulas & sinus carne explent. Quinetiam glandis modo cum melle apposita, fœtus extrahunt. Strumas veteresq; durities coctæ & illitæ emolliunt. Arida ulcera explent, & cum melle purgāt. Nudata ossa carne operiunt. Doloribus capitis cum aceto & rosaceo utiliter illiuntur. Lentigines, cutis in facie vitia cū Elleboro albo, & duabus mellis partibus illitæ emendant. Pessis, malagnatis & acopis miscentur. In vniuersum magni vsus sunt.

EX PAVLO.

Iris tussi utilis. Humores in thorace nō faciliē excreabiles extenuat. Torminibus medetur, ulceraq; sordida expurgat. Cum mulsa pota aluum ducit.

EX PLINIO.

Infantibus eam circumligari salutare est. Dentientibus

tientibus præcipua est & tussientibus, tinearumve vitio laborantibus instillari. Cæterum vlcera purgat, capitis præcipuè, suppurationes veteres. Alum soluit duabus drachmis cum melle. Tussim, Tormina, inflationes, pota. Lienes ex aceto. Contra serpentium & araneorum morsus, ex posca valet. Contra scorpiones, duarum drachmarum pondere in pane vel aqua sumitur. Contra canum morsus ex oleo imponitur. Et contra perfrictiones. Sic & nervorum doloribus. Lūbis verò & coxendicibus cum resina illinitur. Vis ei concalfactoria. Naribus subdita, sternutamenta mouet, caputq; purgat. Dolori capitis cum Cotoneis mālis aut Strutheis illinitur. Crapulas quoque & orthopneas discutit. Vomitiones cit, duobus obolis sumpta. Offa fracta extrahit, imposita cum melle. Ad paronychias farina eius vtuntur. Halitus oris commanducata abolet, alarumque vitia. Succo duritias omnes emollit. Somnum conciliat, sed genituras consumit. Sedis rimas & condylomata, omniāque in corpore excreascentia sanat.

## DE HIERACEO. CAP. CXX.

Hieraceum vtunque hīc frequens.

NOMINA. *Garrissen tongi*

Ἰερακιον, ἢ σουχίτης Græcis, Hieraceum Latinis dicitur: officinis inusitatū. Germanicè, quum aliud nomen expiscari non potuerimus, Habichkraut (Gallicè Cichorée iaulne) appellauimus, ad

PLANTARVM HISTORIAE

ad Græcam alludentes appellationem: neque enim  
 Hieraccū alia ratione Græci hanc herbam Hieraccum no-  
 vnde di- minarunt, nisi quod accipitres, quos illi ἰόραξος δι-  
 Etum. cunt, scalpendo eam, succoq; oculos tingendo, obscu-  
 Söchites. ritatem cum sensere discutiant. Söchites autē di-  
 Etā est, quod Soncho non admodum dissimilis sit,  
 maximè quod ad eius circumferentiam & extre-  
 mam partem, in qua caules & flores sunt, attinet.  
 Hæc enim & illa concavo, & lacteū succum emit-  
 Lactuca tente caule, luteisq; floribus est. Apuleius Lactucā  
 syluatica. syluaticam appellat. Plinius quoque libro viges-  
 mo, cap. 7. vt alij omnes ferè, in Lactucarum spon-  
 te nascentium numero, propter similitudinem, Hie-  
 raceon hoc habet. Quam autem inuicem similes  
 sint Hieraccum & Lactuca syluestris, vtriusque  
 icones & effigies collatæ monstrabunt.

GENERA.

groot en klein  
 sentenzi  
 Hieracei duo sunt genera maius nimirū & mi-  
 nus. Maius Germanice grosz Habichkraut, mi-  
 nus autem klein Habichkraut nominatur.

FORMA.

Hieraccū Hieraceum maius caulem habet asperum, mo-  
 maius. dicè rubentem, spinosum, cōcauum. Folia per inter-  
 ualla rariusculè diuisa, Soncho per circumferētiam  
 similia. Flores in oblongis capitulis luteos. Quæ de-  
 signatio prorsus hæc quam pictam damus herbam  
 exprimit. Siquidem caulem emittit scabrum, sub-  
 rubrum, spinulis horrentem, cauum, folia ex inter-  
 uallis

Wallis & raro laciniata, Sonchi foliis non dissimilia. Flores in longiusculis capitulis luteos. Minus Hieraceum folia ex interuallis per ambitum diuisuris scissa obtinet. Caules de se emittit cauos, tenes minus. ros & virides, in quibus flores lutei circulum circumscribentes. Quæ itidem notæ omnes herbae illi, cuius picturam exhibemus, conueniunt.

## LOQV S.

Vtrunque in quibusdam pratis prouenit.

## TEMPV S.

In fine Iulij mēsis, & per vniuersum Augustum floret Hieraceum. Succus eius capitur per messes inciso caule.

## TEMPERAMENTVM.

Maius Hieraceum planè Sonchi temperamento constare videtur, refrigerat itaque & mediocris adstrictionis est particeps. Minus in gustu paulò maiorem amaritudinem refert.

## VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Vim habet Hieraceum maius refrigerandi, & modicè adstringendi, ideoq; æstuanti stomacho, & inflammationibus illitum prodest. Succus erosionè eiusdem in sorbitione mitigat. Herba ipsa cum radice illita scorpionum ictibus auxiliatur. Minus facultates habet superiori easdem.

## EX PLINIO.

Succus sanat omnia oculorum vitia cū lacte mulierum. Arcet nubeculas, cicatrices, adustionèsq; omnes,

PLANTARVM HISTORIAE

omnes, præcipuè caligines. Imponitur etiam oculis in lana contra epiphoras. Idem succus aluum purgat, in posca potus ad duos obolos. Serpentium icibus medetur in vino potus. Et folia tosta, thyrsiq; triti ex aceto bibuntur. Vulneri illinuntur, maxime contra scorpionum iclus. Verum contra phalægia, commixto vino ex aceto.

APPENDIX.

Sunt qui tantã inesse huic herba vim cõtra oculorum vitia credant, vt radicem etiam à collo suspensam caliginem oculorum sanare posse dicant.

DE HIPPVRI CAP. CXXI.

Hippuris cauda equina vulgo, multiplex etiam nobis est.

NOMINA.

*preestitit*  
**Equisetū.** Πρωρις Græcis, Equisetum, herba aut salix equinalis Latinis, recetioribus herbariis verbum  
**Cauda equina.** verbo reddetibus, Cauda equina, Germanis Roszschuuantz, Pferstschuuantz, Roszunadel, Ratz, enuedel, katzenzagel, kantenkraut, Schaffthouu (Gallicè Queue de Cheual) nominatur. Nomen tam Græcum quàm Latinum à Hippuris caudæ equinae imagine, quam comæ illius præsecur dicta. ferunt, accepit.

GENERA.

Eius duo sunt genera. Vnum longius, quod nonnulli ætatis nostræ herbarij ab asperitate quam obinet Asprellam vocant. Hinc est quod materiarij fabri



fabri ligneam pectinum & aliorum minorum operum ruditatem huius herbae scabritia in nitorem expoliant. Germanicè groß Roszschuanantz dicitur. Alterum breuius est, ad abstergenda vasa aptum. Germani klein Roszschuanantz appellant.

## FORMA.

Primum Equiseti genus cauliculos habet inanes, leniter rubentes, subasperos, solidos, geniculis qui inuicem inseruntur dissectos, in quibus folia iunceae, crebra & tenuia. In altitudinem adsurgit, scãdendo proximas stipites comis circumfusa depēdet multis, nigris vt equorum cauda. Radix illi est lignosa, dura. Alterum comas per interualla habet breuiorē, candidiores & molliorē.

## LOCVS.

Longius Equisetum in aquosis locis & scrobibus prouenit, nec eo in fossis prope aquas & umbrosis locis alia planta frequentior est, vt hoc nomine χαράδραον Græcis dictum sit. Neque enim χαράδραον aliud est illis nisi terræ rima & fissura. ἐπὺδ' ἔγυ etiam non alia ratione, quàm quòd ἐπὺδ' ῥον in aquosis produceretur, nominauerunt. Alterum in pratis inuenitur, nec ferè frequentius occurrit, inuisa fœnifecis.

## TEMPVS.

Vtrunque æstate suis in locis copiose prouenit.

## TEMPERAMENTVM.

Adstringens

## PLANTARVM HISTORIAE

Adstringentem cum amaritudine facultatem, ac proinde valenter simulq; citra mordicationem exsiccantem, obtinet.

### VIRES. EX DIOSCORIDE.

Herba ipsa adstringit, quapropter succus eius sanguinem ex naribus erumpentem sistit. Dysentericum vino potus confert. Urinam cit. Folia cruenta vulnera glutinant trita & inspersa, Herba & radix tusi etib. orthopnoicis, ruptisq; succurrit. Quin etiam intestinorum diuisiones, vesicæ dissectionem, & intestinorum ramicem coalescere cogique folia in aqua pota feruntur.

### EX GALENO.

Vulnera maxima conglutinat, etiam si praesectos esse nervos contingat: praeterea intestinorum ramices cogit. Caterum ad sanguinis reiectionem, ad fluxum muliebrem, potissimum rubrum, ad dysenterias, & ad alia vètris profluvia generosum est medicamentum herba ipsa aut ex aqua, aut ex vino epota. Sunt qui de ea scriptum reliquerunt, quòd nonnunquam etiam vesicæ, & tenuium intestinorum vulnera succus ipsius sanauerit. Prodest etiam profluvio sanguinis ex naribus, tum fluxu obnoxio in ventre affectibus ex austerorum quopiam vinorum potus, ac si febre teneatur ex aqua.

### EX PLINIO.

Vis eius spissare corpora. Succus sanguinem è naribus fluentem inclusus sistit, item aluum. Medetur dysente.

dysentericis in vino dulci potus cyathis tribus. Vri-  
nam cit. Tussim, orthopneam sanat: item rupta,  
& quæ serpunt. Intestinis & vesica folia bibuntur.  
Enterocælen cohibet.

## DE HIBERIDE. CAP. CXXII.

Hiberis in pratis frequens.

NOMINA. *Γοκχορροβλοκον*

**I**ΒΗΡΙΣ, ἢ καρδὰ μαυρίνη, ἢ ἀγριοκάρδαμου  
Græcis, Galeno & Paulo alio nomine Lepidion:  
Hiberis, Nasturtium agreste Latinis appellatur. Nastura  
Officinis nostris incognita. Germanis Gauchblum tii agre-  
(Gallicè Passeraige sauuage) non alia ratione ste.  
quàm quòd pleròsque qui in illius notitiam non-  
dum peruenerunt infatuēt. Potest etiam commodè  
dici Vuilder Krelz. Cardamantice, & Agrioz Agriocara-  
cardamum Græcis appellata, quòd radici odor in-  
damò cur-  
sit Nasturtij: vel quòd eius folia partim Nastur-  
dio aquatico, quòd à Dioscoride Sifymbrium car-  
damine dicitur, partim etiam hortensi, quòd Caro-  
damon Græcis nominatur, similia sint: vel quòd gu-  
stu Nasturtium referant.

## FORMA.

Folia Nasturtio similia habet, verno tēpore vi-  
rentia, cubitali lōgitudine, aut minore, flore lacteo,  
radicibus duabus, sed vna apud nos frequentius, ni-  
titur, odore Nasturtij quàm acerrimo. Ex qua ni-  
mirum descriptione omnibus perspicuum fit, here-  
bam cuius piēturam exhibemus esse Hiberidæ:  
caulem.

PLANTARVM HISTORIAE

caulem enim cubitalem obtinet, foliâque Nasturtio similia. Quæ enim à radice statim exeunt, æquatici, quæ verò in supremo caule emicant, hortensis Nasturtij folia referunt. Verno quoque tempore virent, flos denique lacteus est, hoc est, in albo purpurascens: hunc enim Dioscoridem vocare lacteum florem, satis testatur quarta Ranunculi species, cuius etiam florem, qui colore huic similis est, lacteum esse scribit. Semen quoque in siliquulis tam exiguum producit, vt, Plinio etiam teste, vix aspici possit: radicem autem exilem atque acrem, cui inest Nasturtij odor.

LOCVS.

Nascitur incultis locis, circa itinera & prata.

TEMPVS.

Verno tempore apparet, Aprili potissimum mense & Maio, durâtque ad æstatis initia, quo potissimum tempore lacteum florem fundit: initio enim purpureo colore maculatus videtur: efficaciorémque vsum obtinet, quòd tum semen etiam in siliquulis proferat.

TEMPERAMENTVM.

Ex quarto est ordine calefacientium, vt Nasturtium, minus tamen eo desiccat.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Radix calefacit & adurit. Vtilis est ad coxendicis dolores cum suillo adipe salso, emplastri modo quaternis horis illita. Deinde in balneum descendatur.

scendatur, & oleo camlana locus perungatur.

## EX GALENO.

Similis Nasturtio tum odore, tum gustu, tum viribus.

## EX PLINIO.

Coxendicibus & articulis omnibus cum axūgia modica vtilissima, viris plurimum quaternis horis, fœminis minus dimidio adalligata, vt dein in balneum descēdatur in calidā, & postea oleo & vino corpus perungatur, diebusq; vicinis interpositis idē fiat, si qua admonitio doloris superfit. Hoc modo rheumatismos omnes sanat occultos. Imponitur in ipsa inflammatione, sed imminuta. Adalligata capiti cum Quinquefolio, epiphoras & si qua in oculis vitia sunt, emendat.

## APPENDIX.

Recentiores herbarij eius herbæ cuius picturam damus vsū probant contra pediculos, si lixinio mocoquatur. Vnde colligere licebit, eam exiccandi & ex alto euocandi trahendiq; facultatem, haud secus atque Nasturtium aut Sinapi, habere. Nā, Galeno lib. i. de composit. medic. secundum locos, cap. vii. teste, medicamenta quæ phthiriasi medentur, necessario exiccant atque ex alto trahunt. Vt iterū euidentissimum sit hanc herbam, eo quod Nasturtij facultates obtineat, esse veram Hiberidā, nō obstante quod rarò aut nunquam duabus, sed vna potius & exili nitatur radice.

PLANTARVM HISTORIAE

*greek & ff.* DE HIPPOSELINO. CAP. CXXIII.  
NOMINA.

**I**πποσελίνο Græcis, *Olus atrum* Latinis dicitur: officinae eius semine perperam pro Petroselinio error. no macedonico utitur. Germanis groß Epffich, oder groß + ppich (Gallicè ache, ou hache) Hippose= appellatur. Hipposelinon autem à magnitudine di-  
linum vnctum est: siquidem Græci magnis & amplis re-  
de dictū. bus hippo præponere solent, adeò vt Hipposelinum  
Olus atrū Latinis nihil aliud nisi grande Apium sit. Olus at-  
quare ap- tem atrum vel pullum à foliis, quæ atro colore ni-  
pellatum. tent, appellatum esse videtur.

FORMA.

Maius est hortensi Apio, caule cauo, alto, tenero, veluti lineas habente, foliis latioribus, subpunicis, Libanotidis coma, plena flore, in corymbos antes quam defloreat congesta, semine nigro, oblongo, solido, acri, odorato, radice odorata, intus candida, origrata, pro caulis magnitudine non admodū densa. Porro ne mireris quòd picturæ non ex omni parte respondeat descriptio: neque enim Hipposelinū integrum, & quod ad perfectam peruenit etatem, floresq; & semen produxit, damus, sed id tantum quòd primo erumpit. Radicē itaque tantum & folia depingi curauimus, vt quæ Oleris atris, cuius sæpe fit apud Dioscoridem mentio, forma, saltē in foliis & radice, esset, cerneret. Annitemur tamen vt aliquādo integram eius herbæ picturam exhibeamus.



## LOCVS.

Nascitur in vmbrosis, & iuxta paludes.

## TEMPVS.

Satum tardè prouenit, ideòque factum vt integre depictum dare nobis haud licuerit. Floret, Plinio teste, aestate.

## TEMPERAMENTVM.

Calidum est in secundo ordine, vt Apium, & siccum in medio tertij.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Estur olerum modo ceu Apium. Radix etiam cocta & cruda estur. Quinetiam folia & caules cocti manduntur, & per se aut cum piscibus præparantur. Crudaque ad salgama condiuntur. Semen totum in musso mensis ducit. Rigore concussos calfacit potum & illitum. Vrinæ stillicidio auxiliatur. Radix eadem præstat.

## EX GALENO.

Hipposelini similis Apio vis est, va'idior tamen. Mensium autem & urinæ ciendæ potissimum facultatem habet, vt liquet ex capite eiusdè de Smyrnio.

## EX PLINIO.

Olus atrum quod Hipposelinum vocant, aduersatur scorpionibus. Poto semine torminibus interaenis medetur. Atèmq; difficultatibus urinæ semen eius decoctum ex musso potum. Radix eius in vino decocta calculos pellit, & lumborum ac lateris dolores. Canis rabiosi morsibus potum & illitum medetur.

## PLANTARVM HISTORIAE

*Viscus quercing* DE IXO. CAP. CXXIIII.

## NOMINA.

**I**ξός Græcis, Viscum Latinis & officinis, Germanis Mistel, oder Affolter (Gallicè du Guy, ou de la Glu) nominatur.

## FORMA.

Planta est fruticosa, lenta, semper virens, intus porracei coloris, extrâ sublaeva, foliis buxi, acinis exiguis, sine flore.

## LOCVS.

Nunquam in terra, sed semper in arbore, quercu præsertim, piro, mâloq; prouenit.

## TEMPVS.

Autumni initio cum suis acinis decerpitur.

## TEMPERAMENTVM.

Calefacit cū acrimonia: ex plurima enim aëria & aquea, paucissima terrena substantia cōstat. Igitur acrimonia in eo amaritudinem excellit.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Discutit, emollit, attrahit: tubercula, parotidas, cæterosq; abscessus cum resina & pari cara mixtū, maturat. Epiphyctidas in splenio curat. Cū thuro antiqua vlcera, et malignos abscessus mollit. Diænes cum calce, aut gagate lapide, aut asfo coctum & impositum minuit. Cum auripigmento, aut sandaracho illitum, vngues extrahit. Mixtum cū calce & fece, vim suam intendit.

## EX GALENO.

Valenter

Valenter ex alto humores extrahit: nec tenues tantum, sed & crassiores eosq; diffundit ac digerit. Est autem ex eorum genere quæ non protinus admota calfaciunt, sed quæ tempus requirunt, velut Thapsia.

## DE ISATIDE. CAP. CXXV.

Isatis sylvestris nobis Guesde.

NOMINA. *veret*

**I**ŒTIS Græcis, Isatis Latinis vocatur. Gallis, ut in commentariis suis testatur Cæsar, Glastum olim dicebatur, nunc Guadum. Germanis autem ad hoc nomē alludēribus, Vueydt (Gallicè du Guesde, ou Pastel) nominatur. Arabibus Nil, Nilech, & Indicum, ut libro primo Paradox. cap. vigesimo sexto monstrauimus. Barbari deprauata voce Osatis, Osatim appellant.

Guadum.

Nilech.

Indicum.

Osatis,

## GENERA.

Duo Isatidis sunt genera. Vna enim satina, qua tingendis lanis infectores vtuntur. Altera verò syluestris, qua lanarum infectores haud vtuntur. Priorem Germani simpliciter Vueydt, alteram verò cum adiectione Vuild Vueydt nominant.

## FORMA.

Satina folia habet Plätagini similia, sed pinguiora, nigrioraque, caulē duobus cubitis altiorē. Hæc Dioscorides, qui reliquas notas, quæ sylvestri similes per omnia sunt, commemorare noluit. Ex sylvestris tamen effigie facile quales sint æstimare potes-

Satina.

## PLANTARVM HISTORIAE

*Syluestris* ris, hæc enim teste Dioscoride, satinae similis est, fo-  
lia tamen maiora obtinet, ad Lactuce folia acce-  
dentia: caules etiam tenuiores, multifidos, rubican-  
tes, qui in cacumine folliculos linguarum figura mul-  
tos dependentes habent, in quibus semen. Flos ei lus-  
teus & tenuis.

### LOCVS.

Isatis satina copiose in Germania provenit præ-  
sertim agro Erphordiano, cui magnum questum ad-  
fert. Viridem enim herbam trusatilibus molis præ-  
munt, ut herbaceam sanie excludant: dein abacto  
liquore digerunt in magnos globos, quos tabulatis  
computrescere in æstate feruente sinunt. Hos corti-  
nis infectoriae coquunt officinae, & laneos pannos,  
ac vellera demergunt, ut cæruleum imbibant colo-  
rem. Syluestris sua sponte in quibusdam Germaniæ  
locis nascitur, ut Tubingæ, ubi omnes vinearum ma-  
ceries hac herba septe videntur.

### TEMPVS.

Maior & Iunio mense florent, ac subinde semen  
proferunt.

### TEMPERAMENTVM.

Isatis satina valenter admodum exiccantis, nondum  
tamen mordentis facultatis est: amara enim simul  
atque adstringens existit. Syluestris vero acre quid-  
dam tum gustu, tum actione præfert: proinde vae-  
lentius quam satina desiccatur.

### VIRE. EX DIOSCORIDE.

Isatidis

Isatidis sativæ folia omnia œdemata & tubercula illita discutere possunt. Cruenta vulnera glutinant. Sanguinis profluvia sistunt. Ulcera phagedænica, herpetas, erysipelata, & putrescentia sanant. Sylvestris eadem quæ sativa potest. Lienosis etiam pota & illita auxiliatur.

## EX GALENO.

Sativa magna ulcera durorum corporum glutinat, etiam si in capitibus musculorum fuerint, & sanguinis profluvio laborantibus partibus utiliter illinitur. Tumores œdematodes mirifice discutit, simul & reprimat, omnibusque ulceribus malignis mirabiliter resistit, etiam si putrescant, etiam si erodantur. Quod si quando laborantis natura validior appareat, foliis eius tritis aut panem, aut hordeaceam farinam, aut triticam, aut polentam, pro vincete in vino quoque affectu, miscere oportebit. Sylvestris vero potentissime humidis putredinibus obsistit, ad cetera vero iam comprehensa deterior: immoderatus enim & cum mordacitate desiccatur, talia namque irritantur hoc pacto, & phlegmone gravari incipiunt. Ceterum ob facultatis robur lienosis quoque utilis est, quum altera prodesse nondum possit.

## EX PLINIO.

Isatidis folia trita cum polenta, vulneribus pro sunt. Sanguinem sistit. Phagedænas & putrescentia ulcera, & quæ serpunt, sanat. Item tumores ante suppurationem. Contra ignem sacrum, radice vel foliis  
 x iij prodest.

PLANTARVM HISTORIAE

prodest, vel ad lienes pota.

DE ITEA. CAP. CXXVI.

virgæ

NOMINA.

**I**TEA Græcis, Salix Latinis, Vuiden, oder Felber Germanis (Gallicè Saulx) appellatur. Salsix verò à saliedo dicta est, quòd ea celeritate crescat, ut quasi salire videatur. Sic etiam Itcã quasi vocata. Salicem vocauerunt Græci.

GENERA.

Tria Salicis genera Theophrastus lib. iij. capi. xiiij. de historia plantarũ recenset. Primam nigram nominari dicit, quòd nigro aut puniceo cortice obducta sit. Secundam candidam, quod cãdido obducatur cortice. Tertiã coactã breuitatis ac pumilã, Helicen Arcadibus appellari scribit. Plinius etiam lib. xvij. cap. xxxvij. tria Salicis nomina cõmemorat: Viminalem, candemq; purpuream. Vitellinam à colore luteo, graciliorem priore: Gallicam, quã sit tenuissima. Lucius Columella lib. iij. ca. xxx. eiusdem quoq; tria facit genera, Græcam, Gallicam, et Sabinam, quã etiam Amerinam vocari à plurimis scribit. Græcam flani coloris, Gallicã obsoleti purpurei, tenuissimiq; viminis, Sabinã gracilib. virgis atque rutilibus esse asserit. Quã sanè singula pulchrè cum iis quã Theophrastus tradit, cõuenire videntur. Nam primam Salicis speciem, quam Theophrastus nigram aut puniceam vocat, Plinius Viminalis, Columella verò Sabinam & Amerinam appellat,



appellat, Germani rot Vuiden nominant. Secunda. Secunda.  
 dā speciē, quam Theophrastus candidam, Plinius  
 Vitellinam, Columella autem Græcam vocat, Ger-  
 mani, geel Vuiden. Tertiam, quæ Theophrasto Tertia.  
 Helix dicitur, Plinius & Columella Gallicā ap-  
 pellant, Germani verò à tenuitate klein Vuidē.

## FORMA.

Salix breui caudice cosurgit, ramis longis, è trū-  
 co extremo veluti à capite proceduntibus lentis, fle-  
 xilibus: foliis longis, subtus incanis, superne viren-  
 tibus: flore seu nucamento squamatim compactili,  
 lanuginoso, propendente, fructu qui faciliè ante ma-  
 turitatem cuanescat.

## LOCVS.

Aquosis latatur, ideoq; auctu perquam facilis.

## TEMPVS.

Floret primo statim vere. Ocyssimè amittit frus-  
 tū, antè quàm omnino maturitatem sentiat, ob id  
 dicta Homero ὠλεσίκαρτος, hoc est, frugiperda  
 Odyss. κ. ubi sic canit: μακροί τ' αἰγαιοὶ καὶ ἰ-  
 τέου ὠλεσίκαρτοι. Fructū siquidem fert, Plinio  
 autore, abeunte in araneā antequam percoquatur.

## TEMPERAMENTVM.

Salicis tum folia, tum flores, citra mordacitatem  
 exiccantis sunt facultatis, ac modicè adstringunt.  
 Cortex tamen eius siccior.

## VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Adstringunt Salicis folia, fructus, cortex & succa

## PLANTARVM HISTORIAE

cus. Folia trita cum exiguo pipere & vino pota in leosis conueniunt. Per se etiam cum aqua sumpta, præstant mulieribus ne concipiant. Fructus potus anguinem expuentibus prodest. Cortex eadem præstat. Vstus & cum aceto subactus, clauos & callos illitus tollit. Ex foliis & cortice succus in putamine mali punici cum rosaceo calfactus, aurium doloribus auxiliatur. Decocto eorum podagras feruari optimum. Furfures exterit. Excipitur etiam è Salice succus exciso cum floret cortice: in interiore enim eius parte concretus inuenitur. Vim autem habet exterendi quæcunque pupilla claritati obstant.

### EX GALENO.

Salicis foliis ad cruenti vulneris glutinationem quis uti posset. Verùm floribus eius maxime propè omnes vtuntur medici ad exiccatis emplastri præparationem: est enim vis eorum desiccatoria: habet etiam quandam adstrictionem. Sunt qui succum ex ea expressum, medicamen seruent mordacitatis expers & exiccatorium, ad multas res utile. Haud enim inuenias quid ad plures res utilius medicamento citra mordacitatem exiccate, quod paulum etiam adstringat. Porro arboris cortex similem facultatem obtinet, tum floribus, tum foliis, nisi quod temperaturæ sit siccioris, velut omnes cortices. Sed hunc quidam comburunt, eiusque cinere vtuntur ad ea omnia quæ valenter desiccare oportet. Nam cla

uos quos vocant, callos, myrmeciasq; tollunt, aceto ipsum macerantes acri. Nonnulli autem dum floret Salix, corticem eius incidunt, & succum quandam colligunt, vtunturq; ad ea quæ pupillas obfuscant, extergente videlicet simulq; tenuium partium medicamine. Vti verò illo ad multa alia quis posset, siquidem talis sit.

## EX PLINIO.

Salicis fructus ante maturitatem in araneam abit. Sed si prius colligatur, sanguinem reiciētibus prodest. Corticis è ramis primis cinis, clauum & callū aqua mixta sanat. Vitia cutis in facie emendat, magis admixto succo suo. Est autem hic trium generum. Vnum arbor ipsa exudat gummi modo. Alterum manat in playa cum floret, exciso cortice trium digitorū magnitudine. Hic ad purgāda quæ obstant oculis, item ad spissanda quæ opus sunt, ciēs dāmque vrinā, & ad omnes collectiones intus extrahendas. Tertius succus est detruncatione ramosum à falce destillans. Ex iis aliquis cum rosaceo in calyce māli punici calfactus, auribus infunditur: vel folia cocta, & cum cera trita imponuntur. Itē podagricis. Cortice & foliis in vino decoctis fouere nervos utilissimum. Flos tritus cum foliis surfures purgat in facie. Folia trita & pota intemperātiā libidinis coercent, atque in totum auferunt vsum sæpius sumpta.

PLANTARVM HISTORIAE  
DE CAPNO. CAP. CXXVII.  
NOMINA.

*Amur*

**K**άπνος Græcis, Fumaria Latinis: officinis  
Fumus terræ, Germanis Erdtrauch, Dau-  
benk: opff, katzenkorbelt (Gallicè Fumeterre,  
ou pied de Geline) appellatur. Fumaria verò  
hæc herba dicta est propterea quòd succus eius o-  
culis inditus, veluti fumus lachrymas mouet, ocu-  
lòsque mordicat.

FORMA.

Fruticosa herbula est, Coriandro similis, tenera  
admodum: foliis candidioribus, cineracei coloris,  
vndique numerosis: flore purpureo.

LOCVS.

Nascitur in segetibus hordeaceis, hortis, vineis,  
sepibus, & maceris, aliisque locis incultis atque  
pinguibus.

TEMPVS.

Carpitur in fine Maii mensis & Septembris.

TEMPERAMENTVM.

Capnos calida & sicca in secundo esse videtur ordi-  
ne, id quod ex gustu patet: acris enim & amara est.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Huius succus acris est, visum acuit, lachrymas  
ducit, vnde & nomen traxit. Illitus cum gummi  
duplices palpebra: um pilos renasci non sinit. Com-  
manducata herba biliosam vrinam trahit.

EX GALENO.

Capnos

Capnos acris simul & amare qualitatis est par-  
ticeps, nec tamen planè expers est acerbæ. Quò ob-  
rem biliosam urinã multam pronocat, sanatq; icci-  
noris obstructions & debilitates. Succus eius ocu-  
lorũ aciem acuit, nõ parũ lachrymarum trahēs, ve-  
luti ipse fumus: nam hinc ei appellatio indita. Ple-  
beius quidam ea uti solebat ad stomachum robo-  
randum, vnaq; ventrem lubricandum. Siquidẽ her-  
bam primũ desiccata cõdebat: dein cũ uti volebat  
subductionis quidem gratia melicrato inspergebat  
roborandi verò causa, vino nimirum diluto.

## EX PLINIO.

Claritatem facit innũctis oculis, delachrymatiõ-  
nẽmque ceu fumus vnde nomen accepit. Eadem  
emulsas palpebras renasci prohibet. Bilem per uris-  
nam trahit.

## DE CICI. CAP. CXXVIII.

NOMINA. *mollis erugt*

**K**ικιν, ἡ κικίνων græcis, Ricinus latinis, Maus-  
ritanis Kerua, officinis nonnullis Cataputia Cherna  
maior, quibusdam etiam Pētadactylon & Palma Catapu-  
Christi, quòd scilicet eius folia in humanæ manus  
effigiem articulentur: Germanis Vunderbaum,  
oder Creutzbaum dicitur. Croton autem & Croton  
Ricinus à similitudine animalis, quod semen eius Ricinus  
referre videtur, nominata est. Sunt enim Græcis unde dicitur  
κικίνωνες, & Latinis Ricini, insecta animantia, etia  
que canibus præsertim adherent, quibus cibi nul-  
lus.

PLANTARVM HISTORIAE

*lus exitus est, colore livido, nullis discreta membris, in globum continuè crescentia, donec plenius saginata, post aliquot dies sponte sua decidat. Hinc est quod à Germanis nostris Zeckenkorner nominentur.*

FORMA.

*Arbor est parva ficut magnitudine, folia Platano similia habens, maiora tamen, læviora & nigriora. Caudices verò & ramos arundinis modo cōcanos. Semen in vuis racemiseve asperis, quòd coretice nudatum, Ricino animali simile est. Quæ descriptio ita picturæ quadrat, vt nihil magis.*

LOCVS.

*Nascitur nusquã in Germania nostra, nisi satum fuerit. Satum autem semel copiosè prouenit. Sine difficultate etiam passim iam in hortis prouenit.*

TEMPVS.

*Carpitur Autumno dum semine abundat.*

TEMPERAMENTVM.

*Ricinus in secundo vel summum tertio ordine calefacientium & siccantium esse apparet.*

VIREs. EX DIOSCORIDE.

*Oleũ Ricinum. Ex semine Ricini oleũ nomine Ricinum exprimitur, ad edendũ minimè aptũ: alioquin tamen lucernis & emplastris vtile. Grana triginta numero putaminibus purgata, trita & pota, pituitabilem, & aquam per aluum deiciunt. Vomitiōnes etiam mouent. Est verò iniucunda admodũ & laboriosa*



boriosa huiuscemodi purgatio: stomachũ enim validè subuertit. Tusa & illita varos, maculãsq̃ sole contractas purgant. Folia trita cum polenta, oculorum œdemata & inflammationes sedant, mammasque turgentes cohibent. Per se aut cum aceto illita, ignes sacros restinguunt.

## EX GALENO.

Semen Ricini, quòd etiã purgat, extergedi & digerendi facultatem obtinet. Sic verò & foliũ, sed vadequaque debilius. Oleum quod ex semine cõfitur, tum calidius, tum tenuiorum partium, quàm est oleum commune, ac proinde quoque digerit.

## DE CIRSIO. CAP. CXXIX.

Circium Buglossum. *Cirsion rley Buglossi.*

## NOMINA.

**K**ίρσιον Gracè, Spina mollis, Buglossum magnum Latine nominatur: officina, necnon herbariũ Buglossam vel linguam bouis vocant. Cirsion autem eò quòd varices, quos Graci ὑπόους nominant, sanet, dicta est. Germanis Ochsenzung (Gallicè Buglose, ou langue de Beuf) appellatur.

Buglossa.

Cirsio cur dicta.

## GENERA.

Nos duo damus genera, quorum vnum Germanicum, alterum verò Italicum est, in quo omnia sunt maiora.

## FORMA.

Caulis est tener, duũm cubitorum, triangularis.

Ab

PLANTARVM HISTORIAE

Ab inferiore parte folioli rosaceorum figura, angulos spinosos per intervalla, sed molles habentibus. Folia Buglossi similia, modicè hirsuta, longiora, albicantia, extremitatibus aculeata obtinet. Cacumen in caule orbiculatum, hirsutum, in quo capitula in summo purpurea, quæ in lavigines evanescent. Hæc sanè descriptio satis monstrat, Cirrion esse Buglossam hodie vocatam, cum ei delineationes omnes, nulla ferè reclamante nota, conveniant. Siquidem caulis ei tener, bicubitalis, triangularis, spinosis per intervalla angulis, sed mollibus & innoxiiis aculeis. Folia Buglossi similia, longiora tamen aut lege  $\mu\alpha\lambda\alpha\ \sigma\tau\omicron\upsilon\delta\alpha$ , hoc est, minora, cum Pliniodi: subcandida, leniter hirsuta, in extremis partibus aculeata. Cacumen quoque caulis circinatum, hirsutum, in quo capitula purpurea. Et si verò reliqua omnia conveniant, tamen capitula purpurea non abeunt in pappos neque in nostra, neque in Italica.

**Buglossa nostra.**

**Locus Dio** scoridis es men aut lege  $\mu\alpha\lambda\alpha\ \sigma\tau\omicron\upsilon\delta\alpha$ , hoc est, minora, cum Pliniodi: subcandida, leniter hirsuta, in extremis partibus aculeata. Cacumen quoque caulis circinatum, hirsutum, in quo capitula purpurea. Et si verò reliqua omnia conveniant, tamen capitula purpurea non abeunt in pappos neque in nostra, neque in Italica.

LOCVS.

Producitur locis cultis & incultis, arenosis potissimum & petrosis. Italicum etiam hodie in multis hortis magna copia nascitur.

TEMPVS.

Carpitur Iunio & Iulio mensibus.

TEMPERAMENTVM,

In primo calefacere & humectare ordine apparet.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Radicem Cirsii laboranti loco adalligatam, dolores varicum sedare Andreas scripsit.

## EX PLINIO.

Hanc herbam radicemve eius adalligatam, dolores varicum sanare tradunt.

## APPENDIX.

Non plures iam commemoratis facultates Cirsio, Dioscorides & veteres alii tribuunt. Videant igitur nostri & ætatis medici, ne temere Buglossæ suæ quas non obtinet vires adscribant.

## DE CORIANO. CAP. CXXX.

Coriandrum nobis frequens, odore dum vires stercoreis humani.

## NOMINA.

**K**όριον, ἢ ἡ γείωνον græcis: Corion seu Coriā non latinis, vulgò & officinīs Coriandrum, Germanis, qui latinā seu officinarū appellationem imitātur Coriander (Gallicè Coriandre) nominatur. Corio nomen fecisse cimices verisimile est, quos folia & caules eius olent: ἡ γείων enim Græcis insecti id genus est, quod latinis cimex dicitur. Coriandrum.  
Coriō quare vocatū.  
ἡ γείων.

## FORMA.

Caulis Corianno exilis sesquicubitalis, ramosus. Folium dum primum erumpit Adiatī, dein Fumariæ, odore gravi. Flores candidos. Semen rotundum ac nudum, firmū & distinum. Radicem brevis sculam, ligneam, neque admodum fibratam.

PLANTARVM HISTORIAE

LOCVS.

Amat terrã pingue, Palladio teste, sed & macro solo nascitur. Nũquam autem nisi satum provenit.

TEMPVS.

Autumno dum semine prægnaus est carpitur.

TEMPERAMENTVM.

Coriandri temperamētum minimè frigidum ac simplex est, sed variè coalitum & compositum. Est enim copiosa quidem amaritudinis particeps, quæ in tenui simul ac terrestri substantia fundatur: sed & aquose humiditatis tepida ei non parum inest. Habet etiam adstrictionis nõnihil, sicut paulo post ex Galeni verbis clarius innotescet.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Hæc Dioscoridis Vim refrigeratoriã habet Coriandrum, vnde il-  
scoridis litum cum pane aut polenta erysipelatis, & herpes  
verba pau tibus medetur. Epimychidas, testium inflammatio  
lo post Ga nes, carbunculõsque cum melle & vna passa sanat.  
lenus exi Cum lomento strumas & tubercula discutit. Luma  
hilat. bricos semen cum passo potum pellit, geniturãque  
auget. Largius tamen sumptũ, mentem non sine pe-  
riculo mouet, quapropter copiosorem & cõtinuum  
qius vsum cauere oportet. Succus cum cerussa, aut  
argenti spuma, necnon aceto & rosacco illitus, ar-  
dentes in summa cute inflammationes iuuat.

EX GALENO.

Coriannon sine Corion, aut vtcunque vocare li-  
bet. Vetusiores Græci Coriannon nominabant, ac  
recentiores

recentiores omnes medici Corion appellitant, sicut  
 & Dioscorides refrigeratoriam esse herbam dicti-  
 tans, sed perperã. Siquidem ex cõtrariis constat fa-  
 cultatibus, plurimũ habens amara essentia, quam hend. tur.  
 ostendimus esse tenuium partium, & terrenam, nec  
 modicum etiã aquea humiditatis obtinentem, quæ  
 est facultatis tepidæ. Habet autem & adfrictio-  
 nis paucillum. Ex quibus omnibus variè quidem a-  
 git ea quæ scribit Dioscorides, & non tantũ ex re-  
 frigeratione. Ceterũ ego cuiusque particulatim  
 actionis causam enarrabo, tametsi propositum fue-  
 rat mei vnus duntaxat hoc in libro sententiã ex-  
 promere. Sed fortè nihil obstabit, imò si verum fa-  
 tendum est, proderit nonnihil superiores metho-  
 dos, quæ in paucis medicamentis sunt dictæ, hunc  
 in modum repetere. Primum ergo non Dioscorides  
 tantũ, sed & alij complures medicorum indeter-  
 minatè, & citra limitationem de morbis pronun-  
 ciant, sicut sanè hac quoque tempestate non paucos  
 reperias medicos insignes, præter alia, hac in re ma-  
 ximè hallucinantes. Interdũ enim atra, liuida, fri-  
 gidaq; reddita parte quæ erysipelas habuit, nec an-  
 plius refrigerantia poscente medicamenta, ceu an-  
 tea, sed ea quæ infixum parti præter naturam hu-  
 morem euacuent, ij tamen refrigerare persueverant.  
 Aliquãdo autè ad digerentia quidè transcunt, cete-  
 rùm erysipelas sanare dicũt. Et sanè scribunt inci-  
 pientibus etiamnũ & crescentibus erysipelatis alia

PLANTARVM HISTORIAE

conuenire medicamenta, aliaq; declinantibus. Verum res ita non habet. Neq; enim erysipelas etiam vocari debet posteaquam inflammatio eius & feruor, ac biliosum illud abierint: neq; quae facultate sunt frigida, neq; quae illa sanant, remedio esse putandum est, sed velut si vel initio protinus aut percussis, aut alia de causa quauis tumor in parte quazpiam aut liuidus, aut niger extiterit, eum frigidum esse affectum existimabis, & quae digerant excalfaciantq; poscere: ad eundem modum si calida affectio in frigidam reciderit, negligenda quidem prior est, sed secunda alio nomine appellanda. Aut si displicet nominis mutatio, saltim sicut aliqui alia scribunt principum, alia declinationis remedia, haud frigida esse autumantes declinationis remedia, concedendum sane est, si cui ita placet, ut talis affectio etiam erysipelas vocetur: sed eam etiam calidam dicere ubi iam refrigerata est, id vero neutiquam concedendum. Itaque ne quod tunc ei auxilio est, refrigeratorium esse credamus, sicut Dioscorides Coriannon, quod, ut ipse ait, cum pane aut poteta illitum, erysipelas sanat. Nam quod exquisitum est erysipelas & iam utique inflamatum & flauum est, nequaquam cum pane sanabit Coriannon, sed illud quod iam refrigeratum est. Proinde nos superioribus voluminibus, quum determinata ac definita experientia cuiusque medicamenti facultatem explorandam censuimus, quam maximè fieri posset simplicissimum  
eligi



eligi affectum cōsulimus. At plerique medici, ne-  
 que quòd vel plurimi morborum protinus ab ini-  
 tio compositi inuadant, norūt, neq; quòd alius affe-  
 ctus sit erysipelas exactum, alius verò is qui voca-  
 tur ab omnibus nobis vsitate, vt à veteribus quoq;  
 phlegmone. Alij autē inter hos medij plurimi, par-  
 tim vt sic dicam erysipelata phlegmonode, partim  
 phlegmone erysipelatodes. Ac inuenias nōnūquam  
 vbi neutrum vincat, sed ad vnguē paria sint. Quin-  
 etiam nonnunquam œdematodes esse erysipelas cō-  
 spicitur, sicut aliud scirrhodes, vt cōpositorū mor-  
 borum haud paruus aceruetur numerus. De quib;  
 bus copiosius cum alibi disseruimus, tum in libris  
 de curandi ratione. Dicitur autem & nunc, quo- Lib. 14.  
 ad saltem eorum meminisse necesse est, quòd exa-  
 ctum erysipelas haud vnquam ab antedictō cata- Exquisi-  
 plasmate curari possit. Voco autem exactū, quum tum erysi-  
 à biliosa fluxione pars impleta fuerit. Porro quòd pelas.  
 longē à refrigeratione absit Coriandrum, vel exiis  
 quæ ipse scripsit Dioscorides discere licet, Nā stru-  
 mas, inquit, cum lomento discutit. Quòd verò nul-  
 lum refrigerantium medicamentorum idoneum sit  
 discutiendis strumis, vel ipsum Dioscoridem nō du-  
 bitare arbitror, vt qui sexcenta scripserit medica-  
 mēta strumas sanare potentia, quæ omnia temperie  
 calida, & actionibus digerentia esse confessus est.  
 Hactenus Galenus: cuius quidem, etsi proluxa sint,  
 verba ideo recētere placuit, vt vulgi & nōnullorū

PLANTARVM HISTORIAE

etiam medicorum errorē detegeremus, qui præter  
 veritatem Coriãdri temperamentū esse frigidū as-  
 serunt. Denique vt ex hoc loco discerent studiosi,  
 Periculo- quàm periculosum sit Dioscoridis ac aliorū veterū  
 sum Dio- scripta sine limitatione sequi. Admonitos quoq; les-  
 scoridis Flores esse volumus, hoc caput ex eorum esse nume-  
 scripta si- ro, in quo Galenus à Dioscoride dissentit.  
 ne limita- EX PLINIO VALERIA-  
 tione le- NO MEDICO.  
 gere.

Non dubitanter Coriãdro refrigeratrix potestas  
 datur, non tamen simplex, vt prudentissimè Galeno  
 videtur, sed cui quaedã portio austeritatis immixta  
 sit, inde quòd quaedã ex eo vitia curantur, quæ nū-  
 quã omnino curaret, si sola virtute frigida nitere-  
 tur. Cum melle & vna passa tritum & impositū,  
 omnes tumores collectionesque compescit. Præcipuè  
 tamen isto genere medicaminis doloribus testium  
 subuenitur. Succo mali granati & oleo in potione  
 permixtum, animalia interancis innata persequi-  
 tur. Semen ex aqua potum solutionem vëtris strin-  
 git. Scriptū à multis legitur tria Coriandri grana  
 tertianas excludere ante accessionem si fuerint de-  
 norata. Iisdem quoque repellendis efficax est ipsū  
 Coriandrum ante solis ortum ignorantī cernicali  
 viride subiectum. Mirum est quod Xenocrates tra-  
 dit, si vnum seminis granum femina biberit, vno  
 die mēstrua cōtineri, biduo si duo, & totidem die-  
 bus quot grana sumpserit.

Eadem

Eadem ferè sunt quæ alter Plinius lib. naturalis histo. xx. capite xx. scribit, ideoque omittere placuit. Tantùm addit, Marcum Varronem putare Coriandro subtrito cum aceto, carnem incorruptam æstate seruari.

## APPENDIX.

Non transeundum silentio erit quod Dioscorides hic diligenter monet, Coriandri copiosum & cōtinuum vsus esse fugiendum. Adcoq; errare vehementer recentiores medicos, qui eo tam frequenter, potissimum ad caput roborandum, cui infensissimum est, vtūtur, manifestius est quam vt probatione indigeat. A quo sanè errore vel id saltē reuocare ces deberet, quòd idem Dioscorides, libro sexto, Coriandrum inter venena communeret.

Coriandro nō copiose & continuo vtendum.

## EX SIMEONE SETHI.

Stomacho b-num est, & eundem corroborat. Cibus in ventriculo donec probè concoquantur retinet. Tostum igne ventrem sistit. Prodest ad phlegmonas & calidas temperaturas. Sanguinis fluxuum potum, & si imponatur, compescit. Cum vino potum, lumbricos educit: immodicus tamen eius vsus delirium facit. Huius etiam succus potus venenū est & occidit. Qui enim hunc bibunt, muti sunt, & desipiunt.

## DE CASSUTHA. CAP. CXXXI.

Cassutha si thymo innascitur Arabum est Epithymum, nobis in satureia, hyssopo

PLANTARVM HISTORIAE

& maiorana est sæpe visa omnino eadē, nec genere ab hac variare videtur quæ in lino, orobo, lente, vicia etiam luxuriari solet. Ea omnis primum radiculis nititur, quæ tū arefcunt & vanescunt quando primum à planta cui inuoluitur citris suis alienum depascitur alimentum.

NOMINA.

**K**αροῦθα recentioribus Græcis: Cassutha, y litera in v transcunte, vt sepè fieri solet, latinis appellatur: officinis & herbariis nostræ ætatis hinc deflexa quadam pristini nominis umbra, Cuscutha dicitur, cùm primū Cassutha, dein conuersa Cascuta, postremo Cuscuta cœperit appellari. Sunt qui podagram lini vocant, quòd quasi compedibus id cui incederit illiget, nec vinctum eo facile possit extricari. Germanis Filtzkraut, oder Flachszseiden, oder Todtern (Gallicè Goutte de lin, ou agoute de lin) dicitur. Errant qui Dio-

Androsas- scoridis Androsacen esse putant, cùm veteres Græce non est ci, quod sciam, de Cuscutha hodie dicta, nihil meæ Cassutha, moriæ prodiderunt. Plinius tamen lib. xvi. capite

ultimo, eius videtur meminisse iis verbis: Est & in Syria herba, quæ vocatur Cassythas, non tantum arboribus, sed ipsis etiam spinis circumuolvens sese:

Plinii lo- Cassythas enim legēdū non Cadytas: sic enim codi-  
cus emen- ces aliquot Pliniani, vt in suis annotationibus do-  
datus. ctissimus Hermolaus admonet, yq; emendatiores, habent.

habent. Iam igitur memoria Plinij Cassytas herba suo nomine Syriaco venerat in Latium, quod multis postea seculis vsurpantes tam Pœni quam Arabes, suis scriptis protruerunt. Quod autem Plinius sine spiritu protulit, id librariorum culpa factum esse suspicor, qui inuertentes mutarunt Cassytha in Cassythas. FORMA.

Herbosis fruticibus adnascitur, earum adminiculo solita: radice nulla, sed velut ab alarū sinu procedente cirro capillametōve miræ longitudinis, statim ab eius ortu sese ramulis conuolvente. Quæ iā veluti clauiculis nixa, sensim proserpens herbarum fastigia scandens, & crebris volutionibus opere topiario per vertices rotata, comas herbarum cōplectitur: tā volubilis illi natura est. Foliis vidua cernitur, Florem fundit album, semine quoque scatet tenui. Cirri dilutiore rutilant purpura, nōnunquam ex rubro rufescunt, siliibus lyrarum crassitie pares.

## LOCVS.

Nō in terra, sed in herbis arboribusq; passim nascitur Cassytha, quas tam spisso sapius irretit cōtextu, vt tentorii modo herbosum cespitē à sole vindicet. Nōnunquam cacuminibus impendens stirpes humi deturbat, propriamque parentem suis laqueis strangulat, aut continuò materni alimenti suctu perducit ad tabem.

## TEMPVS.

Aestate, Iulio potissimum & Augusto mēsis, maximus

## PLANTARVM HISTORIAE

maximus illius in Germania proventus esse solet, hoc enim tempore tanta eius est luxuria, ut mole sua stirpes onerata ferè procumbere videantur.

### TEMPERAMENTVM.

In primo calefacientium abscessu seu ordine, & desiccantium secundo statuendum: quandam enim respicit amaritudinem.

### VIRE S.

Abstergendi naturam obtinet, & cum quadam adstrictione roborandi facultate prædita est. Iecinoris impedimenta laxat, infarcti & obstructi lienis expedit vitia, venas pituitosis atque biliosis exonerat humoribus, pellit urinam. Regio morbo subuenit, qui iccinoris obstructionibus contrahitur. Febrilibus iis auxiliatur, quæ pueros malè habent: sed vsu nimio stomachum sua adstrictione grauat: verum noxa tollitur, si Anisi momentum adiiciatur. Natura eius flauam bilem per aluum exigere, sed efficaciorum cum Absinthio præbet effectum. Hæc quidem ex Pænorū ac Arabum sententia facultates Cassuthæ tribuuntur, qui utique vires illius longè magis gliscere pollicentur, si parentis ingenium ei patrocinetur. Hinc est quòd hanc forsitan veteres Græci, quamuis triviale m, eo nomine subticuerunt, quòd natiuis suæ merito parentis dotes adscivisset, è sinu cuius vernaculum ebibens humorem aleretur. Nam ut testatum iidem Arabica factio nis medici reliquerunt, si calidæ insidet herbæ arborivc,



borive, calidam sortietur facultatem, & si decu-  
buerit frigida, vim sibi frigidam vendicabit.

## DE CESTRO. CAP. CXXXII.

Betonica betoine, Sylvestris autē duplex  
nobis armorie dicitur, tunica & tunici abla-  
ta prima syllaba, & o in v corrupta officinis,  
altilis autem nobis ocellus eulet dicitur. *Betonica*

## NOMINA.

**K**έστρον Græcè, Betonica seu Vetonica lati-  
nè: in officinis antiquū nomen retinuit, bra-  
unbetonick Germanicè (Gallicè, Betoine, ou  
de la Betoefne) appellatur. A varietate autem  
& copia remedium, Cestron à Græcis dicta est: Cestron  
hac siquidem voce opus interpretūctum, acūve pictū unde di-  
nominauerit. Libri etiam à varietate subiecti, ab Eta.  
aliquot Græcis hoc titulo inscripti sūt. Plinius quo-  
que aliquando Ebur cestrum, id est, p'cturatum di-  
xit. Betonica verò ab inuentoribus Vetonibus, Hi- *Betonica*  
spania populis, nominata est.

## FORMA.

Herba est caulem tenuem obtinens, cubiti alti-  
tudine, aut maiorem, quadrangulum. Folia longa,  
mollia, quernis similia, per ambitum incisuris diui-  
sa, odorata, propè radicem maiora. In summo cau-  
lium semen veluti Thymbrae spicatum inest. Radi-  
ces subsunt tenues vt Ellebori.

## LOCVS.

Nascitur in pratis, syluis, mōtosis, frigidis et opa-  
cie

PLANTARVM HISTORIAE

Ψυχότροφον *cislocis, ideóque Grecis Ψυχότροφον vocata est.*  
 Φον.

TEMPVS.

In Maio & Iunio mensibus floribus abundat.

TEMPERAMENTVM.

Calida & sicca in primo ordine completo, aut  
 in medio secundi.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Folia Betonice carpuntur & siccantur plurimos  
 ad vsus. Radices cū hydromelite potæ, pituitosam  
 vomitionem eliciunt. Folia dantur ruptis, cōuulsis,  
 vultu & affectionibus, & eiusdem strangulationibus  
 drachmæ vnius pondere cum hydromelite. Ternæ  
 in vini sextariis duobus contra serpentium morsus  
 ebibuntur. Herba ipsa illita venenatorū morsibus  
 prodest. Aduersus etiam venena drachma ex vino  
 pota conuenit. Hæc si quis persumpserit, letale hau-  
 stum venenum nihil nocebit. Urinam cit. Aluum  
 subducit. Medetur comitialibus & furiosis cum  
 aqua pota. Iecinoris & lienis vitis drachmæ pono-  
 dere cū aceto mulso pota succurrit. Cōcoctione ad-  
 iuuat, si quis à cœna eã fabæ magnitudine cū mela-  
 le cocto deuorauerit. Eodem modo & acida ructan-  
 tibus propinatur. Stomachicis eam manducare, &  
 succum deuorare proderit, si postea dilutum vino  
 sorbeatur. Datur sanguinem excreantibus triū obo-  
 lorum pondere cum diluti vini cyatho vno. Ischia-  
 dicis, renum & vesicæ doloribus ex aqua. Hydro-  
 picis autem binis drachmis, febrientibus cum hy-  
 dromelite,

*dromelite, non febricitantibus cū mulso Regio morbo laborantes recreat. Menses ducit drachmæ pondere cum vino pota. Aluū purgant drachmæ quatuor cum hydromelitis cyathis decem pota. Cū mel le tabidis, purulentis auxiliatur. Folia cum inaruerint trita ad hos effectus fictili vase reponuntur.*

## EX GALENO.

*Vim habet incidendi, vt gustus indicat. Amariuscula enim est, & subacris ipsa herba, id quod et particulatim edita ostendit actio. Nam consistentes in renibus lapides rumpit, & pulmonem & thoracem & iecur expurgat, abstergitq̃. Menses mouet, & comitia'ibus prodest. Rupta atque conuulsa curat, & omnibus bestiarum morsibus illita vlceri auxiliatur. Acidum ruētantibus & ischiadicis bita succurrit. EX PLINIO.*

*Morsibus serpentum imponitur Betonica præcipuè, cui vis tanta perhibetur, vt incluse circulo eius serpentes, ipsa sese interimant flagellando. Datur & ad iētus semen eius denarii pondere cū tribus cyathis vini, vel farina drachmis tribus sextario aque imponitur. Obolis tribus in aqua, contra purulentas, contrâque cruentas excreationes facit. Faciles præstat vomitiones radix eius Ellebori, modo quatuor drachmis in passo aut mulso. Ischiadicos dolores & spine leuat eiusdem farina ex aqua mulsa. Aluum soluit drachmis quatuor, in hydromelitis cyathis nouem. Folia siccantur in farinam plurimos*

PLANTARVM HISTORIAE

plurimos ad vsus. Fit vinum ex ea & acetum. Stomacho & claritati oculorum. Paralyfin sanare dicitur. Eadem torpentibus membris prodest. Ad lateris & pectoris dolores farina eius bibitur.

DE BETONICA ALTERA.

CAP. CXXXIII.

NOMINA.

**D**Vas esse Betonica species præter Pauli Aeginetam lib. vii. Plinius etiam lib. xxv. cap. vii. abundè docet: & in aliquibus Dioscoridis codicibus huius quoque secundæ Betonicae mentio fit.

*Herbatu  
nica.*

Hanc itaque posteriorem, tam officinae quàm herbarii medici Tunicã, detractis à Betonica duabus literis prioribus, nominant. Germanis Graszblumen & Negelblumen, quòd flores eius garyophyllorum odorem referant, appellare placuit.

GENERA.

*Sylvestris* Duùm est generũ. Vna siquidẽ sylvestris est, quã Germani Vuild Negelblumen, hoc est sylvestrẽ Garyophylleam, & Dondernegele, Feldtnegele, & Blutz ropfle (Gallicè Des armoiries.) Altera altilis est, quæ alio nomine Betonica seu Vetonica coronaria, quòd illius in coronis nimis vsus sit, dicitur. Germani heymisch Negelblumen (Gallicè des euilletz) quasi domesticam Garyophylleam appellant.

*Altillis.*

FORMA.

Specie multum à priore Betonica differt. Radice

cem

*Gmoffels floren  
stem vñ wils*

eem enim totam rubram, odoratamq; habet. Folia  
 porracea, oblonga, stamine quo medium diuiditur  
 puniceo ac rubente, cum recto calamo triangula,  
 floribus in vertice purpureis. Hæc Dioscoridis deli-  
 neatio utriusque generi communis est: priuatim ta-  
 mē Sylvestris Betonica herba fruticosa est, foliis por- Sylvestris  
 ri, oblongis, angustis, per extremum mucronatis, cæ- Betonica.  
 sis, cœcoloribus calamis, teretibus, geniculatis, cubi-  
 talibus, floribus speciosis, simplicibus, qui quinis, se-  
 nisve folijs conuertat, lentè simbriatis, magna ex par-  
 te purpureis, quamuis & interdum niuei conspiciã-  
 tur. Altalis seu coronaria, foliis est porraceis, oblon- Altalis seu  
 gis, per extremum mucronatis, concoloratu cæsis, coronaria  
 teretibus cauliculis sesquicubitalibus, geniculatis, Betonica.  
 coeuntibus pyxidatim internodiis, floribus omnium testi affi. qd  
 speciosissimis, Garyophyllorum odoratu, sed lon- nosse p. Beton.  
 gè suauissimo, quandoquidem alius cocco rutilat,  
 alius saturata nitet purpura, alius candido, alius  
 emaculato blanditur colore, alius versicolore va-  
 riatu commistū. Omnibus teres longiusculusque  
 calyx spectatur, orbiculo superiorum denticula-  
 tus, à quo quina senave folia procedunt, lentè qui-  
 dem simbriata. Nonnulli tamen flores frequentio-  
 re coma stipantur, geminis utrinque emicantia-  
 bus stamineis, apicibus.

## LOCVS.

Sylvestris in pratis, montibus, nitidisq; locis na-  
 scitur. Coronaria verò passim in sictilibus vasis alia-

## PLANTARVM HISTORIAE

tur, neque facile ades inuenies, ante quas non expositam intuearis. **TEMPVS.**

In aestate vtriusque magna est copia. Coronaria tamen longiori tempore durat, atque aestiuas, autumnales, hyemaleſque struit coronas.

### TEMPERAMENTVM.

Calidam & siccam esse tum amaritudo, tum odor & alia multa declarant.

### VIRE. EX DIOSCORIDE.

Animas hominum & corpora custodit. Contra nocturnas peregrinationes, loca insidiosa, & difficiles somnos commedatur. In totum, ad omnem medendi rationem celebrata. Recens trita vulneribus capitis indita dolorem sinit. Vulnera glutinat. Fracta ossa extrahit, et hoc quotidie efficit, donec perfanscat. Dolori capitis medetur, si decocta ea ex aqua caput perfundatur, aut temporibus cum bitumine illinatur, aut radix eiusdem suffiatur.

### EX INCERTO,

Farina eius tam aduersus toxica quam serpentium & scorpionum ictus ex albo vino bibitur. Quartanae reliquarumque febrium horrores discutit. Comitialibus opitulatur sub ipsam accessionem propinata. Eadem per se carcinomatis inspergitur, quae tamen praestiterit herbae succo prius abluisse. Estur contra ventris tenias. Succus pestis arcet cotagia, atque etiam haustus, si iam morbus inuaserit, liberat. Fit ex flore oleum ad canis rabiosi morsus, ad fistulas



stulas & parotidas, quibus illitu medetur. Visus ac-  
ciem exacuit. Ieiuno sumpta dolorem dentium se-  
dat, iure decocti colluto ore. Discutit grauedines.  
Partum, qui sine febre sit, accelerat. Neruorū vul-  
neribus imponitur. Præsumpta ebrietatem arceat.  
Intertriginem in itinere faciundo non sentient, qui  
ex vino biberint. Fastidia cū aceto mulso discutit.  
Iis qui ex morbis sese recolligunt, aluum ex aqua  
calida deiciit. Vomitiones cohibet. Dolores podas-  
græ ac inflationes ventris sedat. Venena rabiosi can-  
is morsu impressa elicit plagæ diutius illigata.

## APPENDIX.

Recentiores syluestris Betonica succum mirifi-  
cè commendant in atterendo & educendo calcu-  
lo, & medendis comitialibus. Altilis autem radis-  
cem contra pestis contagia vtilè esse tradunt. Hæc  
ob causam ex floribus etiam eiusdem, medicamen-  
tum conficiunt, quod Conseruam hodie vocât, quod  
ad eundem vsum adhibent.

## DE COLCHICO. CAP. CXXXIIII.

Colchicon à necandis canibus nobis tu-  
chien. Ephemerum non lethale nobis liliū  
conuallium & grand muguet.

## NOMINA.

**K**ολχικόν, ἢ ἐφίμυρον Græcis: Bulbus agre Hermodaa-  
stis latinis, officinis & herbariis Hermodaa-  
etylus dicitur. Germanis Zeitlofē (Gallicè Mort Colchicū-  
au chiē) Colchicum à Colchide veneni ferace, in cur dictū

PLANTARVM HISTORIAE

Ephemerum.

qua nascitur, nomen desumpsit. Dictum vero est Ephemerum, quoniam vno die sumptum interficiat, atque adeo ab altero Ephemero, quod minimè letale est, & de quo suo loco diximus, non solum figura, verumetiam facultatibus differt. Et si verò Ephemerum Colchicum etiam significet, tamen præcipuè id Ephemerò quòd veneno caret, hoc nomine intelligitur.

FORMA.

Autumni exitu florem subcandidum, crocino similem profert. Post florem folia Bulbo similia, pinguiora tamen. Caulem palmo altum, rufum ferentem semen. Radicem habentem corticem in nigro rufescentem, quæ cortice suo nudata, alba, tenera, succo plena, et dulcis inuenitur. Habet Bulbus eius in medio rimam fissuramve vnde flos erumpit. Huius descriptionis in vniuersum notæ omnes ita Hermodactylo nostro conueniunt, vt nemo, nisi Tiresia cecior sit, Dioscoridis esse Colchicū ambigere possit. Exitu enim autumnii in pratis florem edit albicatē, croci floribus similem. Posterius, Februario nimirum mense & primo statim vere, folia Bulbi, sed pinguiora. Caulem palmæum ferentem semen rufum. Radicem cortice in nigro, colore rufescente, quæ decorticata cædicat, teneraq; succo plena, & dulcis apparet. Bulbus etiam eiusdem diuisionem in medio obtinet, ex qua flos erumpit, vt pictura exquisitè tibi monstrat. His accedit, quod Serapio Arabis

rabs sub nomine Hermodactyli, Dioscoridis Colchicon prorsus depingat. Alium tamen esse à nostro Hermodactylo illum putamus, quem Actius, Paulus Aegineta lib. viij. & Actuarius peculiariter & Græcorum privatim articulorum doloribus conducere scribunt. Paulus enim separatim tanquam diuersorum mentionem fecit, & de Colchico & Ephemero diuersa ab Hermodactylo capita constituit.

## LOCVS.

Magnus Colchici in Messenia, & apud Colchos prouentus. Nascitur & passim in omnibus pratis Germaniæ nostræ. TEMPVS.

Flores in Autumni exitu, vt diximus, apparent. Folia autem post flores generantur, & primo statim vere è terra erumpunt. Semen in æstate Iunio potissimum mense producitur.

## TEMPERAMENTVM.

Calidum & siccū nonnulli Colchicum in secundo ordine, seu à medio recessu statuunt.

## VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Radix eius comesta fungorum modo strangulando enecat. Hanc autè depinximus, ne pro Bulbo deuorata aliquem lateat. Mirū est enim quantum ignaros propter suauitatem inuitet. Hæc Dioscorides. Proinde satis liquet Hermodactyli huius nostri vsus minimè tutum esse: venenum enim est, & vsq; ad sanguinis excretionem per inferna subducit. Eius tamen, radice potissimum & foliorum, ad ene-

PLANTARVM HISTORIAE

candos ac abigendos pediculos vsus esse potest.

REMEDIA CONTRA COL-  
CHICVM.

Remedio sunt edētibz quæcūque cōtra fungos-  
opem ferunt. Bubulum etiam lac potum, adeo vt  
quoties hoc affuerit, nullum præterea quærendum  
presidium sit. EX PAULO.

Ephemeron, quod nonnulli Colchicon, eò quòd in  
Colchide nascatur, vocant, aut Bulbum agrestem,  
epotum protinus totum corpus prurire facit, velut  
urtica & scilla tactū irritatumq; interiora erodit,  
stomachum vrit cum pōderosa gravitate. In male-  
scēte autē malo, cruenta strigmētis mista per aliu  
egeruntur. Succurrendum, vt Salamādra, vomitio-  
nibus & clysterib. Sed antequā vires sibi adsciscat  
venenum, dari debet foliorum quercus, aut gladiū,  
aut malicorū, aut serpylli decoctum cum lacte bi-  
bendū: aut Polygonii succus, aut surculorum vitis,  
aut rubi, aut tenerarū ferularū medullæ, aut myrti  
cum vino. Benefacit etiam castancarū interior tu-  
nicula, si cū aliquo è succis, quos prædiximus, assu-  
matur. Origani quoque cū lixiuia potum, in idem  
efficax est. Adeo verò exactum præsidium est lac  
vaccinum calidum potum, & simul in ore cōten-  
tum, vt hoc præsentē nullum aliud desideretur.

DE CLEMATIDE DAPH-  
NOIDE CAP. CXXXV.

Clematis nobis Peruinca dicitur.

## NOMINA.

**K**ληματῖς δαφνοειδῆς Græcis, Clematis  
 Daphnoides latinis, Peruiça officinis, Vinca  
 peruinca vulgò nominatur. Germ. eò quod semper  
 vireat, Yngrun, vel Syngrun, (Gallicè Du Lis Clematis  
 feron.) Clematida Græci, quoniam κλήματα, vnde dicitur  
 hoc est, sarmenta seu viticulas per terram spargat, Et a Daph  
 dixerūt. Daphnoida verò à foliorum Lauri, quam noides.  
 eius folia habent figura. Plinius lib. xxiiij. cap. xv.  
 Clematida Aegyptiam nominat: libro autem xxi.  
 cap. xi. Vincam peruincã, aliòque nomine Chamæ  
 daphnè dici tradit, quòd scilicet humilis videatur Chamæ  
 Laurus, vt nomen sonat. Non est autè cur eã Cha-  
 mædaphnè putes, quæ Romanis Laureola aut Lau  
 rago dicta est, hæc enim à Vincaperuinca genere  
 & facultatibus diuersa est, & seorsim illam Cha-  
 mædaphnen depingit Plinius lib. xxiiij. cap. xv. vt  
 hinc manifestissimum sit Plinio duplicè esse Cha-  
 mædaphnen. Vnã quam sic appellant Dioscorides, Plinio du  
 Galenus, & alii Græci. Alteram quam priuatim plex Cha-  
 Vincamperuinca alio nomine vocat Plinius. Sic mædaph-  
 autem, quod humi serpat, & se in modum funiculi ne  
 porrigat vicina quæq; vinciens, appellat.

## FORMA.

Sarmenta oblonga habet, iunce crassitudinis.  
 Folium exiguum, Lauro figura & colore simile,  
 multò tamen minus. Iam si quis imaginem & ef-  
 figiem Clematidis Daphnoidis exquisitis explo-

PLANTARVM HISTORIAE

Vincaper ret, ea deprehēdetur esse quæ hodie vulgò Vincæ  
 vinca. peruinca nominatur. Hæc enī humiles & graciles  
 spargit iuncos, foliaq; Lauri figura et colore obtinet,  
 multò tamē minora: flore hyacinthino seu in purpu  
 ræcæruleo, inodoro, rotundo, foliis quinq; sed conti  
 nuis distincto. Ea etiam, vt Plinius ait, semper vi  
 ret, in modum lineæ foliis geniculatim circumdata.  
 Hybernas sua perpetua fronde texit coronas.

LOCVS.

Gignitur pingui, vmbroso, lætèq; solo, sed inculto,  
 in agrum vinearumq; marginibus.

TEMPVS.

Hæc etsi nunquam non virescat, vere tamē dun  
 taxat florescere videtur, Martio potissimum mense  
 & Aprili.

TEMPERAMENTVM.

Siccitas in Clematide, Paulo Aegineta teste, cæ  
 teris qualitatibus præualet. Id quod gustus etiam  
 ostendit: gustanti enim adstrictionem quandam &  
 amarorem habere videtur. Adstringit autem mo  
 dicè, sed fortiter amara est. Siccat itaque, at citra  
 mordicationem.

VIRES. EX DIOSCORIDÆ

Huius, caules ac folia in vino pota, alui proflu  
 uia & dysenterias finiunt. Vteri dolores cū lacte  
 & rosacco, aut cyprino in pessa apposita sanant. Cō  
 manducata dentium dolorem mitigant. Venena  
 torum moribus imposta prosunt. Feruntur & ac  
 spidum



*pidum morsibus cum aceto pota auxiliari.*

EX GALENO.

Clematis daphnoides nequaquam est exulceratoria, neque acris, imò alui profluuiis & dysenteriis cum vino pota prodest, dentiumque dolores mansa mitigat. Vteri doloribus in pessa admodum vsui est, tantum abest vt vrat aut vlceret.

EX PAVLO.

Clematis quibusdam Daphnoides, aliis Myrsinoides, nonnullis Polygonoides, sarmenta habet præ longa, crassitudine iunci, folium verò Lauri. Siccan di facultate pollet, qua alui fluores, difficultates intestinorum, & dentium dolores finit. Contra venenatorum morsus prodest.

APPENDIX.

Iã commemoratæ facultates satis ostēdunt Clematida daphnoida esse Vincamperuincam: nam codex antiquus manuscriptus, quē in rebus dubiis lubens cito & sequor, easdem prorsus vires Peruinca tribuit. Sanguinis enim è naribus profluuium mirum in modum prodesse tradit. Item qs qui sanguinem vomūt aut spuunt. In summa omnem sanguinis fluxum folia eius sistere asserit, ita vt euentissimum sit Peruinca officinarum eandem esse cum Clematide hac nostra. Quibus etiam accedit pictura & descriptio eiusdē, quæ vtraque adamussim Peruinca nostræ respondent.

B iiij DE

PLANTARVM HISTORIAE

DE CARDAMO. CAP. CXXXVI.

Cardamum id est nasturtium narbonensibus nascitur, à naribus torquendis dicitur nobis cresson alenois.

NOMINA.

**K**αρδάμων Græcè, Nasturtium sativum latine dicitur. Officinis latinum nomen retinuit. Barbari nostræ etatis herbarii Cressionem hortensem vocant. Germanicè Gartenkresz (Gallicè Cresson alenois, ou nastort) dicitur. Cardamum verò Græcis nonnulli dictum esse arbitrantur, ἀπὸ τῆς καρδίας, quòd cor foueat, & in syncope illa, quæ Cardiacam nominant, plurimum valeat. Alij diuersa ratione vsi, sic dictum quòd caput edomet, quasi καρδίαν, putant. Nam arcem mentis obsidens suo ferit acremento, & ignea vi præditum caput tentat. Sunt è Græcis qui τὰ ποτὰ τῶν κόρυς μύειν, id est, quòd pupillas oculorum cœuntibus vnà palpebris abscondat, ita dici censeant. Nam luminibus admotum subinde cogit coniuere. A quo, vt volūt, euentu καρδάμυττειν verbum declinarūt, quòd coniuere nostra lingua dicimus. Nasturtium autem appellatum est, Varrone & Plinio testibus, à naribus torquendis, quòd odore & seminis acrimonia sternutamenta prouocet.

FORMA.

Nasturtium caulibus assurgit sesquipedalibus, statim à radice minorum foliorum pediculo, floribus

hoff R. 108

Cressio  
hortensis.  
Cardamum  
vnde dicitur  
etum.

καρδάμυττειν.  
Nasturtium  
quare appellatum.

ribus candidis. semine per ramorum latera copioso,  
firmo, calyculis orbicularibus contento, acris sapore.

## LOCVS.

Passim in hortis satum prouenit.

## TEMPVS.

Floret æstate, Iunio potissimum mense. Sequenti  
tempore semine prægnans est.

## TEMPERAMENTVM.

Nasturtii semē calefacit et desiccet ordine quarte  
to. Herba quoque sicca similem semini facultatem  
possidet. Humida autem adhuc & viridis propter  
aqueæ humiditatis admisionē multò inferior est,  
adeoque sic mordacitas eius moderata est, vt cum  
pane ea vti liceat ceu opsonio.

## VIREs. EX DIOSCORIDE.

Omnium semen calefacit, acre est, & stomacho  
inimicum. Aluum turbat. Lumbricos pellit. Lienē  
imminuit. Foetus in vtero enecat. Menses cit. Ve  
uerem excitat. Sinapis & Eruca semini simile est.  
Lepras & impetigines abstergit. Lienem illitum  
cum melle extenuat & reprimat, & fauos expura  
gat. Sorbitionibus incoctū ea quæ in thorace sunt  
educit. Potum serpentibus aduersatur. Suffitu eas  
dem fugat. Capillos deciduos continet, Carbuncu  
los rumpit ad suppurationem ducens. Ischiadicis  
cum polenta & aceto illitum confert. Oedemata  
& inflāmationes discutit. Furunculos cum muria  
illitum ad suppurationes ducit. Herba omnia ead  
dem

PLANTARVM HISTORIAE

dem, sed minore effectu, potest.

EX GALENO.

Nasturtii semen adurentis est facultatis par-  
ticeps sicut Sinapi. Proinde coxendicis & capitis do-  
lores, atque adeò quodcunque rubrificationem po-  
stulat, eo perinde atque Sinapi excalescunt. mis-  
cetur quoque remediis quæ exhibentur asthmati-  
cis, tanquam id quod crassos humores valenter in-  
cidere valet, velut et Sinapi. Nam per omnia ei si-  
mile est.

EX PLINIO.

Nasturtium Venerem stimulat, animum exas-  
cuit, aluum purgat. Detrahit bilem potum in aqua  
decem denariorum pondo. Cum lomento strumis illi-  
tum, opertumq; Brassica, præclare medetur. Capitis  
vitia purgat, visum clarificat. Commotas mentes  
sedat ex aceto sumptum. Lienem ex vino potum, vel  
cum fico extenuat. Tussim ex melle, si quotidie ieiun-  
ni sumant. Semen ex vino omnia intestinorum ani-  
malia expellit, efficacius addito Mentastro. Prodest  
& contra suspiria cum Origano & vino dulci. Pes-  
toris doloribus decoctum in lacte caprino. Panos  
discutit cum pice, extrahitq; corpori aculeos. Et ma-  
culas illitum ex aceto. Contra carcinomata adiicitur  
ouorum album. Et lienibus illinitur ex aceto. Infan-  
tibus verò è melle vtilissimè. Sestius adiicit hoc  
serpentes fugare, scorpionibus resistere. Capitis dolo-  
res contritum & alopecias emendare addito Sina-  
pi: grauitatem aurium trito imposito auribus cum  
fico.

fico. Dētiū dolores infuso in aures succo. Porrigis-  
nem & vlcera capitis cum adipe anserino. Furunc-  
culos concoquit cum fermento. Carbūculos ad sup-  
purationem perducit & rumpit. Phagedenas vlce-  
rum expurgat cum melle. Coxendicibus & lumbis  
cum polēta ex aceto illinitur. Item licheni & vn-  
guibus scabris: quippe natura eius caustica est.

## DE CRINO. CAP. CXXXVII.

Lilium nomē retinet. Est nobis & Lilium  
rubrum, vulgò dictum à floris colore in  
flauum inclināte, radice bulbosa, sed cro-  
cea quod hic croceum vocat.

NOMINA. *Letien*

Πῖνον, ἰσὺ λείριον Græcis, Lilium siue Iu-  
K nonis rosa Latinis, Lilium album officinis,  
Vueisz Lilgen, oder Gilgen Germanis,

(Gallicè Du lis) dicitur. Veteres Græcorum poeta  
singunt è Iunonis lacte respersa terra natū Lilium.  
Nanq; cū Hercules puer, quem ex Alcmena sustu-  
lerat Iupiter, Iunonis dormiētis vberibus admotus  
esset, & lacte se repleisset, post suctū digressus mā-  
ma lactē copiose profluxit. Quod in cælo à puero  
vago & incerto suctu perfusum est, lacteam effecit  
viam: quod humi sparsum est, Lilium lacteo flore  
nitentem creauit, vnde rosa Iunonis dictum.

Iunonis  
rosa quæ  
re dictum  
Lilium.

## FORMA.

Lilium caule simplici, varò duplici, tricubitali, co-  
moso, foliis longis, Satyrū effigie, ex herbaceo ni-  
tentibus,

PLANTARVM HISTORIAE

tentibus, flore eximij cædoris, foliis foris striatis, & ab angustis in latitudinem se paulatim laxatibus, forma calathi, resupinis per ambitum labris, luteis emicantibus ex fundo calycis apicibus, alterius quàm flos odoris, constat. Flos ille languido semper collo est, non sufficiēte capitis oneri. Radix bulbosa. Hæc descriptio planè huic Lilio conuenit, quod hodie cædidum vocamus. Nos alterius etiam generis picturam adiecimus, quod Croceum appellauimus, à flore eius, qui non, vt in priore, candidus, sed croceus est. Folia quoque eius angustiora sunt quàm prioris, aliàs simile, vt pictura luculenter ostendit.

LOCVS.

Pasim apud nos in hortis prouenit.

TEMPVS.

Floret initio mensis Iunij.

TEMPERAMENTVM.

Lilij flos temperaturam mistam obtinet, partim ex tenui, partim ex terrena essentia, ex qua utique in gustu amaritudinē habet, partim ex aqua, eaque temperata. Radix autem & folia primi ordinis sunt exiccantium & abstergentium. Plus tamen inest abstergentis facultatis in radice quàm in folijs.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Lirinum  
oleum.

Ex Lilij flore unguentum fit quod ab alijs Lirinum, ab alijs Susinum appellatur, ad emollicendos nervos, priuatimq; vuluarum durities aptum. Folia herbæ illita, serpentium moribus subueniunt. Feru-  
uefacta



ue facta ambustis profunt. Eadem in aceto condita vulneribus opitulantur. Succus foliorum cum aceto & melle in aëreo vase coctus, contra vetusta vlcera, & recentia vulnera medicamentum fit. Radix assa, aut cum rosaceo trita ambustis medetur, vuluā emollit, mēstrua ducit, & vlcerebus cicatricem inducit. Cum melle subacta neruorū præcisionibus & luxatis auxiliatur. Alphos, lepras, furfuresq; emēdat. Achores abstergit, faciemq; emēdat et erugat. Testiculorū inflāmationes trita cum aceto, aut Hyoscyami foliis, & farina triticea demulcet. Semen cōtra serpentium morsus potū valet. Illuminatur sacris ignibus semen & folia cum vino trita.

## EX GALENO.

Quod ex flore Lilij conficitur oleum & vnguentum, citra mordicationem digerendi simulq; emolliendi facultatē obtinet. Vnde fit vt vteri durities sit aptissimum. Porrò radix foliaq; per se trita desiccant, & abstergunt, & digerūt moderate: proinde quoq; ambustis cōpetunt: siquidem hæc quoq; moderate desiccantem extergentemq; facultatem postulant. Radicem ergo assam tostamue, ac deinde cum rosaceo contritam, ambustis quoad obducatur cicatrix imponūt: quippe cum alioqui & aliorum vlcereum omnium bonum sit inducendæ cicatrici remedium. Quinetiam vteros emollit, mensesque prouocat. Folia verò præcoquentes, & ipsa ad obductam vsque cicatricem imponunt, non

## PLANTARVM HISTORIAE

in ambustionibus duntaxat, sed aliis quoque vulneribus. Sed sunt qui aceto ea condientes ad vulnera suo tempore vtantur. Quum alphos, aut pforā, aut lepram, aut achoras, aut aliquid id genus extergere volumus, commiscemus illi aliquid aliorum medicamentorum validius extergentium, cuiusmodi mel est. Ceterum si id moderatè illi ac cōuenienter admisceatur, & ad neruorum diuisiones competit, & ad alia vniuersa quæ valenter exiccari postulant absque morſu. Imposuimus verò etiam quandoque & foliorum succum cum aceto & melle coctum. Quinque partibus succi plus utroq; erat, atque insigne medicamen ad omnia ea quæ exiccari postulat absque morſu fuit, ceu vulnera omnia ingentia, & maximè quæ in capitibus muscutorum eueniunt, & quæcunque humida flaccidæ, diuturna & agrè ad cicatricem perducuntur.

### EX PLINIO.

Lily radices multis modis florem suum nobilitauerunt, contra serpentium ictus ex vino potæ, & cōtra fungorum venena. Propter clauos pedum in vino decoquuntur, triduoq; non soluuntur. Cum adipe aut oleo decoctæ pilos adustis reddunt. E mulso potæ inutilem sanguinem cum aluo trahūt. Lienī & ruptis & vulsis prosunt. Et mensuris feminarum in vino decoctæ. Impositæq; cum melle neruis præcisissis medentur. Lichenas, lepras & furfures in facie emendant. Erugāt corpora. Folia in aceto cocta  
vulne

vulneribus imponuntur. Epiphoris testium in melle cum Hyoscyamo & farina tritici. Semen illinitur igni sacro. Flos & folia ulcerum vetustati imponuntur. Succus qui flore expressus est, ab aliis melle, ab aliis syrium vocatur, ad emolliendas vulvas utilis. Sudores mouet, suppuraciones concoquit.

## EX SIMEONE SETHI.

Odoratum frigido capiti prodest. Oleum verò quod ex ipso paratur, vim habet discutiendi, & emolliendi. Huius autem radice quidam vtuntur ad vulnerum sanationem.

DE CUCURBITA SATIVA.  
CAP. CXXXVIII.

Cucurbita lata longa & minor quæ nobis lagenosa dicitur, est frequens.

NOMINA. *Καυροσκα*

Ολοκύνθα ἐδωδιμος. Græcis, Cucurbita

K Latinis vocatur: Officina latinū nomen retinuerunt. Germanis Kurbisz (Gallicè vne

Courge.) Græci ex aduerso vocabulum impo-  
re, *κολοκύνθω* nominantes, quòd scilicet pumili  
breuesque sint partus, quos ipsa passim enititur, cū  
tamen corporis mole omnes herbarum arborumve  
fructus videantur superare. Cucurbitam verò Latini à  
concuruatu haud dubiè dixerunt, quòd facile si quid  
obstiterit aut fuerit impedimeto quo minus extendatur,  
incuruescat.

*κροκύνθω*  
θα quare  
nomina  
ta. *κακὴ καυροσκα*  
Cucurbita  
ta cur di-  
eta. *καυροσκα*  
GE *καυροσκα*

PLANTARVM HISTORIAE

GENERA.

Plinius lib. 19. cap. 5. duo sativæ Cucurbite genera facit. Vnam camerariam vocatam, quæ facili & admodum flexibili ramorum curvitate, tecta, pergulas & testudines operit. Alteram plebeiam, quæ scilicet suis flagellis humi repit. Nos ad formam respicientes tria eiusdem genera fecimus. Vnam maiorem, alteram verò minorem. Maiorem vocavimus sic à floribus & fructu, quos maiores habet. Minorem contra, quæ prædicta minora obtinet. Tertiam longiorem, à fructu oblongiore diximus.

FORMA.

Cucurbita amplexicaulis est, reptantibus flagellis in altum scandens, in ramisque vitis modo se diffundit: tamen ob caulis infirmitatem, humi spargitur, ni propius adsit cui caducus innitatur: folio rotundo, Personatiæ aut Asari foliis haud dissimili: flore candido, fructu coloris herbacei primum, flauo paulò post, pyri forma turbinato, qui aut in longum prorogatur, aut in orbem collectus intumescit, aut in breue crassamentum cogitur. Cortex recenti tener, inueterato durus, quo carne prius exinanito peregrè proficiscentes vrceorum vice frequenter utuntur in eo vina condentes, quo per iter se à sitis iniuria vindicare possint.

LOCVS.

Amat rigua & aquosa loca Cucurbita, nec nisi sata prouenit.

TEM

## TEMPVS.

Tardius in Germania ob soli frigiditatem fructus Cucurbitæ maturefcit, ideoque vix ante exactum autumnum maturum eius fructum inuenies. Cibus autem quotidianus, donec lignescat, esse potest.

## TEMPERAMENTVM,

Cucurbita frigida humidæq; temperatura est, vtraque qualitate secundi ordinis.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Cucurbita cruda trita & illita, oedemata, abscessusq; mitigat. Ramenta eius infantibus contra capitis ardorem, quam siriāsin vocāt, in sincipite vtiliter illinantur. Oculorum inflammationes, podagrāsque similiter iuuant. Succus è ramentis contusis per se, & cum rosaceo instillatus, aurium doloribus auxiliatur. Adustiones cutis inunctus adiuvat. Totius Cucurbitæ elixæ & expressæ succus cum exiguo melle & nitro potus, aluum leniter soluit. Si quis in Cucurbitam crudam excavatam vinum infundat, & sub dio habeat, temperatumq; ieiunus bibat, aluum leniter molliet.

## EX GALENO.

Succus ramentorum Cucurbitæ ad aurium dolores cū phlegmone iunctos, cum rosaceo vtentibus prodest. Sic tota quoque illita calidas phlegmonas mediocriter refrigerat. Comesta humida est, & statim arcet. Cruda cibo insuauis est, stomacho perniti-

PLANTARVM HISTORIAE

eiosa, & concoctus planè inexpugnabilis, adeò vt si quis alterius cibi inopia ingerere eam cõpellatur, eeu quidam iam ausus est, pondus cum algore vetriculo incumbere sit sensurus, stomachumq; eueretet, & ad vomitionem concitabit, quæ vna cum ab vrgentibus symptomatis liberare potest. Hanc igitur, aliãq; ex fugacibus complura, aut mox quam olixata est, aut frictã in sartagine, aut assam omnes homines esse consueuerunt. Ipsa quantum in se est, humidum frigidumq; corpori alimentum præbet, ac id ipsum ea de causa exiguum, sed leniter per aluũ subit, cum ob sua substantiæ lubricitatem, tum ob communem omnium humidorum ciborum rationem, qui scilicet citra adstrictiones tales sunt. Nec sanè infeliciter concoquitur, modò non anteuertat corruptio. Plura lib. ij. de aliment. facul. Galenus.

EX PLINIO VALERIANO.

Veteres medici de Cucurbita ita senserunt, vt eã aquam dicerent coagulata. Galenus humida putat virtutis & frigide, idq; ex eo probat, quòd ipsa in cibo sumpta stomachum relaxat, bibendi desideria non excitat. Cætera etiam in Cucurbita talia, vt apertè frigida potestatis exempla demonstrat. Cruda & trita leniunt omnem tumorem. In cibo sumpta molliunt ventrem. Succus earum, vt Galenus ait, ad compescendum velociter auriculæ dolorem tepesfactus infunditur. Idem succus & dolorem dentium mitigat, si diutius in ore teneatur.

Sed



Sed & rosaceo mixtus, & vnctioni corporis admo-  
tus, febrium vestinguit ardores. Cinis arida corticis  
efficaciter potest combusta sanare. Eundem cine-  
rem didicimus ab expertis vulnera in veretro iam  
in putredinem versa purgare, & ad cicatricem vs-  
que perducere. Semini sicco illa vis traditur, vt in  
puluerẽ tusum & inspersum impleat vulnera quæ  
cauata sunt. Quidam illud in vino bibendum dede-  
re, vt solutiones alui fluentis inhiberet. Viticula  
quoque Cucurbitæ iam senescentes cum passo &  
aceto dysentericis datæ, mira modo faucia intesti-  
na componunt.

## EX SIMEONE SETHI.

Concoctus facilis, boniq; succi est, & admodum  
nutrit. Sitim sedat, vrinam cit, & ventrem mouet.  
Calidis & siccis temperaturis prodest, & inflama-  
tiones ventris & iccoris sedat. Pituitosos autem læ-  
dit, colicòsque affectus. Si malos humores assequi-  
tur, ab iis corrumpitur, & malum succum generat.  
Semen genitale minuit, & Veneris appetentiã ex-  
tinguit. Sanguis ex ea procreatus, cõsistentia tenuis  
est. Thoraci, pulmone & vesicæ prodest. Succus ra-  
mentorum eius cum rosaceo impositus, ad aures in-  
flammatione laborantes confert. Integra verò illi-  
ta, calidas inflammationes refrigerat.

## DE COLOCYNTHIDE.

## CAP. CXXXIX.

Colocynthis nomen retinet nobis.

Coloquintida  
Wilt. ruyvord.

PLANTARVM HISTORIAE  
NOMINA.

Coloquintida.

**K**ολοκωθίς Græcis, syluestris Cucurbita Latiniis, Coloquintida barbaris & officinis, germanis Vuilder Kurbisz, vel Coloquint (Gallicè des Coloquintes) appellatur. Sic autem nominata est, quasi parua Cucurbita. Nam si eius fructus unde etum satius contuleris, quantitate longè minor erit, ac pilæ forma in orbem coactus.

FORMA.

Viticulas foliaq; per terram strata emittit, satius Cucumeri, ei nimirum quæ Citrulum hodie officinæ vocant, similia, diuisuris scissa, fructum rotundum, mediocri pilæ similem, vehementer amarum, fungosa candidaq; intus medulla: flores, quod Dioscorides omisit, pallefcetes ac luteos, Cucumeri iam nominato similes.

LOCVS.

In Germania sua sponte non nascitur, sata tamen prouenit, sed rarissime perfectionem attingit, quod frigidior sit eius terra quam quod in ea fructu proferre possit. In orientalibus enim & calidioribus locis nata ad nos defertur.

TEMPVS.

Eius flores in suæ ferè æstatis, fructus autem extremo autumnino apparent, qui primum quidem herbacei, mox pallidi sunt. Legedi vero sunt cum cæperint in pallidiorum colorem demutari. Et durat integris natura & viribus ad quinque annos.

TEMPERA

## TEMPERAMENTVM.

*Calefacit & desiccatur in tertio ordine.*

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Medulla fructus purgandi vim habet, quatuor obolorū pondere cum mulsā aqua sumpta, & cum nitro, myrrha & melle coacta in catapotiu. Arefacta pile trita, vtiliter miscetur clysteribus ischiadicorum, resolutionis nervorum, & colico dolore affectorum, pituitam, bilem & strigmenta, interdū etiam cruenta educentes. Apposita fectus enecant. Dentium dolores, si quis repurget hanc, & luto oblinat, & in aceto nitroq; inferuescat, & ad colluēdos dentes det, tollit. Si verò quis aquam mulsam aut passum in ea decoxerit, & sub dio refrigeratū bibendum dederit, crassos humores & strigmenta purgat. Stomacho supra modum aduersatur. Sedi etiam ex ea balani subiiciuntur, ad excrementa eiicienda. Quinetiam virentis succo, ischiadici vtiliter perfricantur.

## EX GALENO.

Colocynthis gustu amara est. Sed quæ amarissimo dū potatur adsunt opera medicamēto, ea euidenter efficere nequit, ob purgatoriā facultatem quā validam in se continet, nimirum cum iis quæ expurgat, per aluum & ipsa excerni præuertens. Viridis ipsius succus intritus ischiadici prodest.

## EX PLINIO.

Herbacea arefacta per se inanit aluum. Infusa quoque

PLANTARVM HISTORIAE

quoque clysteribus intestinorū omnium vitiis me-  
 detur, & renum, & lumborum, & paralyfi eiecto  
 semine. Aqua mulsa in ea decoquitur ad dimidias,  
 sic tussienti infunditur obolis quatuor. Prodest &  
 stomacho, farinae aridae pilulis cum decocto melle  
 sumptis. In morbo verò regio vtiliter semina eius  
 insumuntur, & protinus aqua mulsa. Carnes eius  
 cum absinthio & sale dentium dolorē tollunt. Suc-  
 cus verò cum aceto calefactus mobiles sistit. Item  
 spinae & lumborum ac coxarum dolores, cum oleo  
 si infricetur. Præterea, mirum dictu, semina eius si  
 fuerint pari numero adalligata febribus, sanare di-  
 cuntur quas Græci periodicas vocant.

Que Boonj

DE COTONEA MALO.

CAP. CXL.

NOMINA.

Ἰδωνία μηλιά Græcis, Mâlus Cotonea

**K** et Cydonia Latinis, officinis Citonia, ger-  
 manis Kuttensaû (Gallicè Vne Coin

Cydonia gnaciere) nominatur. Cydoniam verò Græci à Cy-  
 done Cretæ oppido, vnde primum aduecta est, dice-  
 unt. Cotonea verò à Sidonte Corinthi vico nomi-

Cotonea. nata est. Sunt tamen qui sic vocatam velint, quòd  
 mâla eius lana quadam tegi videantur, quæ coton  
 dicitur. Atqui in re non admodum magni momen-  
 ti, parum refert vtram amplectaris sententiam.

GENERA.

Cotoneæ arboris mâla Dioscoride & Galeno au-  
 toribus

toribus duum sunt generum. Alia enim minora, rotunda, odoratioraque sunt, quae vera Cotonea appellantur. Alia autem maiora, dulciora, ac minus acerba, Galeno in fine libri sexti de tuenda sanitate teste, Struthea nuncupantur.

Struthea.

#### FORMA.

Arbor notior est quam ut debeat representari. Mâlo vulgari haud dissimilis est, nisi quod infra magnitudinem illius subsidet, fructu scilicet incuruatos deprimente ramos, prohibenteque parentem crescere. Folium quoque eius angustius à terra albicat. Poma tenui lanugine pubescunt, & incisuris crispantur, ut pictura affabrè ostendit.

#### LOCVS.

In cultis & hortis prouenit. Locum tamen peculiariter & frigidum & humidum desiderat. Si in calido statuitur assidua irrigatione illi succurri opus est: fert tamen mediocris situs, inter frigoris & caloris naturam, statum. Planis & decliuis gaudet.

#### TEMPVS.

Autumno poma eius maturescunt.

#### TEMPERAMENTVM.

Mâla Cotonea frigido & terrestri temperamêto donata sunt, propterq; vincentem adstrictionem minus cæteris mâlis humida existunt. Frigida itaque sunt primo ordine, & sicca secundo.

#### VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Cotonea stomacho accommodata sunt, vrinam

C iij mouent.

PLANTARVM HISTORIAE

mouent, Tosta mitiora sunt. Celiacis, dysentericis, purulenta excreantibus, cholericis profunt, praesertim cruda. Maceratorum liquor potius stomachi atque alui fluxionibus opitulatur. Succus crudorum assumptus orthopnoicis auxilio est. Decocto eorum sedes & vuluae procidentes proluuntur. Quae melle condiuntur, vrinam ciēt, mel autem naturā eorum induit: quippe adstringens & cōspissans obstruensve fit. Quae autem cum melle coquuntur, stomacho vtilia sunt, & gustu iucunda, minus autem constringunt. Cruda cataplasmatibus miscentur ad cohibendam aluum, contraque stomachi subuersionem: & ardorem, mammarum inflammationes, lienes induratos & condylomata. Fit vinum ex iis tussis & expressis, sed quo perduret, sedecim sextariis succi, vnius mellis adiicitur, alioqui acescit. Prodest autem Vnguentū ad omnia quae dicta sunt. Vnguētum etiam ex ipsis Melinum. conficitur, quod Melinum appellatur, quo vtimur quādo adstringēti oleo opus est. Eligi oportet vera, quae parua, rotunda & odorata sunt. Struthaea autē vocata & magna, minus vtilia. Flos & viridis & siccus cataplasmatibus vtilis, iis potissimum quae adstrictionem desiderant conueniēs. Inflammationibus, oculorum, sanguinis reiectionibus, alui fluxionibus, mensuumq; impetui cum vino potius prodest.

EX GALENO.

Eximiū quid Cotonea pra aliis malis possident: nam & plus adstringūt, & durabilem succum habent,



bēt, si cocta cum melle asseruare quis cupiat. Alio-  
rum succus repositus acescit, utpote frigida humi-  
ditate multa redyudans. Struthcorum quoque suc-  
cus perennare potest, ubi recte fuerit preparatus,  
quemadmodū & Cotoneorum: verū hic minus  
suavis & iucundus est, maximēque adstringit, ita  
ut huius quoq; aliquādo vsus sit idoneus ad vētris  
maiorē in modum dissoluti robur restituendum.

## EX PLINIO.

Cotonca cocta suauiora. Cruda tamen dūtaxat  
matura, prosunt sanguinem excreantibus, ac dysen-  
tericis, cholericis, celiacis. Non idem possunt deco-  
cta, quoniam amittunt constringentem illam vim  
succī. Imponuntur & pectori in febris ardoribus,  
& tum decoquuntur in aqua, ad eadem quae supra  
scripta sunt. Ad stomachi autem dolores cruda de-  
coctāve cerati modo imponuntur. Lanugo eorū car-  
bunculos sanat, cocta in vino, & illita cum cera.  
Alopeciis capillum reddunt. Quae ex iis cruda in  
melle cōdiuntur, vrinam mouent. Mellis autē sua-  
uitati multum adiiciūt, stomachoque id vtilius fa-  
ciunt. Quae verò in melle cōdiuntur cocta, quidam  
ad stomachi vitia trita cum rosaceo foliis decoctis  
dant pro cibo. Succus crudorū licibus, orthopnoi-  
cis, hydropicis prodest. Item mammis, condyloma-  
tis, varicibus. Flos & viridis & siccus, inflamma-  
tionibus oculorum, excreationibus sanguinis, mens-  
ibus mulierum. Fit & succus ex iis mitis, cum vi-

PLANTARVM HISTORIAE

no dulci tusus, utilis & celiacis & iecinori. Deco-  
cto quoque eorum fouentur, si procident vuluæ &  
interanea. Fit & oleum ex iis, quod Melinum vo-  
cauimus, quoties non fuerint in humidis nata. Mi-  
nus utilia Struthæa, quamuis cognata.

EX SIMEONE SETHI.

Stomachū adstringunt & corroborant & ante  
cibum sumpta ventrē cohibent, vrinam prouocāt.  
Si ad satietatem edantur, difficulter cōcoquantur.  
Dulcia minus adstringunt, acida verò magis, vom-  
itūque compeſcunt. Post cibum sumpta ventrem  
mouent: sed quibus est imbecilla facultas vētris re-  
tentrix, & excretrix valida, plus cibi accipiant.  
Mansa à potu vini vaporē in caput distribuī pro-  
hibent. Si qua prægnans, vt fertur, crebrius hæc co-  
medat, puerum industrium & versutum pariet.

DE CASTANEA. CAP. CXLII.

NOMINA.

καστανά, ἢ σκιδός βάλανος, ἢ σαρδιδιόνα  
K βάλανος, ἢ λόπιμου Græcis: Casta-  
nea, Sardiniana glans, Ionis glans, Nuxq̃;

castanea Latinis appellatur. Germanis nostris Ca-  
stani, vel Kesten (Gallicè Chastaignier) vocā-

Castaneæ tur. Castaneæ autem à Castano Magnesiæ oppido,  
vnde di- vnde primum aduectæ sunt, nominatas esse cōstat.

Etæ. Sardinianæ verò glandes, quoniam in Sardinia opti-  
Sardinianæ mæ nascantur.

FORMA.

glandes. Arbor est vulgò cognita, Iuglandi haudquaquã  
dissimilis,

*disimilis, folio tātū venosiore & simbriato. Nux  
quam producit intus solida, & plurimum plana,  
triplici tegminis ambitu septa, membrana primum  
amara, mox lento cortice, demum echinato calyce.*

## LOCVS.

*Puram & resolutam terram desiderat, opacoq;  
& septentrionali cliuo latatur. Montes & valles  
diligat. In plerisque Germania locis copiosissima  
prouenit.*

## TEMPVS.

*Ineunte vere germinat, seriusq; Vergiliarum oca  
casu fructificat.*

## TEMPERAMENTVM.

*Adstringit & exiccat Castanea haud secus quā  
aliæ glādes. Calida verò & sicca est primo ordine.*

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

*Castaneæ adstringunt, eademq; quæ glādes posi  
sunt. Potissimum autem quæ inter carnem & cora  
ticem membrana est. Caro his qui Ephemerō, hoc  
est, Colchicon, biberunt, accommodata est.*

## EX GALENO.

*Castaneæ inter omnes glandes principatū tenēt,  
solæq; syluestrium fructuum alimentum memora  
bile corporibus præbent.*

## EX PLINIO.

*Castaneæ vehementer sistunt stomachi & ven  
tris fluxiones, sanguinem excreantibus profunt, car  
nes alunt.*

PLANTARVM HISTORIAE  
EX PLINIO VALERIANO.

Castaneæ ex omnibus fortissimum quidẽ cibum corpori præstant, sed qui difficilẽ concoquatur. Coctæ autem in carbonibus, vel in fictili vase sicco asæ sate, & cum melle ieiunis datæ, tussientib. profunt. Aqua in qua cum suo cortice decoquuntur, cæliacis, dysentericis, sanguinemq; excreantibus bibenda haud inutiliter propinatur. Interior mēbrana quæ corticem fructūque discernit, ad tertiam partem decocta in aqua & potui oblata, mirè aluū fluentem refrenat, adeò vt Dioscorides putet etiam cathartico dato, per hanc potionem iri obuiam posse, si plusquam necesse sit, purget.

EX SIMEONE SETHI.

Copiosum corpori alimentum præbent, tardè transeunt, & difficulter coquuntur. Crassum humorem, capitis dolorem, & flatu efficiunt, ventremq; sistunt. Si torreantur, aut siccentur, multum nocumenti deponunt.

APPENDIX.

Capitis dolores creant. Inflationes pariunt, conuulsio difficilis. Tostæ tamen crudis innocentiores sunt. Arefactæ multum noxæ remittūt. Tritæ cum melle & sale rabiosorum canum morsibus imponuntur. Mammarum duritias discutunt, cum hordeaceo polline & aceto impositæ, iisq; vino maceratis, & cum farina subactis, pesti vice vtuntur ad supprimendos menses.

## DE CARYO BASILICO.

## CAP. CXLII.

NOMINA. *nootboom*

**K**άρυον βασιλικόν Græcis, Regia nux & Persica, Iuglânsq; Latinis: officinis nux simpliciter, Germanis Vuelschnusz (Gallicè Noix) appellatur. Κάρυον autem Græcis à capitis græci Caryō vno ued ne uocatam esse notissimum est. Nam folia arboris huius grauem expirant halitum, viresq; eius appellans in cerebrum penetrant, atque ad eò eos sopore tentans ledit qui sub arbore decubuerint. Basilicā uero, Regiā uel & Persicam, eò quòd è Perside prius Persicam in Græciam à regibus delata sit, dictam esse cur dicta constat. Iuglandem à iuuando & glande nomina Iuglans tam existimant.

## FORMA.

Arbor est prægrandis, multis prælongisq; nixâ radicibus, procerò caudice, multis summatim ramis ingentibus brachiato, ad binum ternum uel cubitorum complexus sæpius crassescente, cortice hiulco, & in rimas altas dehiscente, foliis latis, oblongis, è incundo grauiter subolentibus, patulâmq; iaculâtib; umbram & insalubrem, per autumnum de- Vmbra Iuglandis. Verni temporis initio ueluti quodâ gestiente glâdis arte foliorum conceptu, panicula præloga, collo squamato compactili protracta, ordine nucis pineæ lubris protuberat, dehiscitque. Flauescens statim quàm frondem facere cœpit, nutans caducâque prolabitur.

PLANTARVM HISTORIAE

tur. Tum super ramenti huius pediculum flos erumpit, totidemque calyculacea tegumenta quot flores petiolo contrahuntur, singulisque iis singula includuntur nuces, multis munitæ inuolucris. primū herbageo cortice, mox ligneo putamine, dein tenui tunica. Crispi intus nuclei quadripartitō digerūtur, lignosa intercedente membrana.

LOCVS.

Montibus letatur, aquasq; odit. Passim in omnibus ferè Germaniæ hortis prouenit.

TEMPVS.

Germinat post afflatum Fauoni, non cacumine ut maxima pars arborum, sed lateribus impulso priore pullulo. Fructificat autumno.

TEMPERAMENTVM.

Huius temperamentum ex virium enarratione patebit. Virides verò nuces primo ordine siccae, secundo verò calidæ censentur.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Nuces inglandes difficiles cōcoctu, stomacho inutiles, bilem augent, capitis dolorem faciūt, tussientibus inimicæ. Ad vomitiones ieiunis in cibo vtilis. Presumptæ & à cibo comestæ cum caricis & ruta letalib. venenis aduersantur. Largius esitata latos lumbricos pellūt. Illinuntur mammariū inflammationi, abscessibus, luxatisq; cum exiguo melle & ruta. Cum cepa verò, sale & melle, canis hominisque morsui conferunt. Tormina cum putamine suo crematæ.



mata & vmbilico admota sedant. Cortex combus-  
 stus, tritusq; in vino & oleo, infantibus inunctus ca-  
 pillos elegantes efficit, alopeciasq; replet. Sistit men-  
 ses crematum tritumq; cū vino admotum quod in-  
 tra nuces clauditur. Verustarum autem nucum nu-  
 clei illiti, gangrenas, carbunculos, egilopas & alo-  
 pecias commanducati & impositi celeriter sanant.  
 Fit etiam ex iis contusis & expressis oleū. Recen-  
 tes nuces stomacho minus nocent, dulciores enim  
 sunt. Quam ob causam aliis miscentur, vt acrimo-  
 niam auferant. Illitu liuores quoque tollunt.

## EX GALENO.

Arbor tum in germinibus, tū in foliis adstrictio-  
 nem quandam possidet. Ceterum euidentē & plu-  
 rimam in nucis putamine recenti & sicco: proinde  
 eo fullones quoque vtuntur. At nos ea exprimētes,  
 succo similiter vt mororum & ruborum decocto in  
 melle, vt stomatico medicamento vtimur, & ad om-  
 nia reliqua ad quæ modo dicti succi conueniunt.  
 Porrò nucis ipsius quod edendo est, oleosum est &  
 tenuiū partiū, ideoq; etiam facile † exprimitur: &  
 quo diutius recōditum fuerit, magis tale efficitur. † Aliās  
 Quamobrem oleum ex eo inueterato exprimere li- ἐκχολοῦ  
 cet: tunc sanē admodum discutiens fit, vt eo nonnulli του, in bi  
 gangrenas, & carbūculos, & egilopas sanēt: nonnul- lem verti-  
 li verò etiā ad nervos vulneratos vtūtur. Ceterum tur.  
 si recens sit adstringentis nonnihil qualitatis quo-  
 que obtinet. At quod imperfectū est etiamdum, &  
 nondum.

PLANTARVM HISTORIAE

nondū siccum, velut reliqui fructus omnes qui vides sunt plenum est semicoctæ humiditatis. Cortex tamē eius ubi inavit, tenuium partū & excicatorium est medicamentum, morsus expers.

EX PLINIO.

Arborum ipsarum foliorū inque vires, in cerebrū penetrant, hocque minore momento, sed in cibis nuclei faciunt. Sunt autem recentes iucundiores, sicca vnguiniosiores, & stomacho inutiles, difficiles cooctu, dolorem capitis inferentes, tussientibus inimica, & vomituris ieiunis apta in tenasmo solo: trahunt enim pituitam. Eadē præsumptæ venena hebetant. Item anginam cum ruta & oleo. Item aduersantur cepis, leniuntq; earum saporem. Aurium inflammationi imponuntur cum mellis exiguo. Itē cum ruta mammis & luxatis. Cum cepa autē & sale & melle, canis hominisq; morsui. Putamine nucis iuglandis, dens canis inuritur. Putamen combustum tritumq; in oleo aut vino, infantium capite peruncto, nutrit capillum: & ad alopecias sic vtuntur. Quo plures quis nuce ederit, hoc facilius tineas pellit. Et quæ perueteres sunt nuce, gangrænis & carbunculis medentur. Item sugillatis. Cortex iuglandium lichenū vitio & dysentericis prodest. Folia trita cum aceto, aurium dolori. In sanctuarii Mithridatis maximi Regis densiēti, Cn. Pompeius inuenit in peculiari commentario ipsius manu compositionem antidoti, duabus nucibus siccis, Item sic

eis totidem, & ruta foliis viginti simul tritis, addito salis grano: & qui hoc ieiunus sumat, nullum venenum nociturum illo die. Contra rabiosi quoq; canis morsus, nuclei à ieiunio homine commanducati illitiq; præsentem remedio esse dicuntur.

## EX PLINIO VALERIANO.

Nux viridis, utpote adhuc aquatioris humoris, styptica & frigida virtute censetur. Potest denique & stomacho aliquid vigoris acquirere, & venter cum garo sumpta mollire. Nuces autem sicca, dura, cum caricis duabus, & viginti ruta foliis addito salis grano simul conteruntur, nullisq; venenis oppressi poterit ea die quisquis ieiunus accipit. Inter Calendas & Idus Iulij centum numero nuces statim ut arbori dempta sunt, cortice adhærente quasi santur: his admiscuntur aluminis scissi librae tres, et in nouo fictili vase ponuntur: super hæc infunduntur olei boni librae tres, & diligenter in loco neque humido, neque nimium sicco obruuntur, post nonaginta dies dabunt oleum, quod fluentium capillorum damna restituit.

## EX SIMONE SETHI.

Virides ventrem mouent, quamobrem quidam ante cibum cum sapo comedunt. Facilius etiam quam amygdala concoquuntur, Arida in ore inflammationes & plagas efficiunt. Stomacho meliores sunt, si cum caricis edantur. Ferunt etiam eum qui nuces cum caricis & ruta ante reliquos cibos esitauerit,

D. non.

PLANTARVM HISTORIAE

non magnopere à venenatis medicamentis ledi. Cōcoquuntur facillè nuges in frigidis vētriculis, in calidis verò in bilem magis mutantur. Faucciū & capitis dolorem afferunt, & tusses augent. Ante alios cibos sumptæ, vomitum adiuant. Ad satietatē comestas, lumbricos educere scimus. Ad dentium pruritus utiles sunt.

DE CALTHA. CAP. CXLIII.

*goutblom* Caltha seu calendula nobis Soulie à foli sequio dicitur, quòd flos cum solis ortu aperitur, & occasu clauditur.

NOMINA.

**Q**uo nomine Græci plantam hanc appellauerint, fateor ingenuè mihi nondum constare. Latinis autè dicta videtur Caltha vel Calthula, quam vocem deinde corrumpentes officinae, in Calendulam immutarunt. Quamquam verisimile etiam sit, sic nominatam esse, quòd omnibus mensium Calēdis fruticare comperiat. Atq; hinc fit quòd nonnulli florem omnium mensium appellant. Germani Ringelblumē (Gallicè Soulie) vocant, ab intorto, & in circulum acto semine.

FORMA.

Herba est fruticosa, caule dodrantali, lignoso, foliis longiusculis, in angustum desinentibus, floribus speciosis croceis luteisve, non ingrati, quamuis grauis odoris, qua dote in coronamenta venit: semine, cuius vagina scorpionis caudā imitatur: radice simplicis,

plici, multo capillitio fibrata. Cur autem hæc herba Caltham esse credã, facit imprimis Plinius, qui lib. xxi. cap. vi. Caltham odore graue esse scribit. Dein Virgilius qui Aegloga secunda sic canit: Mollia luteola pingit vacinia Caltha. Luteolam à luteo florum haud dubie colore, nominans.

## LOCVS.

Prouenit in cultis, atque vix hortum inuenies in quo copiose nascatur.

## TEMPVS.

Singulis ferè mensium Calendis, vt diximus, florere deprehenditur, Maio incipiens mense: Magis autem autumno eiusdem emicant flores.

## TEMPERAMENTVM.

Calidam & siccam esse statuunt, neque id immerito, quandoquidem dulcedine modica cū amaritudine coniuncta participet.

## VIRES. EX RECENTIORIBVS.

Herba ipsa adhibetur condimentis & acetariis. Flos ex vino potus ciet menses: item herbae succus, quo in dentium dolore os presentaneo remedio colitur. Non parū etiam eius flos ad flanos reddendos capillos conducit. Idem perinde atque ipsa herba, secundas educit mirifice, si aridus suffitibus admotus fuerit.

## DE CARYOPHYLLATA.

## CAP. CXLIIII.

Caryophyllata quod radix siccata Caryo-  
D. ij phyllum

Benedicta  
wortel.

## PLANTARVM HISTORIAE

phyllum olet, nobis Sana munda ab effe-  
ctis vocatur, acetariis etiam folio expeti-  
ta herba.

### NOMINA.

Caryo-  
phyllata  
non est La-  
gopus.

**Q** Valiter Graecis & antiquis Latinis scripto-  
ribus haec herba nominata sit, nondum co-  
pertum habeo. Cur enim Dioscoridis La-  
gopus non esse credam, etsi paniculum pedi lepori-  
no prorsus similem habeat, facit quod in manus-  
cripto & peructusto herbario seorsim descriptam  
& depictam utranque herbam viderim. Pictura  
autem Lagopi longe aliam herbam, quae in segeti-  
bus nascitur, quam sit Caryophyllata, exprimit: de  
qua suo loco dicemus. Neque desunt qui herbam hanc  
de qua agimus, Geum Plinio dictam velint, quorum  
certe sententia periculo vacat, quod eadem facultas  
utrisque radicibus sit. Sed ad institutum reuertamur.  
Herbam quam recentiores Latini Caryophyl-  
latam, ab odoris suavitate quam radices de se praesent,  
nominant, vulgus herbam Benedictam, à diuina  
Sanamundam appellat. Germani Benedicte nuertz. (Galli l'Herbe be-  
noitte.)

### GENERA.

Caryo-  
phyllata  
hortensis.

Duo esse eius herbae genera animaduerti, non ta-  
men multum à se dissidentia. Primum genus Ca-  
ryophyllatam hortensem vocauimus, cui ex cultus  
ra aliqua teneritas accedit in foliis, floribus & pa-  
niculis. Flos huic paulo minor & pallidior quam  
sylvestri.



*Syluestri.* Germanicè Gartē, oder heymisch Be-  
 nediçtenuitz appellari potest. Alterum huius <sup>q̄aryophyllact-</sup>  
 herbae genus *Caryophyllatam* syluestrem diximus, <sup>at h̄e in ḡrta-</sup>  
 quod scilicet citra culturam proueniat. Flores eius <sup>ab̄ ḡrta n̄ ḡrta</sup>  
 multò maiores, magisque ad croci colorē accedūt. *Syluestris*  
 Germanicè Vild Benediçten vurtz nominari  
 commodè potest. Differentiam tamē nemo rectius  
 quàm ipsa pictura demonstrabit.

## FORMA.

Caulis illi sequicubitalis, geniculatus, angustus,  
 terna è pediculo longo folia articulatim exennia,  
 per ambitum serrata, bina etiam prioribus minora,  
 singula genicula cingunt. E medio alarum sinu ra-  
 muli funduntur tenues, quib. in summis flos luteus  
 emicat, quo succasso caput extuberat circinatis aci-  
 nulis cumulatè stipatum, quasi rudimentū eluceat  
 naturæ fragum inchoantis. Radix multis luteis cae-  
 pillamentis fibrata, *Caryophyllon* olet.

## LOCVS.

Primum in hortis plantatum prouenit. Alterum  
 in montanis, opacis, & iuxta sepes nascitur.

## TEMPVS.

Floret Maio & Iunio mensibus.

## TEMPERAMENTVM.

Recentiores, & pernetustus etiā herbarius, calie-  
 dā & siccam esse in secundo ordine statuunt. Folia  
 sanè in gustu nō mediocrem adstrictionē ostendunt.  
 Radix itidem haud paruum adstrictionē obtinet.

PLANTARVM HISTORIAE

VIREs. EX RECENTIORIBVS.

Radix eius luto & sordibus eluta siccatur, et in bre aceti respersa arcae & vestes incundo commendat odore. Decoctum huius sumitur ad perficiendas concoctiones, sedandósque coli dolores. Radix eius pectoris laterisq; dolores & cruditates incundo sapore discutit. Manuscriptus herbarius facultatē habere dissoluendi, digerendi, & obstructiones tollendi scribit. Fomentum item ex vino decoctionis eius mensis ciere. Contra venena tritam cum vino sumptam valere. Concoctionem præterea roborare, dolorem ventriculi & intestinorum à frigiditate aut flatibus ortum, decoctam in vino sanare ait. Mirificè etiam ad interna vulnere huius herbe decoctū confert. Externa verò ex ea collui debent.

DE CENTAVRIO MINORE.

CAP. CXLV.

Centaurium paruum nomen nobis retinet, Centore.

*Centaur.*

NOMINA.

**K**ενταύριον μικρόν, ἢ λιμνήσιον, καὶ λιμναῖον Græcis, Febrisfuga & Fel terra Latinis, officinis Centauria minor, Germanis Klein Tausendt guldēkraut, Fieberkraut, & rdtgall & Biberkraut, (Gallis Centaure, ou Fiel de terre) appellatur. Centaurium, quòd ea curatus dicitur. Chiron Centaurus, cum Herculis excepti hostio pertractanti arma sagittæ excidisset in pedē.

*Cētauriū  
vnde dicitur  
Etum.  
Limnesiū.*

*Limnesion*

Limnestio & Limnæum, quod secundum aquarum  
 scatebras ac paludes, quas Græci λιμνους dicunt,  
 nascatur. Febrifuga, eo quod febres fugat, & pro- Febrifuga  
 cul è corpore pellat. Fel terra, ob summam quam ha- Fel terra.  
 bet amaritudinem.

## FORMA.

Herba est Hyperico Origanove similis, caulem  
 habens altitudine supra dodrantem, angulosum.  
 Flores in puniceo colore subpurpurascetes, ad Lych-  
 nidis flores accedentes. Foliis parvis & oblongis ver-  
 luti Rutæ, Semine tritico simile. Radicem exigam,  
 inutilem & leuem.

## LOCVS.

Propter lacus & riuualoca, Dioscoride autore,  
 nascitur. Apuleio vero teste in solidis & fortibus  
 quoque locis prouenit, id quod non raro in Germa-  
 nia nostra accidere compertum habeo.

## TEMPVS.

Floret æstate & autumnò, quo maximè tempo-  
 re, quia semine est prægnans, colligitur.

## TEMPERAMENTVM.

In foliis & floribus vincit qualitas amara pau-  
 lulum obtinens adstrictionis, atque propter eiusmo-  
 di temperamētum admodum exiccatorium est me-  
 dicamentum, expers mordacitatis.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Herba ipsa adhuc virens tusa & illita vulnera  
 glutinat. Ulcera vetera purgat, & cicatrice obdu-

PLANTARVM HISTORIAE

cit. Biliosa & crassa per aluum ducit. Decoctum eiusdem ischiadicis commodè insunditur, sanguinè educens, & à dolore leuans. Succus ad oculorū medicamenta perutilis, cum melle quæ pupillis obtenebrant expurgans. In pessō admotus menses ac fetus educit. Priuatim potus nervorum affectibus succurrit.

EX GALENO.

Centauri minoris radix prorsus inefficax est. Rami verò & potissimum folia quæ in iis sunt atque flores, vttiliora. Vlcera magna herba ipsa adhuc recens illita glutinat. Vetera quoque & quæ agrè ad cicatricem perducī possunt eodem modo vtentibus cicatrice obducuntur. Arefacta glutinatoriis & desiccatoriis miscetur facultatibus, iis videlicet quæ sunt & fistulas sanare sunt natæ, & veteres durities emollire, tum vlcerū maligna sanare. Miscetur etiam iis quæ rheumaticis affectibus medentur, in quibus ea medicamenta optima sunt quæ vehementer desiccantia cum quadam adstrictione nullā habent mordacitatem. Decoctis herbe quidā ischiadicis insundunt, cum biliosa ac crassa ducens: nam & talia purgat. Quamquam quum ad eò vehementer operabitur vt cruenta euacuet, tunc magis proderit. Succus porrò eius quum ad similes sit facultatis, hoc est, exicatorie & absterforie, & reliqua iam dicta pulchrè efficere potest. Cum melle etiam oculis illinitur, mensesq; & fetum appositus in pessō

so euocat. Sunt qui ipsum præbeant & iis quibus nerui affecti sunt, vt qui euacuet & desiccet innoxie quæ impleta sunt. Optimè etiam medicamentum est ad iecmoris obstructions soluendas. Bonum quoque lieni indurato foris impositum, & nihilo secius si quis bibere sustinuerit.

## EX PLINIO.

Purgat aluum succus Centaurij minoris drachma in hemina aquæ cum exiguo salis & aceti, bilémque detrahit.

## DE CYAMO. CAP. CXLVI.

## NOMINA.

**K**ύαμος Græcis, Faba Latinis dicitur. Officinae Latinum nomen retinent. Germanis **Boonen**, (Gallis Vne Febue) appellatur.

## FORMA.

Sola Faba inter legumina sine adminiculo nititur, folio carnosio, Portulacæ simili, flore cristato, versicolore, partim albo partim purpureo, atris quibusdam maculis notato, quas M. Varro lugubres vocat literas: siliqua plerumque semipedali, fructu intus lato humani vnguis effigie, colore non simplici, sed aut fuluo, aut nigro, iam verò etiã herbaceo & coccineo: radice singulari, lignosa, & capillata fibris. Quæ hic à quibusdam, quasi nostra non esset vera Faba, afferuntur argumenta, non tanti momenti sunt vt confutatione indigeant: constat enim nostram, eas quas veteres illi adscripserunt, habere  
notas

PLANTARVM HISTORIAE

notas & facultates. Non tamen negamus in diuersis terris maiorem aut minorem produci posse.

LOCVS.

Passim in hortis sata prouenit. Latatur loco pinguisimo & stercoreato.

TEMPVS.

Floret aestate.

TEMPERAMENTVM.

Faba in refrigerando & exiccando ad mediam temperaturam propinquissimè accedit. Est itaque frigida & sicca in primo ordine.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Spirituosa, inflans, concoctu pertinax, insomnia tumultuosa faciens. Tussi tamen confert, carnesque generat. Decocta in posca, & cum cortice comesta, dysenterias & coeliacas fluxiones sistit. Vtilis contra vomitiones in cibo sumpta. Minus inflat priore aqua in decoctione effusa. Viridis magis stomacho nocet, plusq; inflat. Farina eius per se & cum polenta illita, ex plaga inflammationes mitigat, & cicatrices ad reliqui corporis colorem reducit. Mammis in quibus lac in grumos cogitur, & inflammatione laborantibus auxiliatur, lacq; extinguit. Cum melle & feni graeci farina furunculos, parotidas, ac sugillata oculorum discutit. Cum rosa, thure, & oui albo, procidētes oculos, staphylomata & oedemata cōpescit. Macerata in vino suffusiones & ictus oculorū sanat. Ad sistendas fluxiones sine cortice cōmandu-

cata



cata fronti imponitur: testium inflammationses in vino decocta sanat. Puerorum pubi illita diu impubes seruat. Alphas exerit. Euulsos pilos ut non nutriantur & graciles fiant, cortices illiti efficiunt. Cum polenta, alumine & oleo veteri illiti strumas discutunt, Decoctum illorum lanas tingit. Factas ab hirundinibus sanguinis eruptiones, cortice ablato, Faba qua parte coheret diuisa, si dimidia apponatur, compescit. EX GALENO.

Caro Fabæ paulum quid abstergentis facultatis continet, sicut cortex adstringentis: idcirco medicorum nonnulli totam Fabam cum polenta decoctam dysentericis, celiacis & vomentibus exhibuerunt. Porro ut edulium flatulenta est, & coctu difficilis, ut si quid aliud. Excreationibus quidem ex thorace & pulmone idonea. Ut medicamentum verò foris imposita sine molestia exiccat. In podagricis ea sæpe numero vsi sumus ex aqua decocta, deinceps adipem suillum admiscentes. Ad neruorum tum cōtusionēs, tum vulnerationes, farinam eius cū oxymelite imposuimus. Ad eos qui ex ictu iā phlegmone occupabantur, cum polenta. Sed & testium & mammarum bonum est cataplasma. Nam hæ partes cū phlegmone tenentur, moderatè refrigerari amant, maximè cum māmæ ex lacte in ipsis cōcreto phlegmonem patiātur. Quin lac quoque ab eo cataplasmate extinguitur, sicut puerorum pubes farina fabacea illita plurimo tēpore glabra permanet. Manifestè

PLANTARVM HISTORIAE

manifestè fabacea farina cutis sordes detergere cōspicitur, quod intelligentes mangones, ac mulierculæ, in balneis quotidie hac vtuntur. Illiunt præterea & hac faciem quemadmodum ptisana: nam quæ in summa cute eminent lentes exerit, & maculas velut ex sole cōtractas. EX PLINIO.

Faba hebetare sensus existimata, in somnia quoq; facere. Solida fricta, feruensq; in acri aceto coniecta, torminibus medetur. In cibo fressa, & cum alio cocta, contra deploratas tusses suppurationesq; pectorum, quotidiano cibo sumitur: & commanducata ieiuno ore, etiam ad furunculos maturandos discutiendosve imponitur, & vino decocta ad testium tumores & genitalium. Lomento quoque ex aceto decocto, tumores maturat atque aperit. Item liuoribus, combustis medetur. Voci etiam prodesse, autor est M. Varro. Fabalium etiam siliquarum cinis, ad coxendices, & ad neruorum veteres dolores, cum adipis suilli vetustate prodest. Et per se corrices decocti ad tertias sistunt aluum.

DE CONSOLIDA MEDIA.

CAP. cxlvii.

*Consolida*

Quam hic dat Consolidam mediã vulneribus glutinandis aptissimam, nouimus à media nobis dicta diuersissimam.

NOMINA.

**I**Nter multas alias herbas quibus vulnera glutinandi facultas inest, & hæc cuius picturam damus

mus

mus connumeratur. Hinc est quod vulgus herba Consolidam illam Consolidam mediam nominet. Quae media etiam appellatione nos uti volumus quod nobis, quo nomine veteribus graecis aut latinis appellata sit, nondum constaret. Rectius tamen Solidago dicitur. Germanis Gulde guntzel nuncupatur.

## FORMA.

Caulem habet quadrangulum, lanuginosum, ex quo per internalla folia bina ex singulis geniculis in extremitatibus laciniata, Menthae similia emittunt. A medio caulis ad fastigium usque ex singulis foliorum alis, flores sex aut septem in purpureo caerulei exeunt. Radix illi subest lignosa, quae multas à se exiguas radices capillamentorum instar per terram late serpentes propagat.

## LOCVS.

Pasim in pratiis nascitur.

## TEMPVS.

Floret copiose Maio mense.

## TEMPERAMENTVM.

Gustu adstringit & amara est, ut calidam & siccam esse nemo dubitare possit.

## VIRE S.

Vulnera glutinat. Sanguinis grumos ex casu, vel contusionibus coactos in corpore dissicit et dissolvit. Praesens remedium est aphthis & ulceribus in ore serpentibus. Decoctum eius tumoribus illitum eos dissipat. Usus etiam eius ad intertrignes, ulcera pudendi

PLANTARVM HISTORIAE

puerorum, & intestinorū exulcerationes prodest.

DE CANNABE. CAP. cXLVIII.

Κανναβη

NOMINA.

**K**ανναβη Græcis, Cannabis Latinis, Barbaris  
& vulgò Canapus dicitur, Germanis autem  
Hanff (Gallis Du Chanure.)

GENERA.

σχοινός  
σποφος.

Cannabis duo sunt genera. Vna enim satiuā est,  
quam Græci σχοινός σποφος, quod magni in vita  
usus sit ad robustissimos funes texēdos. Germa. Za-  
mer hanff dicitur. Altera syluestris, quam Latini  
Terminalē vocant, Germani Vuilden hanff.

FORMA.

Satiua

Cānabis.

Syluestris

Satiua Cānabis folia fert fraxino similia, gra-  
uis odoris, caules longos, inanesq̄, semen rotundum.  
Syluestris verò virgas fundit Althea similes, nigrio-  
res, asperiores & minores, cubitali altitudine. Folia  
satiua similia, asperiora & nigriora. Flores subru-  
beos, Lychnidi similes. Semen & radicem Althea  
similia. Eius effigiem videre nobis nondum licuit.

LOCVS.

Satiua in locis cultis sata provenit. Syluestris in  
syluis & asperis locis, Apuleiōque teste, iuxta semi-  
tas & sepes nascitur.

TEMPVS.

Herba ad vsus medicos carpitur dum maximè  
viret. Semen autem eius, Plinio autore, cum matu-  
rū est, id quod prope autūni æquinoctiū accidit.

TEMA

## TEMPERAMENTVM.

Admodum calefacit & exiiccat.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Satiæ maiori copia sumptum genituram extinguit. Ex viridi autem succus expressus, contra aurium dolores vtiliter instillatur. Syluestris radix decocta illitaq; inflammationes mitigat. Tymores discutit, & callos disiccat. Huius cortex texendis funibus vtilis est. EX GALENO.

Cannabis semen flatus extinguit, adeoque desiccet, vt si plusculum edatur genituram exiiccet. Sicut qui ex viridi succu exprimentes, ad aurium dolores ab obstructione, vt mihi videtur, natos vtuntur. Semen etiam Cannabinu difficulter concoquitur, stomacho & capiti aduersatur, prauosque humores creat. Admodum excalfacit, ideoq; caput æstusoso ac medicamentoso halitu sursum misso tentat.

## EX PLINIO.

Semen Cannabis extinguere genituram virorū dicitur. Succus ex eo vermiculos aurium, & quodcūque animal intraverit, eiicit, sed cum dolore capitis. Tantaq; vis ei est, vt aquæ infusa, coagulare dicatur, et ideo iumetorū aluo succurrit pota in aqua. Radix contractos articulos emollit in aqua cocta. Item podagras & similes impetus. Ambustis cruda illinitur, sed sepius mutatur priusquam arescat.

## EX SIMEONE SETHI.

Semē Cānabis comestum idem nocumentū quod  
Corianz

PLANTARVM HISTORIAE

Coriandrū affert: immodicè enim si estur, vt illud, deliriū facit. Folia verò arida pota, veluti farina, aut magis pro potione hæc farina exiccata, ebrietas quandam hospitalē facit, & que ab hauriente non sentiat. Apud Arabas enim pinsitur, subigitur pro vino, & inebriat. Desiccatur verò semē genitale vt Caphura. APPENDIX.

Quum ex iam dictis constet Cannabinū semen caput facillè tentare, atque adeo lædere, imprudenter faciunt, qui vulgi errorem sequentes, in morbis, iisq; maximis, capitis ex hoc semine confecta iuscula agrotantibus magno eorum malo exhibent.

DE CARDIACA CAP. cxlix.

Cardiaca nobis Atria palma, haud scio quare ratione dicitur, nisi fortè à rudi foliorum fissura tanquā in digitos, à qua sed perfectiore ricinus, vulgè etiam Palma Christi nuncupatur: Amara sorba in hortis sponte sua passim luxurians.

NOMINA.

*herzgespan*  
**Q**uo nomine herba hæc veteribus sit appellata, nondum nobis constat. Nostri tamen temporis herbarii Cardiacam vocant. Germani Hertzgespan, oder Hertzgsper. Cardiaca verò haud dubiè à recentioribus nominata est, quòd cordis palpitationi, quàm illi perperam cur dicta. *uxpdxixiv* appellant, mirificè conferre videatur. Alia est hæc à Ballote, de qua suo loco diximus.



## FORMA.

*Cardiaca caulem ex se mittit quadrangulū, geniculatū, nigrum: folia laciniata, nigra, per intervalla in caule ex singulis geniculis prodeuntia: flores in candido purpureos, orbiculato ambitu caules circumiacentes: radicem luteam, intortam, capillamentis fibratam. LOCVS.*

*Passim in ruderibus & circa sepes nascitur.*

## TEMPVS.

*Iulio mense floribus abundat.*

## TEMPERAMENTVM.

*Amara admodū existit, vt hoc nomine calidam esse in secundo ordine, & siccam in tertio constet.*

## VIREs.

*Recentiores rectè contra cordis palpitationē, convulsionem, & resolutionem conducere tradunt: potest enim quum amara sit herba, sua caliditate & siccitate crassos humores qui in venis & aliis partibus, nervosis potissimum, sunt, incidere, extenuare, & discutere. Hac etiam ratione morbo comitiali, confert, vrinas mouet, & menstrua educit, aliisque facultates quas Galenus lib. iij. de Simp. med. facul. cap. xvij. amaris tribuit, obtinet.*

## DE CARO. CAP. CL.

## NOMINA.

**K**αρὸς Græcis, Caron vel Carcum latini, officinis Carui nominatur. Germani Mattkumel, Carui, mich, oder Vuysenkumel (Gallis Des Carot-

Etes)

PLANTARVM HISTORIAE

Careii vn tes) dicitur. A Caria fortè regione, in qua lauda-  
de dictū. tiffimum nascitur, appellationem accepit.

FORMA.

Caulis emittit quadrangulos ab vna radice mul-  
tos, folia Staphylini, flores candidos, & in caulium  
summo semen angulosum ac copiosum, radicem ob-  
longam & luteam.

LOCVS.

Pasim in pratis Germa. nostrae prouenit. Opti-  
mū tamen est quod in Caria, vt diximus, nascitur.

TEMPVS.

Iunio mense floribus & semine pregnans est.

TEMPERAMENTVM.

Cari semen calfacit & exiccat tertio quodāmo-  
do ordine, moderatè acrem qualitatem possidens.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Semen Cari calfacit, vrinam cit. Stomacho & ca-  
ri gratū accōmodumq;. Concoctiones adiuuat. Anti-  
dotis & oxyporis vtiliter miscetur, Aniso propor-  
tione respondens. Radix elixa Pastinacæ syluestris  
modo edendo est.

EX GALENO.

Flatus extinguit & vrinas ciet, non semen tan-  
tum, sed & planta.

hasclax

DE CARYO PONTICO. CAP. cl.

NOMINA.

Auellana. **K** ἀραυάκη, ἢ ἀραυάκη, ἢ ἀραυάκη. Græcis: Ae-  
uellane nuces, & Praenestinae Latins, Ha-  
si. Inusz Germa. (Gallis Noyfette, ou Aueline).

nomina

(11) 3

nominatw. Pontica autem vocantur, quòd in Asiã Ponticæ  
Græci, inque è Ponto venerunt. Parue, quòd In- quare voc  
glandibus minores sint. GENERA. cata.

Duo eius sunt fastigia. Vna enim est sylvestris,  
quam priuatim Germani nostri Haselnusz nomi-  
nant. Altera verò vrbana seu domestica, quam ii- 208. *haselan*  
dem Rotnusz, oder Rurnusz appellant.

## FORMA.

Corylus arbor in qua Auellana nux prouenit, cau-  
dice est multis infernè stolonibus fruticante, super- *Corylus.*  
nè ramis brachiato, virgis breuibus, sine alarum si-  
nu enodibus, crassisq; nonnullis, foliis ab vna parte  
nigris, altera verò subalbis, per ambitum serratis,  
materia admodum lenta, cortice summo tenui, pin-  
gui, maculis albis vario, medulla tenui & flaua.  
Non floret, sed floris vice quidã in eo peculiare co-  
pactili callo racematim coherentes, & veluti præ- *Iuli.*  
longi vermes singulari pediculo pēsiles iuli erupūt,  
qui incute vere dehiscunt ac desluunt cū folia pro-  
filiūt, ac tum calyculacea tegumenta totidem sum-  
matim simbrata, quot iuli supra pediculū exeunt,  
corumq; singulis nuces singule insunt. Domestica Do- *meſti-*  
nō differt a sylvestri, nisi quòd eius foliū maius, & ca-  
caudex procerior, melior fructus, rubra membrana  
inclusus.

## LOCVS.

Gaudet argillofis & vliginosis locis: nascitur ita-  
que in plano. Nemora etiam & mōtes Corylis ve-  
ſtiuntur.

E ſ TEM.

PLANTARVM HISTORIAE

TEMPVS

Autumno leguntur Auellanae nuces.

TEMPERAMENTVM.

Tum cortex, tum planta, tum fructus gustanti  
 austerior quam Iuglans apparet, plus itaque ha-  
 bet essentiae terrestri & frigidae. Simeon Sethi cal-  
 lidas & humiditas esse Auellanas asserit.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Stomacho aduersantur Auellanae. Tritae in aqua  
 mulsae, & potae veterem tussim sanant. Tostae ve-  
 ro & cum exiguo pipere comesta destillationem  
 maturant. Totae crematae, tritae cum axungia aut  
 seuo vsino & inunctae, alopecias explent. Ferunt a-  
 liqui vsta carum putamina, & in puluerem redae-  
 ta cum oleo castorum oculorum pupillas infanti-  
 tibus denigrare, perfuso syncipite.

EX GALENO.

Valentiores sunt Auellanae quam Iuglandes: na-  
 densior strictiorq; his est substantia, ac minus oleo-  
 sa. Caetera magna nuci similia sunt.

EX AETIO.

Auellana, quae & Nux pontica nuncupatur, quod  
 in Euxino poeto frequens sit, praeter quod frigidior.  
 austerior, terrestriorq; est, in reliquis Iuglandi assi-  
 milatur. Comesta dolorem capitis inuehit.

EX SIMEONE SETHI.

Magis nutrit quam Iuglandes nuces, difficilia  
 eiusq; coccoquantur. Inflationes faciunt, & ut qui-  
 dam

dam aiunt, ieiunum intestinum lædunt. Facilius autem concoquuntur, minusq; ventrem sistunt, si interior earum cortex abiiciatur. Dicitur quòd si quis ante reliquos cibos cum ruta sumpserit, huic neque morfus, neque venena off. cere illo die posse, et scorpiones ab ipso fugere. Sumptæ cum caricis, iam à scorpione ictos iuuant. Ad aciditatem à nigro humore exiccatam omnino confert.

## DE CENTVM MORBIA. CAP. clii

An hæc Centummorbia sit vulgò dictum & putatum gramen Parnasi explora.

*naturæ & virtutis*

## NOMINA.

**H**ic herba, ut aliis multis, nomen aliud imponere nõ licuit, quàm, quò vulgò hodie appellari solet, Centummorbia. Sic autem haud dubiè à chirurgis, qui illa quotidie vtuntur, à mirisca sua quam in plurimis vlceribus medendis obtinet facultate, dicta est. Sunt qui à foliorum similitudine, quæ nummi speciem referunt, Nummulariam vocant. A nonnullis Hirundinaria, quòd passim terræ hirudinis instar affixa sit, dicitur. Nec desunt qui Serpentariam appellent, quòd conperitum sit serpentes hac herba si vulnerentur sibi morderi. Germanicè Egelkraut, oder Klein Naterzung, oder Pfennigkraut nominatur.

Centum

morbia

unde dic

ta.

Nummu

laria.

## FORMA.

Serpit per terram, exiguisq; radice è coliculis

E iij latis

PLANTARVM HISTORIAE

*latis prodeūtibz nititur. Folia habet ex vtroque  
caulis latere rotunda, pinguiāque: flores luteos.*

LOCVS.

*Provenit in locis humidis, potissimum verò cir-  
ca fluenta.*

TEMPVS.

*Maiō mense apparet, Iulio autem floret.*

TEMPERAMENTVM.

*Gustu admodum adstringit, vt hinc constet secū-  
di aut tertij ordinis exiccantium esse herbam.*

VIREs.

*Huius flores & folia trita adeò desiccāt adstrin-  
guntq; vt quouis vlcera glutinare valeāt. Ideoq; po-  
ta cum vino dysenterias, ventris imbecillitates flu-  
xūsq; ac humiditates sanant. Cataplasmatizati-  
tu illita vlcerum putredinosa iuuant. Prosumt etiā  
ad sanguinis reiectiones, profluuiā muliebriā, &  
ad omnia interanea vulnēra & vlcera potissimū  
pulmonis. Externis etiam vlcēribz summē cōfert,  
si vino in quo herba hęc decocta est, lauentur at-  
que abstergantur.*

DE COCCIMELEA. CAP. CLIII.

NOMINA.

*Οκκιμηλία Græcis, Prunus Latinis & of-  
ficinis, Germanis eius arboris fruct<sup>9</sup> Pflau-  
men, oder Prumen, (Gallis Vn prū-  
nier) dicuntur.*

GENERA.

Sativa  
Pruna.

*Duo sanē prunorum habentur genera. Vnum sa-  
tivarum, in quo genere sunt nigra, cādicantia, ver-  
sicoloria,*



ficoloria, cerea, hoc est, ex candido in luteum pal-  
lescētia, purpurea, Damascena, & si qua sunt alia.  
Alterum sylvestrium, quæ Galeno lib. ij. de alimen-  
torum facultatibus & *γυριοκοκκιμίλα*, & in Asia *Προῦμνο*. Pruncola siue Prunula vulgò nominan-  
tur, Germanicè Schlehen. Caue eorum amplectan-  
ris sententiam, qui Poterium esse putant: neque eni-  
m facultates, neque notæ Prunulis respondent.

*Locus nascitur*  
Pruncola.

## FORMA.

Prunus arbor est radicibus summo cespite vagā-  
tibus paucis, caudice subrecto, scabro, multis bra-  
chiato ramis, folio ex oblongo ferè rotundo, per o-  
ras minutim serrato, flore candido, foliato, pomo,  
carne, cuticq; vestito, osse intus duro in quo nucleus  
includitur.

## LOCVS.

Sativa Prunus in hortis nascitur. Damascena in  
Damasco Syria, à quo cognominata sunt. Sylvestris  
autem passim in sepibus reperitur.

## TEMPVS.

Sativa in æstate poma sua profert, sylvestris au-  
tem autumno.

## TEMPERAMENTVM,

Sativa pruni fructus mediocriter humectāt &  
refrigerant. Sylvestris adstringunt, vt fusius ex eo-  
rundem facultatibus innotescet.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Eius pomum est in stomacho tamen aduersatur.

PLANTARVM HISTORIAE

Alium mollit. Syriaca autem pruna, & praesertim in Damasco genita, exiccata stomacho utilia sunt, & aluum cohibent. Folia in vino decocta & gargarissata columellam, gingiuas, & tonsillas fluxione laborantes reprimunt. Praestant idem & Syluestrium Prunorum fructus cum maturuerunt siccati. Cum sapa decocti stomacho utiliores, & ad cohibendam aluum aptiores redduntur. Gummi Prunorum glutinat. Potum in vino calculos conterit. Ex aceto illitum, impetigines infantium sanat.

EX GALENO.

Pruni fructus ventrem subducit, recens quidem plus, aridus verò minus. Ceterum Dioscorides, haud scio cur, Pruna Damascena siccata ventrem sistere ait, quum tamen & ipsa palam etiam subducant, minus tamen iis quae importantur ex Iberia. Damascena quidem magis adstringunt: at quae Iberia fert, dulciora sunt. Quin & ipse arbores fructibus proportione respondent: minus enim astringunt quae in Iberia nascuntur, magis verò quae Damasci. Porro ut in summa dicam, quarum in foliis aut germi- nibus adstrictio quaedam inesse apparet manifesta, iis decoctis phlegmonae in columella aut tonsillis existentes colluuntur. Syluestrium fructus euidenter adstrictorius est, ventremque sistit. Gummi autem arboris sunt qui dicant cum vino potum lapides confringere, cum aceto verò puerorum sanare impetigines. Ac si id praestat, clarum est incidendi tenuitate

diq; illi facultatem inesse. Rarò fructum hunc auā  
 sterum aut acidum, aut omnino iniucundum inue-  
 nias, vbi exactam maturitatem fuerit affectus.  
 Priusquam enim eò perueniat, nullus est fermè qui  
 non acorem, aut acerbitatem præ se ferat: est qui &  
 amaritudinem. Proinde ex hoc fructu minimum  
 alimenti corpus accipit. Verè quum humectare  
 & refrigerare mediocriter vētrem statuemus, vti-  
 lis erit: quem subducit humiditatis & lentoris sui  
 gratia. Prunis porrò æquè ac sicibus concessum est,  
 vt vel exiccata vtilia permancant. Damascenis pri-  
 ma laus bonitatis magna hominum opinione de-  
 fertur. Proxima iis quæ in Iberia & Hispania p-  
 ueniunt. Probatissima in Damascenis sunt, quæ cū  
 mediocri adstrictione magna laxaq; sunt, at par-  
 ua, dura, acerbaq; & in cibo permolesta, & ventri  
 subducendo minus idonea, cui officio Iberica ma-  
 ximè conueniunt. In melicrato plus mellis habere-  
 te, abūdè vētrem molliūt, etiā si sola comedātur, &  
 multò magis si melicratum ipsum subforbeatur.

## EX PLINIO.

Pruni folia decocta tonsillis, gingiuis, vna pro-  
 sunt in vino decocta, & subinde ore colluto. Ipsa  
 Pruna aluum molliunt. Syluestrium quidem Pru-  
 norum bacca, vel è radice cortex, in vino austero si  
 decoquatur, ita vt triens ex hemina supersit, aluum  
 & tormina sistunt. Satis est singulos cyathos deco-  
 eti sumi. Et in iis & satius Prunis est limus ar-  
 borum.

PLANTARVM HISTORIAE

borum, quem Græci Lichena appellant, rhagadiis  
& condylomatis mirè utilis.

DE CONIO. CAP. CLIIII.

Cicuta nobis est maior, cuius caule cauo  
quòd bibant rustici, bibeul dicitur: Gall.  
Cigue. Alia est minor, odore nō ingrato,  
tenera multum. Cætera priori similis quæ  
arborescit terra pingui.

NOMINA.

**K** αἰετοῦ Græcè, Cicuta Latinis & officinis,  
Germanis Vutzerling, Vundtscherling  
Schirling, oder Vuterich, (Gallicè Cigue)  
quasi tyrānus dicitur, quòd scilicet hominē interfi-  
ciat: si intra corpus sumatur. Hinc est quòd Athe-  
niēses eius succo in interimēdo sapientissimo philo-  
sopho Socrate, quē falso Anytus & Melytus quasi  
parum rectè de Diis sentiret, accusarunt, vsi sunt.

FORMA.

Caulem profert geniculatū Fœniculi modo, ma-  
gnum. Folia ferula, vel, vt Plinius ait, Coriandro  
similia, angustiora tamen & graueolentia. In ca-  
cumminibus adnascentes ramulos & umbellā. Flo-  
rem subalbum, semen Aniso simile, albidius tamen.  
Radice[m] concauam nec profundam.

LOCVS.

Passim in pratis, locis incultis, & umbrosis na-  
scitur.

TEMPVS.

Iulio mense flores & semina profert.

TEM

*Wildes p. 176*

## TEMPERAMENTVM.

Summam habet refrigerandi vim Cicuta, atque adeò venenum est.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Inter letalia cõnumeratur Cicuta, sua frigiditate enecans. Remedio est meraci vini potus. Succus exprimitur ex eius cacuminibus cõtusis, priusquam semen & coma are scat, expressusq; in sole dẽsatur. Multus aridi ad medendi rationem vsus est. Miscetur vtiliter collyriis, quæ lenãdi doloris gratia adhibentur. Herpetas & erysipelata illitus vestinguit. Herba cũ coma trita & testibus circumlita, libidinum in somno imaginationibus auxiliatur, sed genitalia illita resoluuit, languidaq; reddit. Lac extinguit, mammas in virginitate increscere prohibet. Puerorum testiculos tabescere facit.

## EX PLINIO.

Cicuta venenum est, publica Atheniensium poena iniussa, ad multa tamen vsus nõ omittedi. Semini & foliis refrigeratoria vis, quæ si enecat, incipiunt algere ab extremitatibus corporis. Remedio est, priusquã perueniat ad vitalia, vini natura ex calfactoria. Sed in vino pota, irremediabilis existimatur. Succus exprimitur foliis floribusq; tũc enim maximè tẽpestivus est & melior. Semine trito expressus, & sole densatus in pastillos, necat sanguinẽ spissando. Hæc altera vis. Et ideo sic necatorum maculæ in corporibus apparent. Ad dissolucnda medica=

PLANTARVM HISTORIAE

medicamenta vtuntur illo pro aqua. Fit ex eo ad refrigerandum malagma. Præcipuus tamen est ad cohibendas epiphoras æstiuas, oculorumq; dolores sedandos circumlitus. Miscetur collyriis, & alios omnes rheumatismos cohibet. Folia quoque tumorem omnem doloremq; & epiphoras sedant. Anaxilaus autor est, mammæ à virginitate illitas, semper staturas. Quod certum est, lac puerperarum mammis imposita extinguit, veneremque testibus circa pubertatem illita.

DE CYNOGLOSSO OFFICINARVM. CAP. CLV.  
NOMINA.

*hundszung*

Lingua  
canina.

**K**ΥΝΟΥΛΩΣΟΝ Græcè, Latinè lingua canina: officina Græcam appellationem retinuerunt, Germanicè Hundszung (Gallicè Langue de Chien) appellatur. Animaduertendum tamen nos non temerè adiecisse officinarum: neque enim Dioscoridis damus Caninam linguam, quæ vidua caule est, & viribus etiam ab hac nostra diuersa.

Dioscoridis  
Cynoglosson.

FORMA.

Caulem obtinet cubitalem, & interdum longiorem, hispidum, surculosum: folia angusta, prælonga & lanuginosa, non venosa, molliaq;: florem primum purpureum, dein cœruleum, stamina habentem purpurea: radicem oblongam, & profundè terram penetrantem.

LOCVS.

*Pars m*



Passim circa itinera prouenit.

## TEMPVS.

Iunio & Iulio mensibus fleret.

## TEMPERAMENTVM.

Recentiores herbarij frigidam & siccam esse statuunt in ordine secundo.

## VIRE S.

Oris & aliis maleficis vlceribus medetur. Dysenterie etiam prodest. Debet itaque illius herbe vsus esse in omnibus vlceribus, vulneribus, scabie Hispanica, & similibus morbis. Auxiliatur etiam gonorrhoeae & destillationibus: atque hinc est quod catapotiorum compositioni, quorum nomenclatura est ad omnes morbos catarrhi, aut de Cynoglossa, Catapotia de Cynoglossa. admisceatur.

## DE CNICO. CAP. CLVI.

NOMINA. *Wilde Safran*

**K**ΝΙΚΟΣ Græcè, Cnicus & Cneus Latine nominatur. Officina Cartamum & Crocū hoc Cartamentensem appellant. Germani Vuilden gartenaff= Crocus ran (Gallicè Safran saulvage) ad differentiam hortensis, Atractylidis, de qua supra dictum est.

## FORMA.

Folia habet oblonga, incisuris diuisa, aspera, aculeata. Caules cubitales, in quibus capita oliuae magnitudine. Florem similem Croco, semen candidum & rufum, oblongum, angulosum.

## LOCVS.

Nascitur

PLANTARVM HISTORIAE

Nascitur in hortis & agris satius.

TEMPVS.

Floret Iulio & Augusto mensibus, ac subinde semen etiam profert.

TEMPERAMENTVM.

Tertij est ordinis excalefacientium eius semen, si quis foris eo uti volet.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Huius flore vtuntur in opsonis. Semen tunditur & ex eo exprimitur succus, qui cum hydromelite aut gallinaceo iure datus aluum purgat. Stomacho tamen aduersatur. Fiunt etiam placentæ que aluum emolliunt, si succus eius amygdalis, nitro, aniso, & melli cocto misceatur. Oportet autem ante cenam in partes quatuor diuisas Iuglandis nucis quantitate duas aut tres sumere. Eas hoc modo conficere oportet. Sumatur Cnici candidi sextarius, amygdalarum tostarum & decorticatarum cyathi tres, anisi sextarius vnus, aphronitri drachma vna, caricarum triginta carnes. Seminis succus lac cogit, & ad soluendum aluum efficacius efficit.

EX GALENO.

Cnici semine duntaxat ad purgationes vtimur.

DE CENCHRO. CAP. CLVII.

NOMINA.

Miliū vn-  
de dictū.

hæc

Κ *Ἐϋξεῖς* Græcis, Milium Latinis & officinis, Germanis Hirsz (Gallicè du Mil, ou du Millet) appellatur. Nomen, Festo auctore, à

re, à

re, à miliaria summa derivatum.

## FORMA.

Frumenti genus stipula cubito altiore, geniculata, folio arundinaceo, semine in iuba tereti & pendulo, folliculo concluso, radice numerosa, capillata, ac multiplici fruticante culmo.

## LOCVS.

Satum in arvis provenit. In frigido & aquoso solo prius serendum, postea in calido præcipiunt. Gaudet solo limoso vliginosoq̃.

## TEMPVS.

Augusto mense demetendum.

## TEMPERAMENTVM.

Milium primo ordine refrigerat, exiccat autem tertio exvoluto, aut certè secundo intenso. Paululum etiam tenuium est partium.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Minus cæteris frugibus alit. In panes autem coactum, aut tanquam puls. confectum aluum sistit, urinam autem mouet. Tostum verò saccis mditum & fomenti loco appositum, torminibus & a iis doloribus auxilio est.

## EX GALENO.

Milium vt ferculū comestū inter omnia frumētacea edulia minimum nutrimenti confert. Sed & ventrem dessecat. Porrò foris impositum in sacculis idoneum est fomentū iis qua citra morsum exiccari postulant. Cataplasmatibus etiam modo illitum  
exiccare

Panis ex  
milio.

exiccare potest, attamen admodum friabile est, proinde difficilis est eius in cataplasmatibus vsus. Panis ex milio exigui est alimenti & refrigerantis. Constat insuper præaridum & instar arenulae aut cineris friabilem esse: caret enim penitus glutinosa pingui: iure itaque aluum humentem desiccatur. Milium tamen ad omnia panico præstantius, nam & suauius editur, facilius concoquitur, ventremque minus cohibet, ac magis nutrit. Huius farinam lacti incoctam esitant, veluti triticeam agricolæ: clarumque est id edulij tanto quàm illa quæ per se sola sumuntur melius esse, quanto lac milij natura ad boni succi procreationem, aliisque omnia eminentius habetur. Dico autem alia omnia, concoctionem, ventris subductionem, in totum corpus distributionem, adeoque ipsam in edendo suauitatem ac voluptatem.

## EX PLINIO.

Milio sistitur aluus, discutuntur tormina, in quibus vsus torretur antè. Nervorum doloribus & aliis feruens in sacco ponitur, neque aliud vtilius, quoniam leuissimum molliissimumque est, & caloris capaxissimum. Itaque talis vsus eius est ad omnia quibus calor profuturus est. Farina eius cum pice liquida serpentium & multiplex plagis imponitur.

## EX SIMEONE SETHI.

Difficiliter concoquitur, ventrem sistit parumque nutrit. Iuuat eos qui refrigeratione & exiccatione ventriculi

ventriculi indigent. Sumptum cum lacte, vel amygdala thasia facilius cōcoquitur, & humidius fit.

## DE CRAMBE SATIVA.

CAP. CLVIII. *vñ herb*

Brassica nobis à caule insigni & arboreo caulis dicitur. Ea nobis multiplex magis est quàm quæ hñc scribitur & pingitur.

## NOMINA.

**K**ΡΑΜΒΗ ἢ ἡμῶπος græcè, Brassica sativa latinè, officinīs & vulgò Caulis, Germanicè Kol (Gallicè Des Chauls) appellatur. Cräbe græcis dicta cēsetur quasi κροάμβλη, quòd pupillas oculorum, quas Græci κρογς vocāt, obtundat, hebetetq;. In qua certè sententia fuisse Columellam hoc eius de cultu hortorum carmen testatur:

Nūc veniat quāuis oculis inimica Corāble. Attici integro nomine κροάμβλη protulerunt, alio sed potiore etymi sensu, quasi κροῶ. ἀμβή, vel resilius κροῦσθῆ, id est, crapula satietatiq; contraveniat. Nā vino aduersatur, ut inimica vitibus. Antecedēs in cibis ebrietatem arcet, & postea sumpta crapulam discutit.

## GENERA.

Etsi plurima sint Brassicæ genera, ut ex veteribus rei rusticæ scriptoribus liquet, quatuor tamen dūtaxat, quæ hodie vsitata sunt, producemus: quarum vna Græcis λαίκα, hoc est, laisis nominatur, Brassicæ grandibus & latis foliis, caule magno: Germanis lauis. Koch  
F breiter. Kool

PLANTARVM HISTORIAE

*gero hool* breiter oder grosser kol vocatur. Altera *crispa*,  
*Apiana.* quæ à similitudine apij *σελιβοειδής*, id est, *Apia-*  
*na* nuncupatur. Vulgò *crispus* caulis, Germanicè  
*Crambe.* krauser kol. Tertia propriè vocatur *Cräbe*, minu-  
*cken hool* tioribus caulibus, & tenuioribus foliis, flore luteo,  
 Germanicè *kleiner kol*, vt ab aliis discernatur,  
 nominari potest, aut simpliciter & sine adiectione  
*Capitata.* kol. Quarta sessilis est, folio & capite patula. Vul-  
*Tabus hool* gus caputos caules, quasi capitulatos appellat, quo-  
 niã in capitis formã extuberant. Folia enim horum  
 in orbem glomerantur, exterius callosa & per ambia-  
 tum rugata, multis intus carinarum voluminibus,  
 externis semper interiora cõplectentibus. Huc allu-  
 dentes Germani *Cappiszkraut* vocat. Nonnulli à  
 candore foliorũ *Brassicam albam*, & caules albos,  
 appellare maluerunt. Hoc genere *Brassicæ* in pla-  
 visque Germaniæ partibus, Boioaria potissimum,  
 per integrum anni curriculum quotidie victitant,  
 quòd illic eius prouentus sit vberimus.

FORMA.

Caulis est *Brassica* leniter rubete, crasso folio præ-  
 grandi, carnosio, ex cæsis candicante, in latus vtrin-  
 que diffuso prominulis venarũ toris fruticãte, cyma  
 patula, flore tum luteo, tum albo, semine in siliquis.

LOCVS.

In hortis hodie passim proueniunt *Brassicæ*.  
 Frigidis verò & pluujs regionibus positio earum-  
 dem optima.

TEM



## TEMPVS.

Augusto mense potissimum florent, ac subinde semen etiam proferunt.

## TEMPERAMENTVM.

Brassica tum manducata, tum foris imposita exiccat. Sicca verò & calida primo ordine.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Brassica sativa alio est idonea, si leuiter feruesceta edatur. Percoccta verò aluum sistit, & multo magis bis coccta, & in lixivio decocta. Aestiuu stomacho nocet & acrior est. In Aegypto propter amaritudinem non estur. Obscuritate visus laborantibus & tremulis comesta auxiliatur. A cibo sumpta ex crapula & vino noxas restiguit. Cyma eius stomacho vttilior, sed acrior, & ad ciendam vrinam validior. Cõdita sale stomacho inimica est, aluumque conturbat. Crudus eius succus cum iride & nitro deuoratus aluum mollit. Cum vino potus viperarum morsibus succurrit. Cum Fienigraci farina, podagricis & articulorum doloribus correptis, vlceribusq; sordidis & vetustis illitus prodest. Caput purgat per se naribus infusus. Menses ducit cum loliacea farina inditus. Folia per se aut cum polenta trita, oibus inflãmationibus & œdematis cõferunt. Erysipelatis, epinyctidis & lepris medetur. Cũ sale carbuculos rüpüt. Capillorũ in capite defluxũ retinent. Coccta autẽ & melli mixta gãg anarũ pascẽtibus malis opitulantur. Cruda ex aceto comestã

PLANTARVM HISTORIAE

liens profunt. Mansa verò desorato succo vocera  
amissam restitunt. Decoctum eius potum, aluum  
& menses mouet. Flos post conceptionem in pefso  
subditus sterilitatem facit. Semen eius præsertim  
quæ in Aegypto nascitur, potum lumbricos pellit. In  
antidota cæliacorum additur. Faciem lentiginés  
que expurgat. Cauliculi virides cū radice crema-  
ti, & adipe porci vetusto excepti, diurnos lateo-  
rum dolores impositi mitigant.

EX GALENO.

Brassica esculenta desiccandi vim habet tum esa,  
tum foris imposita, non tamen etiam admodū acré.  
Alioqui & vlcera glutinat, & maligna vlcera sa-  
nat. Præterea phlegmonas iam induratas, ac egré  
solubiles, & id genus quoque crysipelata. Eadē fa-  
cultate epinyctidas & herpes sanat. Habet quid-  
dam etiā in se abstersorium, quo lepras curat. Por-  
rò semen eius potum lumbricos interficit, maxime  
Brassicæ Aegyptiæ, quanto ea scilicet temperatura  
ficcior est. Sane amaræ qualitatis particeps semen  
est, sicut videlicet omnia alia medicamēta que ad  
lumbricos idonea sunt. Secundum eandem facultate-  
sem ephelidas, lentigines, & quæcūque alia modis-  
simam abstersionem postulāt, adiuuat. Caules Brassicæ  
combusti, cineres efficiunt admodū desiccantes,  
ut videlicet iam & adurentē vim participēt. Hac  
ratione ei veterem adipem commiscentes, ad inue-  
teratos laterum dolores, & si quid eius fuerit ge-  
neris,

neris, adhibent. Nam valenter digerens medicamentum efficitur. Brassica quoque succus purgandi quandam vim obtinet: contra solidum eius corpus siccitatis ratione cohibere magis quam incitare deiectionem potest. Proinde quum expellere alui excrementa propositum erit, ahero in quo elixa vnà cum aqua fuit, propius admoto, ipsam eximere confestim, vasculoque in quo paratur, oleum cum garo iniicere oportebit. At humentem aluum siccare volentes, quum medicriter bulliisse videbitur, priore aqua effusa repente aliam calentem iniicimus, ac ita rursus in ea discoquimus vsque dum tenra flaccidaque euaserit.

## EX PLINIO.

Cato crispam maximè probat, dein leucam grandibus foliis, caule magno. Prodesse tradit capitis doloribus, oculorum caligini, scintillationibusque, vel stomachi doloribus, crudam ex aceto & melle, coriandro, ruta, mentha, laseris radícula, sumptam acetabulis duobus maturino. Tantamque esse vim, ut qui terant hæc validiores fieri se sentiant. Ergo vel cum vino tritam, sorbendam vel ex olei intinctu sumendam. Podagra autem, morbi que, articulariis illini cum ruta, coriandri & salis mica, hordei farina. Aqua quoque eius decocta, nervos articulosque mire inuari. Si foucantur vulnere & recentia & vetera, etiam cancinomata, que nullis aliis medicamentis sanari possunt. Foceri prius aqua calida iubet, & bis die tri-

PLANTARVM HISTORIAE

tā imponi. Sic etiam fistulas eluxatas, & tumores reuocari, quæq; disenti opus sit. Insomnia etiā, vigiliãsq; tollere decoctam, si ieiuni edant quamplurimam ex oleo & sale. Tormina, si decocta iterum decoquatur addito oleo & sale cumino, polenta. Si ita sumatur sine pane, magis profuturam. Inter reliqua bilem detrahit per vinum nigrū pota. Quin & vrinam eius qui Brassicā esitauerit, asseruari iubet, calefactamque nervis remedio esse. Auribus quoque ex vino succum Brassicæ tepidum instillari suadet. Idq; etiam tarditati audientium prodesse asseuerat. Et imperigines eadem sanari sine vlcere. Græci biles detrahere non percoctam putant. Item aluum soluere, eandemq; bis coctam sistere. Vino aduersari, vt inimicam vitibus. Antecedente in cibis cauere ebrietatem. Postea sumpta crapulã discuti. Hūc cibum & oculorum claritati conferre multum, succo verò crudæ angulis vel tantum tactis cum Attico melle, plurimum, Hippocrates celiacis dysentericis bis coctam cum sale dari iubet. Itē ad tenasmon, & renum causas. Lactis quoque vbertatem puerperis hoc cibo fieri iudicans, & purgationem feminis. Crudus quidem caulis si edatur. Partus quoq; emortuos pelli. Inuenio & à podagra liberatos edēdo eam, decoctæq; ius bibendo. Hoc & cardiacis datum & comitialibus morbis addito sale. Atē splenetis in vino albo per dies quadraginta. Cōtra verò singultus coriandro, & anetho, & melle

le, ac pipere, & aceto. Allitã quoque prodesse infla-  
 tionibus stomachi. Item serpentiu ietibus, & sordis  
 dis vlceribus & vetustis, vel ipsam aquam cū hor-  
 deacea farina. Succū ex aceto, vel cū Fornogræco.  
 Sic aliqui & articulis, podagri q̄; imponūt. Epiny-  
 Etidas ac quicquid aliud serpit in corpore, imposta  
 leuat. Item repentinas caligines: has & si mādatur  
 ex aceto. Sugillata verò & alios liuores pura illi-  
 ta. Lepras & psoras cū alumine rotundo ex aceto.  
 Sic & fluentes capillos retinet. Epicharmus testis  
 & genitalium mali: hanc utilissimè imponi asse-  
 rit. Efficacius eandē cum faba trita. Item cōuulsis  
 cū ruta. Et muris aranei morsus, foliorū aridorū fa-  
 rina alterutra parte exinanit. Stirpiū Brassicæ ari-  
 dorum cinis, inter caustica intelligitur. Ad coxēdi-  
 cum dolores cū adipe peructusto. Plura de Brassicæ  
 viribus vide apud Catonē de re rustica, cap. clvij.

## EX SIMEONE SETHI.

Malum & melancholicum succum præcreat. Vis-  
 sum hebetat, & somnum per cōtraria insomnia in-  
 terturbat. Succus eius aliquatenus purgat: cor-  
 pus verò eius ventrem sifit. Quapropter in quis-  
 bus humectam aliu exiccare volumus, ipsam mo-  
 dicè decoquētes, aquamq̄; primam abiiciētes, conso-  
 stim alteri aqua feruenti indimus: nihil enim ne-  
 que aeris, neq; frigida aqua quod bis coquitur, tan-  
 gere debet. Aestiu Brassicæ perioris succi est quam  
 hyberna. Cit verò vrinam, lumbricos interficit, &

PLANTARVM HISTORIAE

is qui ex vino crapula laborant auxiliatur. Fertur autem quòd ab humiditate ortam hebetudinem sanat. Cocta cum pingi carne, plurimum noxæ atq; vitij amittit. Flos eius proprietate quadam semen genitale corrumpit, vtero impositus, & mulieres concipere prohibet. Pulmonem lædit. Tradūt quoque si ante alios eibos assumpta fuerit, ebrietatem arcere. Et quòd eius succus cum melle sumptus, magisificè defectiones vocis inuet. Vulneribus imposita, ea conglutinat, & malefica vlcera, & induratas inflammationes sanat.

DE CRUCIATA. CAP. CLIX.

Cruciatam habemus aliam à foliorum quatuor situ, in crucis formam, flore pallido, denso, enterocelis efficacem.

NOMINA.

**Q**uo nomine veteres hæc herbam appellauerint, nondum compertum habeo. Neq; enim Isatis est, quam vulgus Saponariã vocat, vt suo loco docebimus, ideoq; nomen quo illam nominavemus fingendum fuit. Ad imitationem autem Germanicæ nomēclaturæ Cruciatã diximus, cur dicta. quòd eius radix in modum crucis transfossa sit. Vt Sυνογ. ΤΥΠΟΣ. hoc etiam nomine Græcè *σωρογτυμος* dici posset. Germanicè Creutzuurtz, Sperenstich, & Madelgeer (Gallicè La Cruciate) nuncupatur.

FORMA.

Caulem rotundum obtinet, dodrantalem, in summo



summo rubentem, alas multas habentem, è quibus singulis bina folia crassa, angusta & oblonga, floresque orbiculatim purpurei è siliquis coloris herbacei prodeunt. Radicem albam, longam, crucis instar ab utroque latere perforatam, à qua illi nomen inditum est.

## LOCVS.

Nascitur locis incultis.

## TEMPVS.

Floret Iulio mense.

## TEMPERAMENTVM.

Admodum amara est, vnde facile colligere licet calidam & siccam esse.

## VIREs.

Recentiores eius esse magnum contra pestilentia venena vsu tradunt. Item quòd ea que in thorace sunt educere valeat. Quae sanè singula prestare posse, amarus sapor qui illi inest abundè docet. Abstergunt enim expurgantque amara, & que in venis est crassitiem incidunt, Galeno libro quarto de simplicium medicamentorum facultatibus capite decimosextimo, autore. Quamobrem mensos etiam mouet, comitiali morbo competit, & alia que amaris ab eodem tribuuntur, prestare potest. Vulneribus etiam glutinandis mirificè conducit.

PLANTARVM HISTORIAE  
NOMINA.

Ἰσος Græcè, Hedera Latinè Epheuu

K Germanicè (Gallicè du Liarre) dicitur.

Athenienses Bacchum appellarunt Citton,

Cissos cur quo nomine rigens Hedera quæ sine adminiculo nominata stat, sola omnium generum ob id vocata est cissos: è diuerso nunquam nisi repens humi Chamæcissos.

Dionysia. Sic Dionysia, hoc est, Bacchica nominata est à Baccho, qui primus ex indis in Græciam Hederam asportauit: vel quòd in tutela eius fuerit. Nam ut ille iuuenis semper, ita hæc virescit. Nec secus omnia,

Hedera sicut ille mentes hominum, illigat. Hedera verò diuinde ap- Et a est, quòd vetustis parietibus hæreat: vel potius pellata. quia edita petat. & altè diuagetur: vel quia id cui adhæserit, edat atque corrumpat.

GENERA.

Plurimas, Dioscoride autore, sigillatim habet

Candida. species, sed maximè generales tantum tres. Candida enim quædam dicitur, eo quòd candidum fert fructum: hæc femina à Plinio vocatur. Germanis Vveisser Epheuu nominari commodè potest. Altera nigra, quæ nigrum producit fructu: hæc Plinio mas nominatur. Germanis schuuartzer Epheuu. Hæc etiam parietibus obrepit, murisque pertinacius hæret quàm ut possit abire, hinc Mau repheuu Germanis vocatur, & Baunepheuu, quòd scilicet arbores suo complexu strangulet. Tertia prinatim Helix, id est, clauicula, & hederula

Nigra.

tertia prinatim Helix, id est, clauicula, & hederula

Helix. +

cl. v. v. l. v. f.

nucupa

incupatur. Germanis klein Fpheuu, oder Er-  
depheuu.                      FORMA.

Nigra, quæ in Germania nostra prouenit, arbor Nigra.  
res & parietes radicosis amplectitur brachiis, in to-  
tum fruticosa, folia primùm cum pubescit angulo-  
sa, complurimum in triangulam faciem exeuntia  
habens. Vetusiori rotundantur, pinguis, dura, im-  
mortali virore: flore exili, vitigineo, non inodoro:  
baccis primùm herbaceis, mox atris, & nonnùmquã  
croccis, longiori pediculo in vna modum dependẽ-  
tibus, sparsioribus racemis non in globum candida  
modo cocumibus, sed in acinos discretis. Radice no-  
merosa, densa, flexuosa, contorta, ac surculosa, nec  
admodum profunda. Candida inter media folia e-  
mittit brachia, quibus arbores complectitur, ma-  
ximè ramosa & robusta, corymbis, hoc est, racemis  
in orbem circumactis, aut folio albicat. Helix quæ Helicis.  
tumuis diu uiuat, Theophrasto autore, nunquam  
fert fructũ, adeoq; sterilitate à ceteris distat. Para-  
ua tenuiãve huic folia, angulosa & rubra, viticu-  
laq; tenues sine corymbis.

## LOCVS.

Hedera aquis gaudet, Nigra passim circa mus-  
ros crescit. Helix verò in syluis humi serpit.

## TEMPVS.

Nusquam non viuet Hedera.

## TEMPERAMENTVM.

Hedera ex cõtrariis composita est facultatibus  
habet

PLANTARVM HISTORIAE

habet enim quiddam adstringentis substantiæ, quæ terrena & frigida est. Habet etiam nonnihil acris, quæ calida est. Nec deest tertia, aquam namq; substantiam quandam tepidam obtinet, certè si viridis sit. Siquidem dum arefcit, hæc prima exhalet necesse est, manetque quæ terrea est & frigida adstringensq; & ea quæ calida & acris.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Hedera omnis acris & adstringens est. Nervos tentat. Flores triū digitorū capti, in vino bis die poti, ad dysentericos faciunt. Ambustis cum cerato illiti profunt. Tenera folia ex aceto cocta, aut cruda cum pane detrita, lienes sanant. Foliorū & corymborum succus cum irino vnguento, melle, aut nitro naribus infunditur. Et contra veteres capitis dolores valet, atque eo perfunditur caput cū aceto & rosaceo. Dolentibus & purulentis auribus cū oleo medetur. Nigræ hedera succus, aut e poti corymbi imbecillitatē pariūt, mentemq; turbant largius sumpti. Pilulæ quinq; corymborū tritiæ calefactæq; in malicorio cum rosaceo si instillentur in contrariam aurē, dolore dantiū mitigant. Denigrāt capillum illiti corymbi, Folia in vino decocta, omniū vlcerum generi, etiamsi cacoethe sint, illinantur. Vitia cutis in facie & ambusta, vti iam diximus decocta, sanant. Mouēt menses triti & subditi corymbi. Idem poti post purgationes feminarum drachmæ pondere sterilitatem faciunt. Pediculus folio-

rū melle irrigatus, ac vulua inditus, menstrua & fetus extrahit. Succus instillatus in naribus, graucolentiam & putredines expurgat. Lachryma eius depilat, pediculosq; illita necat. Radicum succus cum aceto potus, phalangiorum morsibus succurrit. EX GALENO.

Viridis, foliis eius in vino decoctis, vlcera grana dia conglutinat, quaeque maligna sunt, ad sanitatem reducit. Igne etiā factas exulcerationes cicatrice includit. Cū aceto decocta folia lienosis profunt. Flores autem quodammodo validiores sunt, ut ad laeuorem redacta cum cerato ambustis conueniant. Praeterea succus medicamentum est, quod naribus infusum capiti purgando idoneum existit. Vetus aenurium fluxiones sanat: ad haec vlcera vetera tum in auribus, tum in naribus. Porro si acrior appareat aut rosaceo, aut dulci oleo misceatur. Lachryma eius pediculos interimit, pilis nudat, vsque adeo calida potestatis, ut obscure adurat.

## EX PLINIO.

Natura omnium Hederarum in medicina anceps. Mentem turbat & caput purgat largius pota. Neruis intus nocet. Iisdem neruis adhibita feris prodest. Eadem natura quae & aceto, ei est. Omnia genera eius refrigerant. Urinam ciunt potu, capitis dolorem sedant. praecipue cerebro: continentiq; cerebrum membrana utiliter mollibus foliis impositis, cū aceto & rosaceo tritis et decoctis, addito postea rosaceo oleo.

Vllinum:

PLANTARVM HISTORIAE

Illinuntur autem fronti, & decocto eorum fouetur os, caputq; perungitur. Lienī & pota & illita prosunt. Decoquantur & contra horrores febrium, eruptionesq; pituitæ, aut in vino teruntur. Corymbi quoque poti vel illiti lienem sanant: iecinora autem illiti. Trahunt & menses appositi. Succus Hederæ tædia nariū graueolentiamq; emendat, præcipuè albæ sativæ. Idem infusus naribus caput purgat, efficacius addito nitro. Infunditur etiam purulentis auribus, aut dolentibus cum oleo. Cicatricibus quoque decorem facit. Ad lienes efficacior albæ est, ferro calefactus: satisq; est acinos sex in vini cyathis duobus sumi. Acini quoque ex eadem alba terni, in aceto mulso poti, tineas pellūt: in qua curatione vëtri quoque imposuisse eos vtile est. Hederæ quam chrysocharpon appellauimus, baccis aurei coloris viginti, in vini sextario tritis, ita vt terni cyathi potentur, aquâ quæ cutem subierit, per vrimam educit Erasistratus. & iisdem acinos quinque tritos in rosaceo oleo, calefactosq; in cortice punici, instillauit dentium dolori à contraria aure. Acini, qui croci succum habent, præsumpti potu, à crapula tutos præstant. Item sanguinem excreantes, aut torminibus laborantes. Hederæ nigre candidiores corymbi poti steriles etiam viros faciunt. Illinitur decocta in vino omnium vlcerum generi, etiam si cacothicæ sint. Lachryma Hederæ psilothrum est, phthirissimq; tollit. Flos cuiuscunque generis trui digitorum



digitorum carptus, dysentericos & aluum citam emendat, in vino austero bis die potus. Et ambustis illinitur vtiliter cum cera. Denigrant capillum corymbi. Radicis succus in aceto potus, contra phalangia prodest. Huius quoque ligni vase spleneticos bibentes sanari inuenio. Et acinos terunt, maxime que comburunt, & ita illinunt ambusta, prius per fusa aqua calida. Sunt qui & incidant succi gratia, coque vtantur ad dentes erosos, frangi que tradunt, proximis cera munitis ne ledantur. Gummi etiam in Hedera quaerunt, quod ex aceto vtilissimum dentibus promittunt.

## DE CERASO. CAP. clxi.

## NOMINA.

**K**ερσος Græcis, Cerasus Latinis, Germanis Kirschenbaum (Gallis vng Cerisier) dicitur. Cerasum autem arborem, vt Athenæus refert li. ij. Dipnosoph. à Cerasunte Pontica ciuitate, vnde dicitur primus in Italiam Lucullus intulit, debellato Mithridate. Ille idem est qui etiam fructum cognomine ciuitatis appellauit Cerasum.

## GENERA.

Multa Cerasorum sunt genera, in Germania tamen tria, quod sciam, duntaxat proueniunt. Primi enim generis sunt rotunda, ac maxime rubent, suaque voce illis dicuntur Amarellen. Alterius generis, quod ad figuram attinet, prioribus similia sunt, differunt autem colore, qui illis ad nigredinem accedit.

Vocantur

PLANTARVM HISTORIAE

*Tertium.* Vocantur autem horum lingua Vueichsel. Tertii generis praedictis minora sunt ac longiora, partimque rubent, partim nigricant: à nonnullis priuatim Kir-schen vel Kerichen appellantur. Nos vna icone omnia tria complexi sumus. Quae in utroque genere nigra sunt, ea vescentium manus & labra succo suo, qui sanguineus est, mororum instar insciant.

FORMA.

Cerasus folio ferè Mespili, duro, latiore, et in ambitu serrato constat, cortice lauo, in candido nigricante, flore albo racematim congesto, fructu rubro aut nigro, magnitudine fabae.

LOCVS.

Frequens est in omnibus hortis Cerasus. Quae tamen posterioris generis Cerasia profert, in syluis nonnunquam & nemoribus etiam reperitur. Gaudet autem aquosis montibus,

TEMPVS.

Iunio ac Iulio potissimum mensibus fructus maturitatem consequitur. Flores primo statim vere apparent. TEMPERAMENTVM.

Cerasorum non vnum idemque est temperamentum, quod ex eorundem facultatibus perspicuum sit. Si mecon tamen Sethi frigida & humida esse tradit.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Cerasia quidem ipsa si viridia sumantur, ventri vtilia sunt. Eadem siccata aluum sistunt. Gummi Cerasorum cum vino diluto sumptum, vetusta tussi medetur.

detur. Colorē cōmendat. Visum exacuit. Appetentiam inuitat. Idem ex vino potum calculosis auilio est. EX GALENO.

Cerasus arbor fructum fert non paris adstrictio nis in omnibus particulatim plantis participē. Nā & in horum, sicut etiam malorum granatorum, & malorum, quibusdam austera qualitas, in quibusdā verò dulcis, in nonnullis autem acida exuperat. Quinetiam ipsorum dulcium ea quæ nondū concocta sunt ac matura, quædā admodū acerba sunt, quædam similiter moris acida. Sed in moris immaturis acida qualitas acerbam exuperat, in Cerasis non semper. Ergo quæ dulcia sunt, magis quæ in intestinis sunt, subducunt, sed minus apta stomacho sunt. Contrā austera. Quæcunque verò acida sunt ea pituitosis excrementosisq; stomachis conueniūt. Siquidem austeris magis exiccant, & nonnihil etiam incidunt. Porro ipsius arboris gummi communē omnibus viscosis & mordacitatem expertis medicamentis facultatem obtinet, quæ ad arterias exasperatas accommoda est. Propriè autem (si quidē verum est quod quidam scribunt) calculis vexatos cum vino potum adiuuat. Nam sic illi tenuiū partium quædam facultas inest.

## EX PLINIO.

Cerasa & aluum molliunt, stomacho vtilia. Eadē siccata aluum sistunt, vrinam ciunt. Inuenio apud autores, si quis matutino roscida deuoret cum

PLANTARVM HISTORIAE

suis nucleis, in tantum leuari aluum, ut pedes morbo liberentur.

EX SIMEONE SETHI.

Cerasia mali succi sunt, ventrem subducant, humidum ventriculorum ledunt, praesertim cum non sunt matura. Profunt autem calidis & siccis ventriculis ac temperaturis. Cummi vero arboris cum vino sumptum calculosis auxiliatur.

APPENDIX.

Sunt qui tradunt gummi quod ex arbore destillat veteri tussi mederi, ex quo vino sumptum, gutturis lenire asperitates, fastidia discutere, & ciborum appetentiam moliri. Colorem cutis facere gratiorem, & oculis afferre claritatem. Lichenes infantum ex aceto sanare.

DE CYANO. CAP. CLXII.

Cyanus ut Graecis dicitur, à colore floris, sic nobis Bleuet & percele, cur vero Gal. Aubifoin, velut ab albo faeno dicatur, non video, nisi forte quod in eo genere quaedam flore sunt etiam albo, & qui purpurei sunt in ferta ligati, & aquae inferna parte immixti tandem albescunt.

blavo cornubocum

NOMINA.

Baptise=  
cula.

**K**ύανος Graecis, Plinio & Latinis aliis Cyanus appellatur. Nonnullis Baptisecula, quod secantibus & metentibus officiat, retusa in eius occursu falce. Nam & seculam veteres falcem dixerunt.

runt. Rectius tamen Blaptifecula vocaretur, quòd  
 βλάωτεν Græcis nocere significet. Nostri florem Flos frum-  
 fumetorū, Ger. autē Blau kornblumen, (Galli mentorū .  
 Blaueole, ou Aubifoin, ou Bluet, ou Bleuet)  
 nomināt, quòd scilicet in frumētario nascatur agro.  
 Cyanos verò dicta est hæc planta, ob florem quem Cyanos  
 profert cæruleum, aut quòd honorem nomenq; dede cur dicta  
 rit cæruleo colori. Hinc est quòd pueri in hodiernū  
 usque diem barbula calycibus erutas, ex candido  
 oui liquore terant, quo in pingendis grandioribus li-  
 teris cærulei nitorem mentiantur.

## FORMA.

Caulis illi est angulosus, folia angusta & oblon-  
 ga, calyces rosarum, sed squarosi atque tristes, quos  
 plurimæ cæruleæ stipant Barbula. Radix oblonga,  
 lignosa, fibris quibusdam capillata.

## LOCVS.

Triuialis flos est, passim in frumentis nascens.

## TEMPVS.

Iunio potissimum mense floret, nec parum gratiæ  
 suo cæruleo colore frumentis adfert. Hinc est quòd  
 rusticorum etiam coronis inseratur, quanquam in-  
 odorus prorsus sit.

## TEMPERAMENTVM.

Frigide est temperatura atque ad cò repellenti,  
 id quòd gustus etiam facillè indicat, viscositatem  
 manifestam, & nullum prorsus caloris indicium  
 præ se ferens. VIRES.

PLANTARVM HISTORIAE

Recentiores rectè tradunt huic herbae facultatè  
 inesse, qua oculis alijsq; partibus inflammatione la-  
 borantibus proffit.

DE CROMMYO. CAP. clxiii.  
 NOMINA.

*ayc uyn: vgi*  
**K**ρῶμμυον Græcis, Cēpa, & in neutro Cepe,  
 Latinis dicitur. Officina genuinum nomē re-  
 tinnerunt. Germanis Zuuibel (Gallis Oignon)  
 appellatur: quod sanè vocabulum à Gallico detor-  
 tum esse videtur: quandoquidem Galli sua lingua  
 Crōmyon Cepam vocent Siboulam. Crommyon autē, Aristo-  
 tele in problematis autore, dictum est, quòd oculi  
 pupillam comprimi cogat. Nam oculos vellicando  
 expressis subinde lachrymis contrahi pupillas certū  
 est. Atidem libro ix. Dinosoph. testatur Athenæus.

Cēpa quæ  
 re vocata. Cēpa verò à capitis magnitudine.

FORMA.

Folia habet ferè porracea, intus concava: caulem  
 teretem rotundumq; per cuius fastigium flores prio-  
 mium candidi, ac subinde semen, in orbem spargun-  
 tur: radicem capitatā pluribus compactā tunicis,  
 quæ summam præteruibus rufisq; vestitur mem-  
 branis, vertice nigricantem, à quo fibræ capillitiū  
 modo fruticant. LOCVS.

Terram Cēpæ amant pinguem, vehementer  
 subactam & irriguam, passimque hodie in omni-  
 bus plantantur hortis.

TEMPVS.

Floret



Floret Iulio potissimum mense, & deinceps semē profert, quod non antè legendum, quàm cūm nigrū colorem præ se feret. Siquidem eo colore perfectiōnem fatetur, nigritiaq; maturitatis index est.

## TEMPERAMENTVM.

Ex quarto est ordine excalefacientium, essentiāque eius crassarum est partium. Si succum eius exprimās, quod reliquum est admodum terreæ substantiæ est, eiusque calidæ: at succus aqueæ acriæq; caliditatis.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Cepa longa acrior est quàm rotunda, item flaua quàm cādida, sicca quàm viridis, & cruda quàm cocta, aut sale condita. Omnes tamen mordicāt, flatu gignunt, appetentiam inuitant, extenuāt, sitim excitant, fastidium pariunt & expurgant. Aluo vtilis sunt. Detractis tunicis inq; oleum coniectæ, ac pro glandibus subditæ hæmorrhoidas, reliquasq; excretiones aperiuunt. Succus cum melle illitus, oculorum hebetudinibus, argemis, nubeculis, & incipientibus suffusionibus auxiliatur, anginaq; laborantibus. Suppressos menses mouet. Caput purgat naribus infusus. Canis morsibus cum sale, ruta et melle illinitur. Cū aceto autem in sole inuctus alphas sanat. Cum pari spodio, scabra, lippitudines sedat. Varos cum sale reprimat. Contra calceamētorum attritus, cum gallinacco adipe vtilis est. Alui fluxibus prodest. Aurium grauitati ac sonitui confert. Ad

## PLANTARVM HISTORIAE

purulentas aures, & eliciendam aquam in iis in-  
terceptam valet. Alopeciae earum succo utiliter per-  
fricantur: celerius enim quam Alcyonium pilos e-  
uocat. Largior Ceparum cibus capitis dolores ciet.  
Cocta vehementius urinam pellit. In morbis, cocta  
etiam, copiosius comesta, lethargum efficit. Cum pas-  
sis viuis, & sico illita, tubercula concoquit & rupit.

### EX GALENO.

Hemorrhoidas aperit, tum apposita, tum cum  
aceto inuncta. In sole alphas abstergit, & alope-  
citis attrita pilos Alcyonio citius restituit. Porro  
succus eius iis qui suffusione oculorum laborant, aut  
aciem oculorum obtusam praecrasitudine humo-  
rum obtinent, inunctus prodest. Tota Cepa mandu-  
cata flatuosa est. Itaque quae temperatura sunt sic-  
cior, minus flatuum generant. Crassos corporis  
humores extenuat, glutinososque incidit. Bis tamen  
aut ter in aqua decocta, acrimonia spoliatur, qua-  
quam ne sic quidem vim perdit extenuandi: ve-  
rum facultatem quandam obscurissimam alendi  
corporis exinde acquirit, cuius antea quam deco-  
queretur, nihil profusus obtinebat.

### EX PLINIO.

Cepae olfactu ipso & delachrymationi, & cali-  
gini medentur, magis vero sicci inunctione. Somnum  
etiam facere traduntur, & ulcera oris sanare, com-  
manducata cum pane. Et canis morsus virides ex-  
aceto illita, aut sicca cum melle & vino, ita ut post  
dicim

diem tertium soluantur. Sic & tritū sanāt. Tostam in cinere epiphoris multi imposuere cū farina hori deacea, & genitaliū vlceribus. Succo & cicatrices oculorum, & albugines, & argemas inunxere, & serpentium morsus, & omnia vlcera cū melle. Item auricularum cum lacte mulierum, & in iisdem sonitum ac grauitatem emendantes, cum adipe anserino, aut cum melle stillauere. Et ex aqua bibēdum dederunt repente obmutescentibus. In dolore quoq; ad dentes colluendos instillauere, & plagis bestiariū omnium, priuatim scorpionum. Alopecias fricure & psoras tussis cepis. Coctas dysentericis vescēdas dedere, & contra lumborum dolores. Purgamenta quoque earum cremata in cinerem, illinentes ex aceto serpentium morsibus, inter ipsas quoque multipedes ex aceto. Reliqua inter medicos mira diuersitas. Proximi inutilia esse precordiis & cōcoctio- ni, inflationemq; & sitim facere dixerūt. Asclepiadis schola ad validum quoque colorem profici hoc cibo. Et si succum ieiuni quotidie edant, firmitatem valetudinis custodiri, stomacho vtilia esse, ac spiritus agitationi, ventrem mollire, hæmorrhoidas pel- lere subditas pro balanis, succum cum succo fienis- culi contra incipientes hydrophyses mirè proficere. Item cōtra anginas, ruta & melle. Excitari eisdem lethargicos.

## EX SIMEONE SETHI.

Cepa lotium cit, & semen genitale gignit. Cibi

G iij appetentiam

PLANTARVM HISTORIAE

appetentiã excitat. Capitis dolores facit, & stomacho officit. Rationem etiam, vt aliqui ferunt, ledit. Si verò coquatur, plurimum malignitatis deponit, & utilis fit ad thoracis asperitates, & tusses. Hæmorrhoidas imposta aperit, & cum aceto inunctum alphas extergit. Etsi autem crassarum partium substantiam habeat, humores tamen crassos & lentos extenuat. Ventericulum verò inflat. Si crebrius quis ea utatur, in lienis vitia incidit.

DE CAMPANULA. CAP.

CLXIII.

Campanula huius videtur nobis Gantelee, & Gan nostre Dame à dactylothece in floribus forma.

NOMINA.

Quum nobis non constet quo nomine veteribus appellata sit hæc herba, placuit illam Campanulam, à florum similitudine, qui Campanam planè referunt, nominare. Germanis Halzkrout, hoc est Cervicaria, (Gallis des gãs nostre Dame, ou des ganteletz) dicitur, quòd scilicet ad oris & cervicis fauciumq; mala mirifice conferat.

FORMA.

Caulem profert quadrangularem, hirsutum, rubescetem, folia oblonga, hirsuta, in extremitatibus incisa & serrata, ad Vrticam proximè accedentia, flores purpureos campanæ aut calathosimiles, in medio luteum quid prominens obtinentes, quibus emarcescens

halzkrout

Campanula  
vnde  
dicta.  
Cervicaria.

emarcescentibus in rotundis capitulis semen prouert.  
 mt. Radicem multifariam intortam, & cãdidam.

## LOCVS.

Gignitur in pratis siccis, in quibus dumeta plurima existit. Propemodum enim nunquam nisi in dumetis reperiri potest.

## TEMPVS.

Floret Iunio & Iulio mensibus.

## TEMPERAMENTVM.

Gustu astringit, vt hinc exiccandi illi vim esse quisque conicere queat.

## VIRE S.

Adstringendi habet facultatem, ideoq; decoctum illius vnice ad oris exulcerationes, aliaq; eiusdem mala quæ adstrictione indigent, confert. Vtilis etiã haud dubiè ad alia quæuis vlcera, ob insignè quam obtinet in exiccando facultatem.

## DE CALAMINTHA.

## CAP. CLXV.

Quenam herbæ Calaminthis genera apud Dioscoridem & Galenum explicant, hodie parum constat, vt Musæ Ruellius repugnet, ob historiæ Dioscoridis & Galeni obscuram breuitatem.

## NOMINA.

*Calaminthis* *supra*  
**K**αλαμίνθη Græcis, Calamintha Latinis, officinis Calamentum nominatur. Germanicas Calaminthæ appellationes paulò post indicabimus. Calamintha thæ quare verò dicta.

PLANTARVM HISTORIAE

verò dicitur quasi vel bona, vel utilis mentha: nã que nidore suo serpētes fugat. Quod testatur etiam Aristophanes iis verbis: τὸ δὲ ὄζειν καὶ ἀμύθηον, ὄφεις ἐλασινεῖ. Nisi quis existimet à κέλες, hoc est, ligno, quasi lignosam appellari mentham.

GENERA.

*Primum.* Calaminthe Dioscorides tria facit genera. *Primum* amat mōtes, ideo huius generis Calamintha montana vocatur. Germanis *Stein* oder *Katzenmützt* (Gallis Calamēt, ou Poliot lauvage, ou herbe au Chat) dicitur.

*Secūdum.* Nepetam, vulgus eò quòd Pulegio simile sit, sylvestre Pulegium nominat. Germani etiam vulgi opinione sequentes, Vuilden Poley & Kornmützt vocant. Officine pro Calamento hoc solo genere vutuntur. *Tertium* Mentastro simile est, Germanicè

*Tertium.* Geelmuntz commodè appellatur.

FORMA.

*Primum* Calaminthæ genus folia Ocymo similia habet, subalba, ramulos angulosos, florem purpureum. *Alterum* Pulegio simile est, maius tamen: propter quod quidam, ut dictum est, sylvestre Pulegium nominant, quoniam & odorem illius amuletur. *Tertium* mentastri similitudine est, longioribus foliis, caule & ramis prædictis maius, sed minus efficax: flore luteo.

LOCVS.

Primi generis Calamintha in montibus & asperis

ris



*vis gignitur, vnde & montana dicta est. Alterius in campestribus & agris. Tertij in aquosis locis.*

## TEMPVS.

*Florent Iunio, potissimum verò Iulio mense.*

## TEMPERAMENTVM.

*Calamintha essentia est tenui & calida, siccaq; in tertio quodãmodo ordine. Horũ manifesta sunt indicia, partim gustu apparentia, partim experientia cognita. Gustu quidem acris & palãm calida est, ac paulum omnino amaritudinis obtinet.*

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

*Omniũ folia gustu feruentia admodũ & acria. Radix inutilis. Pota aut illita demorsis à serpente opitulatur. Decoctum eius potum vrinã & menses expellit. Ruptis, conuulsis, orthopnœe, torminibus, cholera, rigoribusq; auxiliatur. Præsumpta in vino venenis resistit. Regium morbum expurgat. Lumbricos & ascaridas cum sale & melle pota, enecat. Nec secus cocta crudaq; si teratur. Elephãticos esitata adiuuat, si postea serum lactis bibatur. Folia trita & apposita menses ducunt, & fetus interimūt. Accesa aut substrata serpẽtes fugant. Nigris cicatricibus candorem reddunt, in vino cocta & illita. Sugillata tollunt. Ischiadicis imponitur, vt humorem ex alto euocet, meatusq; transmutet, summam custem exurens. Vermes necat succus auribus instillatus.*

## EX GALENO.

*Pericli.*

PLANTARVM HISTORIAE

Periclitantibus & corpori admouentibus extrinsecus imposita, primū quidem valde excalfacit & mordicat, cutemq; laniat, postremò etiam vlcus efficit. In corpus autem intrò assumpta, tum ipsa per se sicca, tum etiam cum melicrato, perspicuè calfacit, & sudorem ciet, omnèque corpus tum digerit, tum exiccat. Ea ratione ducti quidam ipsam contra rigores per circuitum repetentes adhibuerunt, foris quidem oleo incoctam toti corpori inungentes cum frictione non segni, intrò verò assumentes, sicuti est dictum. Quinetiam & coxendicibus eam quidam in agritudinibus ischiadicis tanquam strenuum remedium illinūt: trahit enim quæ in profundo hærent, totumq; ad eò articulum excalfacit, cutemq; non obscure adurit, mensesq; tum pota, tum apposita admodum efficaciter prouocat. Bonum etiam elephāticorum remedium, non eò tantū quòd strenuè tenues humores digerat, verumetiam quia extenuet & incidat valèter crassos, quales sunt qui hunc morbum procreant. Sic & cicatricibus atris candorè reddit, & sugillata digerit. Sed ad taliarentē magis quàm arentē adhibere præstat. Quippe arefacta vehementior redditur, & ad vrendum promptior. Porro talis cum sit, ad venenatarū bestiarum morsus assumitur, velut etiā cauteria, & quæcunque medicamenta calida sunt & acria, tonuiumq; partium, quæq; faciliè ex alto ad sese circumiacentem omnem humiditatem possunt attra-

here,

here. Caterùm quæ illi inest amaritudo, planè exigua est, verùm ad quædam ita efficaciter agit, vt quæ valentissima est, nimirum quum coniuncta sit vehementi calori cū tenui essentia. Quare & ascaridas & lumbricos succus eius insusum aut potus enecat. Eadem ratione aurium vermes, aut si alicubi in parte corporis sinuosa, aut implicata quæ putredine tētetur, talis prouenerit affectus. Sic & cōceptū seu pota, seu admota interimit & eicit. Igitur incidendi quidem ei vis adest propter calorem eius, tenuitatem, & amaritudinem: abstergendi verò propter vnicam amaritudinem. Itaque asthmaticis ob omnia antedicta prodest. Vtericis verò potissimum ob amaritudinem, sicut alia ferè omnia amara, vtpote abstergentia & expurgantia in iccinore prouenientes obstructions. Ad omnia iam dicta efficacior est montana.

## EX PLINIO.

Decocta in aqua ad tertias discutit frigora. Mulierum menstruis prodest. Aestate sedat calores. Vires quoque contra serpentes habet. Fumum ex eamidoremq; fugiūt, quam & substernere in metu obdormituris vtile est. Tusa agilopis imponitur, & capitis doloribus recens, cum tertia parte panis temperata aceto illinitur. Succus eius instillatus naribus supinis, profluuium sanguinis sistit. Item radice cum myrti semine in passo tepido gargarizata, arginis modetis.

PLANTARVM HISTORIAE

DE CRITHE. CAP. CLXVI.

Hordeum Polystichon seu hexastichon à disticho Picardis distinguitur, Parisiensibus confunditur.

NOMINA.

**K**ριθὴ Græcis, Hordeum Latinis & officinis dicitur. Germanis Gerst en, (Gallis Orge.)  
**Polenta.** Ex eo polenta, quam Græci ἄλφιτον nominat, & Ptisana, medicamenta veteribus vsitatissima, conficiuntur.

GENERA.

**Hordeum** Rustici duo esse Hordei genera tradunt. Vnū Polystichū  
 polystichū lystichum, quod sic dictum est, quia in multos versus spicatur. Sunt enim ex hoc genere quæ spicam tribus, interdum quatuor, nunc sex, nūc octo versibus distinctam proferūt. Germanis Groß Gerst, Distichū hoc est. Hordeum magnum vocatur. Alterum Distichum  
 Distichū hoc est. Hordeum nominatur, quod scilicet in duos duntaxat versus spicatur. Germani Klein Gersten, id est, Hordeum exiguum appellant.

FORMA.

Culmum habet tritici, fragiliorem tamen minoremque, quinque, sex, & interdum pluribus geniculatum articulis, simplici in stipula folio, & eo quidem scabro ac lato. Grana ferè nuda, longiore caepillamento, mordacique arista. In versus spicatur, radice frequenti, capillis fibrata.

LOCVS.

Hordeum pinguisimum amat agrum.

T E M e

## TEMPVS.

Erumpit à primo satū die septimo, & caput alterum grani in radicem exit, alterum in herbam. Metitur Augusto mense.

## TEMPERAMENTVM.

Hordea primi sunt ordinis in exiccando & refrigerando.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Hordecum optimum est candidum, purumq; Minus quam triticū nutrit. Ptisana tamen ob cremorem in elixatione redditum, plus alimenti præbet quam polenta ex hordeo facta. Contra acrimonias atque faucium scabritias, exulcerationesq; pollet, quibus etiam triticea ptisana præsidio est, sed plus alit, magisq; urinā mouet. Lac abunde suppeditat, si cum Fœniculi semine decocta sorbeat. Abstergit, urinā ciet, inflat, stomacho aduersatur, & œdemata concoquit. Farina hordeacea cum sico in mulsa aqua decocta, œdemata & inflammationes discutit. Duritias cum pice, resina & fimo columbina concoquit. Cum meliloto autem & papaueris calyce dolores sinit qui latus exeruciant. Aduersus intestinum inflationes, cum lini semine, fenogrecō & ruta illinitur. Strumas cum pice liquida, cera, oleo, & impubis pueri urina, ad concoctionem perducit. Cum myrto autem, aut vino, aut syluestribus pyris, aut rubo, aut malicorio, alui profusua sistit. Podagricis inflammationibus cum cotoneis,

aut.

## PLANTARVM HISTORIAE

aut aceto prodest. Decocta in acri aceto, modo quo hordeaceum cataplasma, & calida imposita, lepris medetur. Liguata eadem cum aqua, atque cum pice & oleo decocta, pus excitat. Cum aceto autem liquata, & cum pice decocta, contra articulorū fluxiones prodest. Farina ex iis aluum cohibet, inflammationesq; mitigat.

### EX GALENO.

Hordea pauillum etiam abstersionis habent. Paulo etiam plus desiccant quam farina fabacea, cui non insint cortices. Cetera verò similia sunt foris vtentibus. In cibo autē hoc præstant fabis, quòd flatuosam naturam exuant: fabis quantumcunque coxeris, flatuosa natura remanet: sunt enim crassioris essentia quam hordea, quamobrem iis plus etiā nutriunt. Quoniam verò ambo paulum à medio recesserunt, multo sunt vsui. Nam talia medicamenta multis aliis miscentur ceu materiae quaedam: itaque etiam cera & oleum paucis medicamentis coniunguntur. Polenta verò multo plus hordeo desiccatur. Plura de hordeo, ptisana & polenta apud Galenū libro primo de alimentorum facultatibus offendes.

### EX PLINIO.

Farina ex hordeo et cruda & decocta, collectiones impetusq; discutit, lenit & concoquit. Decoquitur aliàs in mulsā aqua, aut fico sicca. Ad iccinoris dolores eam in posca positam cōcoqui opus est, aut cum vino. Cum verò inter coquendum discutien-

dumq;



lumq; cura est, tūc in aceto melius, aut in fece acetati, aut cotoneis pyri sive decoctis. Ad multipedū morfus cum melle, ad serpentium in aceto & contra suppuratia ad extrahēdas suppurationes ex posca, addita resina & galla. Ad cōcoctiones verò & vlcera vetera cum resina. Ad duritiā cum simo columbino, aut fico sicca, aut cinere. Ad nervorū inflammationes, aut intestinorum, vel laterum, vel virilium dolores, cum papauere aut meliloto, & quoties ab ossibus caro recedit. Ad strumas cum pice & impubis pueri vrina. Cum oleo & fenogracō contra tumores precordiorum, vel in febribus cum melle, vel adipe vetusto. Suppuratis triticea farina multò lenior. Nervis cum Hyoscyami succo illinitur. Ex aceto & melle lentigini.

DE CROCO CAP. CLXVII.  
NOMINA.

**K**ρόκος Græcis, Crocus Latinis appellatur. Officina antiquum nomen retinuerunt. Germani Saffran (Galli Safran) vocant simpliciter, aut cum adiectione, zamer saffran. Sic verò vocatur à Croco iuvene, qui propter amorem Smilacis virginis, in florem sui nominis versus est: quod Ouidius testatur, qui sic scriptum reliquit:

Et Crocum in paruos versum cū Smilace flores.

FORMA.

Crocus folio est angusto adusque capillamēti penè exilitatem: flore purpureo Colchici floribus non  
H. admodum

## PLANTARVM HISTORIAE

admodum dissimili, in quo flammae Croci stamīna: radice bulbosa, copiosiq; ac viuaci.

### LOCVS.

Nascitur in Coryco monte Ciliciae optimus. Proxima nobilitas ei qui in Olympo Lyciae monte provenit. Dein ei qui ex Aegis Aetoliae vrbe affertur. Nunc in plerisque Germaniae locis plantari coepit haud infeliciter, quod viribus e locis iam commemoratis allatis haud cedit.

### TEMPVS.

Florem ante folium edit: per autumnum namque Vergiliarum occasu floret, neque ultra mensis spacium flores durant. Postquam autem hi decidunt, statim folia angusta & oblonga procedunt, virentq; tota hyeme.

### TEMPERAMENTVM.

Crocus paulum quid adstringens obrinet, quod terrenum frigidumque est: sed superat in eo calefaciens & qualitas & facultas, ut tota essentia secundi sit ordinis excalefacientium, & primi exiccantium.

### VIRES. EX DIOSCORIDE.

Crocus emollit, cōcoquit, leniter adstringit, vris nam cit, & coloris bonitatem efficit. Arcet crapulā cū passo potus. Fluxiones oculorum cū lacte miliebrī inunctus sistit. Potionibus quae pro interancis parantur, vtiliter miscetur: item iis quae vuluae seculiq; subiiciuntur & illinuntur. Venrem stimulat.

Inflama

Inflammationes eryspelatosas inunctus lenit. Aurium remedijs vtillissimus est. Letalem sanè dicunt hunc si trium drachmarum pondere cum aqua bibatur. Radix eius cum passo pota vrinam cit.

## EX GALENO.

Crocus concoquendi vim quandam habet, adiuuante scilicet in hoc & pauca adstrictione. Quippe quibus medicamentis, quum non admodum excoalfaciant, paucula adest adstrictio, ea parem facultatem habent essentijs emplasticis nominatis, quas cum inunctas caliditati non vehementi contigerit, concoquentes esse constat.

## EX PLINIO.

Discutit inflammationes omnes quidem, sed oculorum maximè ex ovo illitum. Vuluarum quoque strangulatus. Stomachi exulcerationes, pectoris & renum, iecinorũ, pulmonum, vesicarumq; peculiariter inflammationi earum vehemèter vtilis. Item tussi & pleuriticis. Tollit & pruritus. Vrinam cit. Qui Crocũ prius biberint, crapulã nõ sentiẽt. Ebrietati eo resistũt. Coronæ quæq; ex eo mulcent ebrietatem. Somnũ facit. Caput leniter mouet. Venerem stimulat. Flos eius igni sacro illinitur cũ Creta Cimolia. Ipsum plurimis medicaminibus miscetur.

## EX SIMEONE SETHI.

Stomacho bonus est, ciborumq; concoctionem efficit. Obstructiones tollit. Pituitosa & lethargica vitia inuat. Discutiendi quoque vim obtinet &

PLANTARVM HISTORIAE

visceribus utilis est, ad spiritusq; difficultatem conducit. Si quis illo mediocriter utatur, bonum colorem habebit: sin verò citra modum, pallorem contrahet, & capitis dolorem, cibiq; inappetentiam faciet. Cum opio & lacte & rosaceo pedum doloribus impositus vbi dolèt, summopere prodest, superpositis Betae foliis.

DE CYNOCRAMBE.

CAP. CLXVIII.

πικρὴ καὶ μερμεραία  
βοτάνη

Hæc brassica canina licet mercurialis mas dicatur ob eius similitudinẽ, tamen Dioscoridi diuersæ sunt plantæ.

NOMINA.

Υνοκ? ἑμβή, ἢ κυνία ἢ λινοῦωσις ἄγρια  
Κ ἀπέλω Græcis, Canina Brassica, Cynia, & sylvestris Mercurialis mas Latinis, Vuild Bingelkraut das mennle, Hundszkol Germanis appellatur.

FORMA.

Caulẽ ex se mittit dodrantalẽ, tenerum & subalbidũ. Folia Mercuriali similia, albescentia ex certis interuallis. Semen prope folia paruum, rotũdũ. Ex qua quidẽ delineatione sole meridiano clarius est, herbam cuius piclurã damus esse Cynocrãben. Sic quidem ea caulẽm binũm palmorũ altitudine habet, mollem & subcandidum. Folia Mercuriali similia admodũ, certis interstitiis, subalbida. Semen item iuxta folia exigũ, rotũdum, geminorũ instar restitua

testiculorum cōnexum: & in summa, nihil est quod non in ea descriptioni admissim respondeat.

## LOCVS.

In syluis copiosè prouenit.

## TEMPVS.

Semen veris initio, nempe Aprilis mense, profert, maturescit autem Maio.

## TEMPERAMENTVM.

Quum gustu nihil à satiuua Mercuriali distet Cynocrambe, colligitur hinc idem quod illa, obtinere temperamentum.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Caulis & folia pota, & olerum modo comesta aluum cient. Ius verò decoctorum bilem & aquosa detrahit.

## APPENDIX.

Alia est Cynocrambe ab hac nostra, ea cuius mentionem facit Galenus, Paulus & alij, adde etiam Dioscorides, verum sub nomine Apocyni: quod lectorem, ne diuersas herbas vnā esse putaret, monere volui.

## DE COLVTEA. CAP. CLXIX.

Colutea nobis Baguenaudier, cuius folia & folliculos sene loco non sine viribus substituunt pauperes.

NOMINA. *Lombardus* *Emis*

**K**OLVTEA Græcis, Colytea & Colutea Latinis (Gallicè Baguenaudier) dicitur: à nullo

PLANTARVM HISTORIAE

tamen, quod sciam veterum, quàm à Theophrasto  
lib. iij. de plant. hist. cap. xvij. celebrata.

GENERA.

**Colutea.** Duo eius sunt genera. Vnũ quod priuatim Colu-  
tea vocatur, officinis incognitũ. Germani Vuelch  
Linsen appellat. Alterum officinis cognitũ & fre-  
quenti vsu à medicis vsurpatũ, Mauritano sermone  
**Sena** Sena nominatur. Germani ad eam alludẽtes appel-  
lationem, Senet nuncupant. Differunt autem inter  
se magnitudine: siquidẽ primũ genus maius est al-  
tero, vtpote quod quadriennio, Theophrasto loco  
paulò antè citato teste, se in arborẽ efferat. Siliquæ  
etiam illius magis turgido spiritu distenduntur, Sena  
verò siliquas profert lunatas, nec ita prætumis-  
das. Semen denique Coluteæ rotundum, lentis ob-  
tinens similitudinem, Senæ autem oblongum, cor-  
disq; humani instar acuminatum.

FORMA.

**Coluteæ** Frutex est ramis exilibus, folio fœnigræci, flore  
**descriptio** genistæ aut pisi luteo, membranco folliculo, pellus-  
cente, prætumido, & veluti quodam spiritu disten-  
dente turgido, ita vt digitis si prematur, crepitans  
dissiliat, in quo semen atrum, durum, latum, lentis  
magnitudine, pisi gustu, in ordinemque digestum  
clauditur.

LOCVS.

Satum vtrunque in hortis prouenit.

TEMPVS.

Floret



Floret Colutea Maio & Iunio mensibus, ac sub-  
inde in siliquis oblongis semen profert.

## TEMPERAMENTVM.

Arabes calidam in principio secundi, & siccam  
in primo ordine statuunt.

## VIREs. EX ACTVARIO.

Sene siliquosus quidam fructus à barbaris appel-  
latur, qui citra noxam drachmæ pōdusculo potus.  
pituitā & bilem deicit: post hos reliquos humores  
modestissimè purgat, retorridam atramq; bilem, et  
iisq; suffusiones ex gallinaceo iure depellit. Vetu-  
sto capitis dolori, scabiei, comitialibus, impetigini  
succurrit. Sed ferue facti ius potius quàm triti farina  
propinatur. Interaneorum obstructiones tollit.

## APPENDIX.

Quum non forma tantum, imò etiam sapore duo  
hæc Coluteæ genera sibi similia sint, facile etiã hîc  
colligitur facultate inter se minimè differre. Quare  
vtrunq; citra molestiã atram bilem retorridamq;  
educit, caputq; ac cerebrum, & instrumenta sensus  
à noxiis purgat humoribus. Quid multa? aduersos  
omnia vitia ab atra bile nata valet.

## APPENDIX ALTERA.

Dum hosce commentarios conscriberemus non es-  
rat ad manum Græcus Theophrastus: quare cū La-  
tino tantum vtendum esset exēplari Theophrasti,  
non satis conicere potuimus, an per γ aut per ου  
vox ipsa scriberetur, cum nō rarò Latini eas voces

PLANTARVM HISTORIAE

in quibus Græcè v est, per v efferant. Quare Latine dici hanc herbam Coluteam & Colyteam putauimus. Sed nactò tandem Græco Theophrasti codice, statim deprehendimus Κολυτέων à Κολυτέω

Colutea differt à Colytea. id ipsum enim Theophrastus manifestè innuit. In Latina verò Theodori versione perperam pro Colytea scribitur Colycea: id quod nobis etiam tenebras offudit.

herbæ

DE CORONOPO. CAP. CLXX.

Coronopum, id est, pedem cornicis pingit quam nos merito cornu cerui vocamus, quòd adulta eius folia cornu ceruini effigie ramosa sint. Coronopus nobis alius est in syluis frequens folio infernè violam nigram aut geranium referente, superno exiguò in pedis cornicis formam planè diuiso, cui flos supereminet luteus paruus.

NOMINA.

Pes Cornicis.	Κορνόπου, ἢ Ἐσπίον Græcis, Pes Cornicis & Sanguinaria Latinis dicitur. Officinis incognita herba. Germanis cōmodè
Coronopus vnde dicta.	Kraen oder Rappenfusz (Gallicè Capriole, ou sanguinaier, ou dent au Chien) appellari potest. Coronopus enim non alia ratione dici cœpit,
Sanguinaria.	quàm quòd Cornicis pedem effigie representet. Sanguinaria autem Sanguinalisve vocata est, quòd
Herba stellæ.	sanguini sistendo apta sit herba. Sunt qui herbam
	Stellæ

Stellæ nominant, alludētes haud dubiè ad Græcam appellationem astrion. Nonnulli quòd folium eius multipartitò cōsectum in ceruini cornu imaginem effigietur, Ceruinum cornu vocarunt.

## FORMA.

Herbula est oblonga, per terram strata, foliis fissis, radice gracili & adstringēte. Ex qua quidē descriptione, etsi concisa admodum, satis liquet, herbā hanc cuius picturam damus esse Coronopum. Herbula enim est foliis oblongis & scissis, ac in multas partes laciniatis, atque adeò cornicis pedem effigie referentibus, humi quoque semper sparsa proserpit: radice denique tenui admodū & adstringente prædita. Quibus omnibus id quoque accedit, quòd Dioscorides Psyllium folia Coronopo similia habere scribit: quod si verum esse ex utriusque herbæ collatione experiri volueris, senties Coronopi huius nostri folia planè Psyllii foliis similima esse, potissimum ubi primum è terra erumpunt: imò quòd ad folia, flores & semina attinet, omnia in utrisque sibi similia deprehendes, in eòq; solo distare cōperies, quòd Psyllium folia non fissa habeat, & in altum surgat, singulāque iam dicta maiora producat: contra Coronopus humi repat, minoraq; omnia profert. Vtraque igitur herba luteos obtinet flores, & semina in capitulis pulicibus similia. Capitula verò in Coronopo sunt multo quàm in Psyllio tenuiora ac longiora, id quod pictura graphicè monstrabit.

PLANTARVM HISTORIAE

bit. Ex iis quoque manifestū sit errare illos toto cœlo, qui gramen aculeatum & Coronopum vnā & eādem herbam esse contendunt, cū tamen forma non parum distare videantur. Atque hinc est quòd omnes veteres tã Graci quàm Latini vtrāq; herbam seorsim, & in diuersis locis descripserint. Plinius siquidem lib. 24. cap. 19. aculeatum gramen in cacumine aculeos plurimum quinos habere, atque adeò Dactylon vocatum esse hoc nomine, quòd scilicet digitorum speciem referat, scribit. Coronopus verò neq; quinos, neque in cacumine aculeos obtinet, sed tantū folia fissa, vel si aculeos placet appellare has fissuras, non in cacumine, sed in ambitu passim foliorum eas reperies: vt certum sit Coronopum non esse aculeatum gramen.

LOCVS.

Dioscorides in incultis, semitis, & iuxta domicilia nasci tradit. In Germania tamen, quòd sciam, nusquam nisi sata prouenit.

TEMPVS.

Floret Iunio mēse, ac subinde in oblongis capitulis semen profert.

TEMPERAMENTVM.

Ex adstrictione ipsa satis constat radicem ipsam siccandi vi præditam esse.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Herba cocta estur olerū modo. Radicē habet in cibo adstringentem, quæ caliacis conducit.

EX GA

## EX GALENO.

Coronopodis radix comesta coeliacis prodesse creditur.

## EX PLINIO.

Seritur interim Coronopus, quoniam radix coeliacis præclare facit in cinere tosta.

## DE CYCLAMINO. CAP. CLXXI.

Cyclaminus frequens in luco Aurelianē. si. in hortis etiam nostris prouenit. *ver sic b brot*  
*Ex cyclam of appit*

## NOMINA.

**K**υκλάμινος, ἢ ἰχθυόθυρον Græcis, Rapū et tuber umbilicūsq; terræ Latinis, Cyclamen officinis mutata voce, Panis porcini & terræ, atque Arthanita à nostræ ætatis herbariis, Germanis Erduuttz oder Apffel, Schuuein oder Seuubrot (Gallicè Pain de Porceau) dicitur. Cyclamina Cyclamino Græci nomen fecerunt, circumactā in nus vnde orbē eius circinationē cōtemplati, ἀπὸ τῆς κύκλου, dictā. quasi ab orbe Cyclaminon, hoc est, orbicularē dixerunt. Ichthyos runt. Fuitq; hæc prior & antiquior plantæ huius theron. appellatio. Ichthyotheron verò iudem, quòd pisces Rapū terra necantur, nominauerūt. Romani Rapum terræ, ræ, quoniam eius radix in terra velut Rapum extube Tuber terrat. Qua sanè ratione terræ tuber, quòd in molem, ræ, quādam intumescat: aut umbilicum terræ, quoniam Umbilis ut umbilicus circinata forma emergit, sic & Cyclaminus sub terra conspicitur, etiam appellarunt. Panis por Panem Porcini haud dubiè primū vocarūt subulci, cinis.

qui

## PLANTARVM HISTORIAE

qui pecori suo radicem huius gratam pabulis cognouerunt. Ceteri antiquum Cyclamini nomen igno-  
rantes, quòd sepius radicem in orbem circumactam  
intuerentur, quæ non in globum intumescens, sed  
veluti pressa sese in latitudinẽ explicaret, qua for-  
ma quotidiano vsu panes visuntur, terræ panẽ cœ-  
perunt appellare.

Panis ter-  
ra.

### FORMA.

Folia Hederae habet, purpurea, varia, supra in-  
fraq; albicantibus maculis. Caulẽ longitudine qua-  
tuor digitorum, nudum, foliisq; carentem, in quo flo-  
res rosarum effigie purpurei. Radicem nigram, ra-  
po similem, in latitudinem se pandentem.

### LOCVS.

Nascitur in vmbrosis & vepribus, maximè sub  
arboribus.

### TEMPVS.

Cyclaminus ad finem Augusti folia sua quæ per  
integrũ retinuit annum, amittit, & subinde noua  
emittit, atq; statim inter ea flores ostendit, qui in-  
tegro durant autumnno.

### TEMPERAMENTVM.

Clarum est ex particularib. operationibus, quas  
statim subiiciemus, Cyclaminum esse calidam &  
siccam in tertio ordine.

### VIRES. EX DIOSCORIDE.

Radix Cyclamini cum hydromelite pota pitui-  
tam, aquamq; per inferna trahit. Menses pota &  
apposita



apposita cit. Tradunt si prægnaus mu'ier radicem  
 transgrediatur, abortum fieri. Partum appensa ac  
 celerat. Bibitur & in vino cōtra letalia, praesertim  
 leporem marinū. Allita contra serpentium ictus re-  
 medio est. Immistā vino ebrietatem facit. Regium  
 morbum sistit tribus drachmis pota cum passo, aut  
 diluta mulsā. Sed oportet eū qui bibit cubiculo ca-  
 lido reclinare, multis vestibis cōtectum, quò sudet.  
 Eiectus verò sudor felleus colore inuenitur. Succus  
 eius ad purgandum caput, naribus instillatur. Sed  
 etiam ad deiciēda excrementa in lana subiicitur.  
 Umbilico, imo ventri & coxæ illitus succus alnum  
 mollit, verū abortum efficit. Suffusis & hebetis-  
 bus oculis inunctus cum melle succus prodest. Me-  
 dicamentis abortum inferentibus admiscetur. Sedē  
 procidentem cum aceto inunctus succus compestic.  
 Exprimitur tusa radice succus, & ad mellis crassit-  
 tudinem decoquitur. Radix cutem extergit. Exan-  
 themata reprimat. Vulneribus per se ex aceto aut  
 melle medetur. Allita lienem minuit. Vitia cutis in  
 facie à sole & alopecias emendat. Decocto eius lue-  
 xata, podagra, & capitis vlcuscula, pernionēque  
 utiliter fouentur. Ipsaq; in vetere oleo seruata,  
 ad cicatricem perducit quae oleo illo inuncta fue-  
 rint. Cauata radix oleo expletur, & cineri seruen-  
 ti imponitur, adiecto interdum thyrrenica cera  
 modico, vt strigmenti crassitudinem contrahat vni-  
 guētum, cum primis vtile pernionibus. Radix. Scilicet  
 la

PLANTARVM HISTORIAE

Le modo concisa reponitur. Narrant ad amatoriam assumi contusam, & in pastillos conformatam.

EX GALENO.

Cyclaminus varias vires obtinet, nã et extergit, & in idit, & cr. i venarũ aperit, et attrahit, & discutit. Clarũ verò id est ex particularib. operibus. Nã succus eius hæmorrhoidas reserat, violenterq; ad secessum prouocat in floccis appositus. Sic etiam medicamentis tubercula, strumas, aliasq; durities discutietibus commiscetur, ac suffusis cũ melle illitus cõpetit: ad hæc quoque per nares expurgat. Addeò est vehemens eius facultas, vt abdomine illito ventrẽ subducat, & foetum interimat. Nã & alios qui validũ interimendo conceptui medicamen est, in pessa addita. Tota verò radix succo imbecilior est, quãquam & ipsa vehemens sit. Nã & menses siue epota, siue apposita euocat, & regio morbo prodest. nõ modo ipsum viscus expurgans, sed etiã quæ in toto corpore bilis fuerit, eam per sudorem excernens. Proinde à potione omnibus modis sudoris adiuvanda prouocatio est. Modus eius bibendi est drachmarum trium, siue cum melicrato, siue cum passo. Cutem extergit cùm in aliis, tum quòd alopecias, ephelidas, omniãq; exanthemata curet. Lienẽ quoque in laratum iuuat illita, tum recēs, tum arida. Sũt qui radicem siccam asthmaticis exhibeãt.

EX PLINIO.

Cyclamini radix cõtra serpentes omnes bibitur.

In omnibus ferenda domibus, si verum est, ubi sata sit, nihil nocere mala medicamenta: amuletum vocant: narrantq; ea ebrietatem representari, addita in vinum radice. Et siccata Scillæ modo cōcisa reponitur, decoquiturq; eadem ad crassitudinem mellis. Suum tamen venenum inest ei, traduntque si pragnans radicem eam transgrediatur, abortiū fieri. Radix denique tribus drachmis bibitur in loco calido, & perfrictionibus tuto: sudores enim felleos mouet.

## DE CYPERO. CAP. CLXXII.

Cyperus nobis Souchet, fortè à radice quam Galli souche vocant, cuius vis & usus est præcipuus.

NOMINA. *ῥίζη γαλγαν*

**K**ύπερος ἢ ῥίζη γαλγαν Græcis, Cyperus & Cyperus Latinis dicitur. Quū enim Græci quādoq; diphthongo, vt Theophrastus, quandoque vocali breui, quemadmodum Dioscorides, Galenus et alij quidam, penultimam scribant, sit vt alqui, et alij verò i retineant. Poetæ qui e ex diphthongo retinuerūt, meritò penultimam in Cypero producūt. Officinæ Latinum nomen retinuerunt. Germanis Vuilder Galgan (Gallicè Souchet) vocatur.

## FORMA.

Cyperus porri folia habet, longiora tamen, gracilior: & solidiora. Caulē cubitalem, & nonnunquā altiorē, angulosum, schæno similem, in cuius ca-

cumino

PLANTARVM HISTORIAE

eumine minorum foliorum ac seminis productio est. Radices illi subsunt, quarum usus est, oblonga, oliuarum modo sibi inuicem commissa, aut rotunda, nigra, suauiter olentes, & amara: vel, vt Theophrastus delineauit, inaequales, partim crassa, carnosaq; partim graciles atq; surculosa. Ex qua descriptione omnib. esse perspicuum arbitramur, stirpem cuius nunc picturam damus esse Cyperum. Sic quidem folia fert porracea, longiora, exilioraq; caulem altitudine cubiti, aut altiore, angulosum, in cuius cacumine minuta folia prodeunt, inter quae semen residet. Radices huic sunt oblonga, oliuarum modo inter se connexa ac inuicem implexa, aut rotunda, nigra, iucunde spirantes, gustu amara. Praeterea magna inaequalitate notantur, quod pars quaedam crassa carnosaque, quaedam gracilis atque lignosa sit. Nemo enim non videt radicis tenuitatem surculosam protinus in oliuaria tubercula verticillari. Nascitur quoque à latere huius radícula, quod Theophrastus etiam notauit, vnde cauliculus erumpit alius, vt pictura affabre monstrat.

LOCVS.

Nascitur in locis cultis & palustribus. In Germania certè non nisi cultus in hortis prouenit.

TEMPVS.

Minuta folia in cacumine cum semine Iunio & Iulio mense producit.

TEMPERAMENTVM.

Cyperus.

Cyperi radices maximè vsui sunt, excoalsfacientes pariter & exiccantes citra mordacitatem.

## VIREs. EX DIOSCORIDE.

Radici Cyperi calefaciendi vis inest, vrinamq; mouendi. Calculosis & aqua inter cutem correptis pota succurrit. Aduersus scorpionum ictus remedio est. Refrigerationibus vuluæ & præclusionibus foris auxiliatur. Pellit menses. Arida trita oris vlceribus, etiam si depascant, prodest. Malagmatis calfacientibus miscetur, & vnguentorum sstiffamentis accommodatur.

## EX GAIENO.

Cyperi radices maximè vsui sunt, excoalsfacientes pariter & exiccantes citra mordacitatem. Itaque vlceribus quæ præ nimia humiditate cicatricem difficulter admittunt, mirificè prosunt: habet enim quiddam etiam adstringens, quapropter vlceribus item oris conueniunt. Quin & incidendi vim quæpiam illis inesse testificandum, quæ & calculo reuacatis congruunt, & vrinam mensesq; mouent.

## EX PLINIO.

Cypero vis in medicina psilothri. Illinitur pterygiis, vlceribusque genitalium, & quæ in humore sunt omnibus, sicut oris vlceribus. Radix aduersus serpentium ictus & scorpionum præsertim remedio est. Vuluas aperit pota. Largiori tanta vis, expellit eas. Vrinam ciet & calculos: ob id utilissima hydropticis. Illinitur & vlceribus quæ serpunt, sed

PLANTARVM HISTORIAE

his præcipuè quæ i stomacho sunt, ex vino vel aceto  
illita. Iunci radix in tribus heminis aquæ decocta  
ad tertias tussi medetur. Semen tostum & in aqua  
potu, sistit aluum & feminarum mense, capitisq;  
dolores facit.

DE LATHYRI. CAP. CLXXIII.

Lathyrus nobis à purgandi violentia E-  
spurge dicitur.

NOMINA.

*Cataputia minor  
quare dicitur  
etc.*

**L**ævupis Græcis, Lathyrus Latinis, officinis Ca-  
taputia minor, quod in pilulis quibusdā, seu  
potius catapotiiis, semē ferat: aut, quod verisimilius  
est, quia granis eius ad uluum subducēdam pro ca-  
tapotiiis utantur. Germani Springkraut, Spring-  
korn oder Treibkorn (Gallicè Espurge)  
appellant, quod semen scilicet nisi in tempore aufe-  
ratur, sua sponte ex loculamentis saliendo excidat.

FORMA.

Caulē profert cubitalem, vacuum, digiti cras-  
situdine: in eius cacumine sunt alæ. Folia in cau-  
le oblonga, amygdalinis similia, latiora tamen  
& leuora. Quæ vero in summis sunt ramulis,  
minora, Aristolochiæ aut oblongæ Hederae figu-  
ra. Fructum fert in summis ramis tribus locu-  
lamenti distinctum, rotundum ceu Capparin,  
in quo ternâ sunt semina putaminibus inuicem di-  
sereta, rotunda, maiora, eruis quæ quum cortici-  
bus exiuntur, candida sunt, & gustu dulcia. Ra-  
dix



dix illi tenuis & inutilis. Totus autē frutex lacteo-  
 liquore, Tithymali modo, plenus est. Hęc certē de Catapuz-  
 scriptionē, si singula cōparare velis, ita Catapuztia minor  
 minori quadrare inuenies, vt nulla prorsus sit nota  
 quam nō pictura referat. Nā hęc caulem cubitali  
 emittit longitudine, & digitali crassitudine. Gignit  
 tur in fastigio alae, & folia in caule oblonga, amygd-  
 dala proxima, latiora & leniora. Quę autem in  
 summis emicant ramulis, minora iis quę caulem am-  
 biunt conspiciuntur, Aristolochiæ aut longioris He-  
 derae figura. In cacuminibus fructum gerit triplici  
 cellula conceptaculōve distinctū, cœu Capparin ro-  
 tūdum, in cuius ventriculis grana tria intercursan-  
 tibus membranis diuisa continentur, eruis maiora,  
 rotunda, quę corticibus exuta alba spectantur, gu-  
 statu dulcia.

## LOCVS.

Nascitur locis cultis & sabulosis.

## TEMPVS.

Carpitur autumnō dum fructu prægnans est, se-  
 menq; eximitur dum tunica quibus includitur,  
 inaruerunt.

## TEMPERAMENTVM.

Calidam in tertio, & in primo ordine humidam  
 statuunt.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Purgant aluum grana eius sex vel septem sum-  
 pta in catapotio, aut comesta, aut cum caryicis aut  
 palmulis deuorata, frigida superpota aqua. Ducūt

PLANTARVM HISTORIAE

autem pituitam & bilem, & aquas. Succus Tithymali modo exceptus, eundem effectum præstat. Folia cum gallinaceo aut oleribus decoquuntur ad eundem effectus.

EX GALENO.

Sunt qui Lathyrin dicant Tithymali esse speciem, tum quòd similiter illis succum habeat, tum quòd eodem modo purget, vniuersaq; illis facultate similis sit, nisi quòd semè gustantibus videatur dulce: quod sanè etiã maximè purgatoriã vim obtinet.

EX PLINIO.

Grana vicena in aqua pura aut mulsa pota, hydropicos sanant. Trahunt & bilem. Qui vehementius purgari volunt, cum folliculis ipsis sumunt ea, nam stomachum ledunt: itaque inuentum est, vt c pisce, aut iure gallinacci sumerentur.

DE LEUCOIO DIOSCORIDIS.

CAP. CLXXIII.

Leucoia nobis à caryophylli in floris figura, & acrimonia Gyroflée dicuntur, & vnũ genus luteũ officinis cum Mauris Keiri.

NOMINA.

Viola alba.

Cheiri.

**Λ**ευκόιον Græcis, Viola alba, vel Viola simpli-  
citer Latinis, officinis Mauritana voce Cheiri vel Keirim appellatur, Germanis Veiel (Gallice Gyroflée,) Non autem temere adiectum est Dioscoridis: hac enim voce à leucoio Theophrasti, de quo suo loco dicemus, segregare volumus.

vñ gecl' puz  
puz cy hork  
vobur' offi  
vobey

## G E N E R A.

Et si Leucoij nomine Viola significetur cãdida, tamen & pro lutea, & cœrulea, & purpurea solet vsurpari. Quatuor itaq; Violæ huius sunt genera, quæ sola florum diversitate inter se differunt. Alia Viola pur enim candida, alia lutea, alia purpurea. Non est ta purea dumen quòd per purpuræ hîc intelligas eã quæ Græ plex. cis I'op, & Latinis propriè Viola dicitur: nam eius <sup>p. n. p. ma. b. a. l. a.</sup> alia ab ea de qua hîc agimus familia est, huicque <sup>h. a. u. t. y. h. i. o. l. e.</sup> tum qualitate tũ facultate, adde etiã forma, cõtraria. Ea enim quæ I'op Græcis vocatur, humilis est, ob id à nõnullis Sessilis dicta, & latiore folio. Contrã nostra illa, vt mox dicemus, cubitali est altitudine, & minimè sessilis. Idem de candida dictũ pu= Viola can-tes, nã ea quoque duplex est: vna de qua hîc fit ser dida du=plex. mo, alia sessilis, de qua in presentia nihil dicemus. Nos tria dũtaxat genera picta damus: cœruleas enim videre nõ licuit. Quare supposititiũ hoc verbũ in Dioscoride puto, maximè cum Plin. lib. xxi. vbi de sativis Violis loquitur, purpurea scilicet lutea & alba, nullam de cœrulea mentionem fecerit.

## F O R M A.

Cubitali altitudine profiliunt, ramosæ, caule Brassicæ exiliore, folio longo, molli, canescente, flore quadrifolio, Viola sylvestris odorem referente, non vnus coloris, nam alij candidi, alij lutei, alij purpurei. Semen foliaceum tenuibus quidem, sed quincunci alibus siliquis continetur.

# PLANTARVM HISTORIAE

## LOCVS.

Vbique ferè in hortis & cultis reperiuntur. Nò enim nascuntur magna ex parte nisi suta fuerint.

## TEMPVS.

Primo vere & Maio potissimum mense, inter flores emicat Leucoion. Hoc itaque tempore flores capiendi. Semen inter æstatis initia profert.

## TEMPERAMENTVM.

Leucoion abstergentem facultatem possidet, & tenuium est partium, Galeno auctore, proinde vt calidum sit necesse est.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Lutea in medicina præcipui vsus est. Huius flores aridi effervescit in desensionibus, contra vuluæ inflammationes valent, & menstrua educunt. Cerato excepti rimas sedis sanant: cum melle oris vlcera. Semen eius duùm drachmarum pondere ex vino potum, aut cum melle appositum, menses, secundas & fetus educit. Radices cum aceto illite, reprimunt lienem, & podagricos iuuant.

## EX GALENO.

Leucoii frutex vniuersus extergentem facultatem obtinet, ac tenuium partium est, plus tamen flores, & inter hos qui sunt sicciore magis etiã quàm virides, adeò vt & oculorum crassas cicatrices extenuent. Tum menses quoque decoctum eorum mouet, & secundas, fetusq; emortuum elicit, & si bibatur, abortum facit. Est ergo id medicamentum

vt si quod aliud amarū. Quòd si quis viriū eius ve  
hemetiā multa aqua admixta mitiget, aut certè id  
genus aliquo, habebit & ad phlegmonas bonū me  
dicamentum. Sic decoctum eius si non merū fuerit,  
vteri phlegmonas identidem per fufum sanat, potif-  
simum quæ diutino tempore ad scirri modū indu-  
ruere. Sic cum cerato vlcera agrè ad cicatricē pere-  
uenientia curat. Sunt verò etiā qui cum melle ad  
oris vlcera adhibeant. Semen quum eiusdem sit fa-  
cultatis, apriſsimū est duarum drachmarum mensu-  
ra potum, tum mensibus ciēdis cū melle appositum  
conuenire creditur, fatumq; viuētē interficere ac  
mortuum eicere. Radices similis quoque facultatis,  
nisi quatenus crassioris sunt essentia, & magis  
terrenæ, cum aceto lienes induratos sanant. Nonnulli  
verò & phlegmonas induratas iis curant.

## EX PLINIO.

Extenuant, mensēt uā & urinam ciunt. Minor vis  
est recentibus, ideoq; aridis post annum utendū. Lu-  
tea dimidio cyatho in aqua tribus, menses trahit.  
Radices eius cum aceto illitæ sedant lientem. Item  
podagram, oculorum inflammationes, cum myrrha  
& croco. Folia cum melle purgant capitis vlcera,  
cum cera rimas sedis, & quæ in humidis sunt. Ex  
aceto verò collectiones sanant.

## DE LAPATHO. CAP. clxxv.

Oxylapaton à lapato, vulgus Lapatiēce &  
Parelle. Secundū genus Lapatum, rotun-

vā alkaly  
patri est  
pocēdēti.  
vāle dicitur  
vāle sine  
patri

dum vulgò dictum videtur, aut ei affine rha  
barbarum cartusianorum. Tertium genus est  
oxalis, Turonice nobis dicta. Quartum oxa  
lis vulgaris, nomen Parisiis oxale retinens.

NOMINA.

Lapathū  
vule di  
ctum.  
λατὸς  
λει.

**Λ**άτῳδοϋ Græci, Rumicem Latini, barbari  
Lapatium vocant. Lapatium autem ab esse  
ctus nomen accepit, quòd scilicet exinaniat: etenim  
λατὸς & λει vacuare vel exinanire Græcis est: om  
nium siquidem generum foliis decoctis alius mola  
litur.

GENERA.

Primum.

Huius quatuor genera facit Dioscorides. Primiū  
oxylapathon Græcis & Latinis dicitur. Officinæ  
Lapatium acutū, Germ. Mengeluurtz Grind  
nurtz, Streyffuurtz, Zitteruurtz, Vuildamp  
ffer (Gallicè De la parelle, ou de Lapaciēce)  
nominant. Oxylapathum, quamuis anceps in acidū  
saporem vel acutam figuram videatur significatio,  
tamen nomē hoc à foliis quæ in mucronem desinūt

Secundū.

accepiſſe videtur. Secundum genus hortense prior  
ri diſſimile, non quidem in vniuerſum, ſed duntaxat  
in foliis, quæ Serapione teſte, multò ſunt latiora.  
Hoc genus haud dubiè eſt Rhabarbarum mona  
chorum, quod paſſim hodie in hortis plantatur: Ox  
ylapatho enim per omnia ſerè ſimile eſt, folia ta  
men latiora obtinet, & ob cultum paulò tenerius  
eſt. Cùm autem primū erumpunt folia, purpurea  
ſerè ſunt, dein quotidie viridiora ſiunt, vt pictura

Lapathiū  
acutum.  
vāle dicitur  
vāle sine  
patri

monachi  
habebat

ipsa



ipsa monstrat. Tertium sylvestre, paruum, plantagi  
 ni simile, molle & humile est, quod vulgato nomi  
 ne bonus Hērichus, Germanicè guter Heinrich  
 dicitur, id quod ex forma primū colligitur: folia  
 enim eius oxalidi, nisi quòd ampliora sunt, atque  
 ideo ad plantaginis nom̄hil accedunt folia, simi  
 lia sunt. Flores autem eius & semen sic Oxylapa  
 thum referunt, vt vix ab inuicem discerni queant.  
 Dein vires etiam conueniunt: vulneraria enim her  
 ba est Bonus Henrichus, ac mirificè ad sordida pur  
 ganda, ac glutinanda vlcera confert, sic vt appensa  
 etiam, ac trita vulneribus imposita, vermes qui in  
 iis nati sunt excidere faciat. Quartum genus Græ  
 ci ὄξαλιδα, Latini Oxalidem, officinæ Acetosam,  
 Germani Saur Ampffer nominant. Oxalis autem  
 ideo dicta est, quòd in gustu acorem planè respiciat,  
 vnde etiam vulgus Acetosam vocauit. Hanc pro  
 priè Romani appellarunt Rumicem, forsitan quòd  
 ab ea succus non aliter atque mamma, quam Ru  
 men veteres dixerunt, sitientibus exungi soleat. Ga  
 lenus tria tantum genera Lapathi facit, Oxalidè,  
 Oxylapathon & Hippolapathon, quòd sic Græci  
 quasi grande Lapathum dicunt, magnis amplisque  
 rebus hippo præponere soliti, ab equo excellētis am  
 plitudinis animali magnitudinem mutuantes.

Tertium  
 Socii Gemyth  
 vbiq; videri  
 videtur

Quartum  
 Acetosa.

Succum

Rumex  
 vnde dicitur  
 Ela.

Hippo.

FORMA.

Oxylapathum foliis duris & in cacumine acu  
 tis, semine herbaceo acuminato ex minutissimis thi  
 peidis

PLANTARVM HISTORIAE

pediculis dependente, radice longa & lutea vel potius crocea. Secundū genus Oxylapatho perquam simile est, foliis tamen latioribus ac tenerioribus constat, caule bicubitali interdum, striato, floribus exiguis, luteis, semine vt Oxylapathō triangulari, radice longa & lutea seu crocea. Tertium genus, quod vulgus hodie Bonum Henrichum vocat, folium Oxalidis, latius tamen, aut Aro, vel vt Dioscorides inquit, plantaginive simile obtinet. Aliqua enim Ari, aliqua autem plantaginis folia referunt. Caulem prioribus duobus humiliorem, in quo flores & semina racematim multa dependent. Radicem verò longam & subflavam. Oxalis autem folia sylvestri & paruo humili ve Rumici similia habet. Caulis eius non adeo grandis est, sesquicubitum altus. Semen acuminatum, rubrum, quod foliaceo vestitur involuero, sapore acris, quod in caule & ad nascentibus coliculis nascitur.

LOCVS.

Oxylapathon in palustrib. & circa fossas potissimum nascitur. Secundum genus hodie in multorum hortis costitum prouenit. Tertium passim in aruis, sepibus & circa itinera crescit. Oxalis in omnibus prati copiosissimè prouenit.

TEMPVS.

Aestate antequam prata demetantur omnium copia haberi potest.

TEMPERAMENTVM.

Recens

Recentiores Acetosam statuunt esse frigidam & siccam in secundo. Atqui quale huius & reliquarum Rumicum sit temperamentum, ex facultatibus earundem, quas mox dicemus, facile deprehendent studiosi. Secundi generis Rumex in foliis manifestissimam aciditatem ostendit, ut hinc etiam conicere liceat esse Rumicem, utcumque monachi & cum iis multi quoque medici, Rhabarbarum esse contendant.

#### VIRES. EX DIOSCORIDE.

Omnium Rumicum oleus decoctum aluum molit. Crudum illitum cum rosaceo aut croco meliceas rides discutit. Semē sylvestris & Oxylapathi et Oxalidis cum aqua aut vino utiliter contra dysenterias, coeliacos affectus, stomachi fastidia, scorpiomūq; ictus bibitur. Si quis etiā in potu presumat, nihil ictus patietur. Radices ipsarū ex aceto et cruda illita, lepras, impetigines, scabrososq; ungues sanant. Sed antea locus aceto & nitro in sole perfrigidandus est. Pruritus decoctū earum sedat, si eo foueantur. Coctae in vino si cum iure colluantur, aurium dentiumq; dolorem mulcent. Strumas parotidasq; discutunt si cum vino decoctae illinantur. Lienēs autem cum aceto. Aliqui utuntur radicibus contra strumas, vinculo collo eas appendentes. Tritae & appositae feminarum fluxiones sistunt. Decoctae cum vino & hōtae regio morbo correptos emendant. Calculos vesicae comminuant. Menses cient.

Scorpionum

PLANTARVM HISTORIAE

Scorpionum ictibus auxiliantur. Hippolapathon easdē ante dictis Rumicū generibus vires obtinet.

EX GALENO.

Lapathum moderatē digerentem facultatem habet, oxylapathum verò mistam: nam simul cum eo quòd digerit, nonnihil quoque reprimendi facultate participat. Semen eorum manifestam quandam adstrictionem obtinet, adeò ut & dysenterias, & alui profluvia sanet, potissimum autem oxylapathi. Hippolapathon easdem dictis facultates obtinet, sed imbecilliores.

EX PLINIO.

Sylvestria Lapatha scorpionum ictibus medentur, & ferire prohibent habentes. Radix aceto decocta si coletur, succus dentibus auxiliatur: si verò bibatur, morbo regio. Semen stomachi inextricabilia vitia sanat. Hippolapathi radices priuatim vngues scabrosos detrahunt. Dysentericos semen duabus drachmis in vino potum, liberat. Oxylapathi semen lotum in aqua cœlesti, sanguinem reuicentibus, adiecta acacia lētis magnitudine, prodest. Præstantissimos pastillos faciūt ex foliis & radice, addito nitro & iure exiguo. In vsu aceto diluunt. Sed satium in epiphoris oculorum illinunt frontibus. Radice melicerias & lepras curant. In vino verò decocta, strumas & parotidas & calculos. Poto vino & lienes, cœliacos aquè & dysentericos & tenasmos. Ad eadēq; omnia efficacius ins Lapathi,

& ructus facit, & urinam ciet, & oculorum caliginem discutit. Item pruritū corporis, in folia balnearum additum, aut prius ipsam illitum sine oleo. Firmat & commanducata dentes. Eadem decocta cum vino, sistit aluum. Folia solunt adiecto sale.

## APPENDIX.

Alterius generis Rumicis, qui Rhabbarū pro Rhabbarachorum vocatur, radix purgandi etiam vim obbarimona tinet, si in puluerem redacta drachma pondere subchorū facta matur. Neque id mirum admodum, cum etiā Dioscorides ipse omnium Rumicum olus decoctum aluum mollire, atque decoctas eorundem radices cum vino, regio morbo correptos emendare, ob bilis nimium per inferna eductionem, testetur.

## DE LIMONIO. CAP. CLXXVI.

Limonium nobis frequens officinis nomen non habet.

NOMINA. *Limnion*

**Λ**ιμνιον Græcis, Limonion, Beta sylvestris & Tintinabulum terræ Latinis, vulgo Pyrola, Germanis Vuintergun, Holtzmangoldt, Vualdtmangoldt, oder Vualdtkol (Gallis Limonia, Beta sylvestris, ou Bette de pre, ou bette sauage,) apud nostris appellatur. Beta autem sylvestris hæc herba dicta est, de qua quod in syluis & locis muscosis, hortensi Beta primum crumpenti haud dissimilis, proueniat. Tintinabulum terræ a floribus eius tintinabulo similibus. Pyrola, quod eius folia arboris pyri folio similia sint. Pyrola.

## PLANTARVM HISTORIAE

## FORMA.

Folia Betae similia habet, tenuiora tamen & minora, decem, aut plura. Caulem tenuem, rectum, lilio aequalem, semine rubro, gustuq; adstringente plenum. Ex qua siquidem descriptione abunde liquet, herbam quam vulgus Pyrolam vocat esse Limonium. Foliis enim Betae similis est, verum tenuioribus & minoribus (legendum enim in Dioscoride μικρότερον & non μέγαν, Plinio lib. vigesimo, capite octauo, teste) decem, interim pluribus. Caule tenui, recto, lilio simili, pleno seminis rubri, quod gustu adstringit. Quibus accedit quod germanice Vualdtmangolt, id est, Beta syluestris nominatur. Neque vires discrepant: adstringit enim, vunerariaq; herba est Pyrola, haud secus atque Limonium. Flores denique tintinabulo similes sunt, ut citra vllum discrimen Pyrolam Dioscoridis esse Limonium assuerare liceat.

## LOCVS.

In vmbrosis & syluestribus prouenit locis.

## TEMPVS.

Iunio mense floret.

## TEMPERAMENTVM.

Folia & semen gustu vehementer adstringunt, ita in tertio ordine siccitatis illud recte recentiores collocent.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Semen tritum in vino potum acerbuli mensura, dysenteris



dysentericis ac coeliacis auxiliatur. Rubrum fami-  
narum profluvium sistit.

## EX GALENO.

Limonii semen utpote asperum, coeliacis, dysen-  
tericis & sanguine spuentibus cum vino exhibent.  
Iuuat & profluvium muliebri. Satis autem est ac-  
cetabuli mensura.

## EX PLINIO.

Huius folia ambustis utilia, guttantia adstrin-  
gunt. Semē acetabuli mensura dysentericis prodest.  
Aque è radice cocta maculas vestium eluere di-  
cuntur, itēque membranarum.

## EX RECENTIORIBVS.

Pyrole decoctum interna & externa vulnera  
potum sanat. Item fistulis ac aliis malignis vlceris  
bus medetur.

DE LAMIO. CAP. CLXXVII. *Doct of Doone*  
Lamiū vrtica alba à flore vulgo dicitur. *uere*

## NOMINA.

**L** Amium Plinio lib. xxi. cap. xv. & lib. xxij.  
cap. xiiij. vocatur. Vulgo vrtica iners & mor- *Archange-*  
tua. Sunt qui albam Vrticam nominent, & Ar- *lica.*  
changelicam, Officinis inusitatum, Germa. Todt- *Vrtica*  
nessel, oder Taubnessel (Gallicè Ortie mor- *mortua*  
te, ou ortie blanche) dicitur. Iners & mortua *quare dis-*  
cognominata, quod foliis non mordentibus sit, & *ta.*  
mitissima.

## GENERA.

Vrtica.

PLANTARVM HISTORIAE

Vrticæ mortuæ tria inueniuntur genera. Vnum albis, quod propriè Lamium dicitur: alterum luteis, & tertium purpureis floribus constat. Nos, quia solis floribus differunt, nec in eorum foliis aliquod discrimen apparet, vna icone omnia tria compleximus genera. **FORMA.**

Foliis constat Vrticæ pungentis, minoribus, simbricatis, candidioribus, lanugine nequaquam mordaci, caule quadrangulo, flore albo, luteo, aut purpureo, radice ex interuallis cincinnis capillata. Graui odore tota fragrat. Innoxia est & morsu caret. Semen in caulibus per interualla copiosum & nigrum profert. **LOCVS.**

Pasim circa semitas & sepes nascuntur.

**TEMPVS.**

Vere primo, Maio potissimum mense, floribus abundant, & tota ferè estate.

**TEMPERAMENTVM.**

Calidum & siccum est Lamium, veluti etiam alia Vrticæ genera, id quod ex gustu, eiusq; facultatibus deprehenditur.

**VIRES. EX PLINIO.**

Medetur cum mica salis contusis incussisq; inustis et strumis, tumoribus pedagris, vulneribus. Album habet in medio folio, quod ignibus sacris medetur. Quidam è nostris tempore discreuere genera. Autumnalis Vrticæ radice alligata in tertianis, ita vt ægri nuncupentur cum eruitur ea radix, & dicatur

dicatur quæ, & cui, & quorum filio eximatur, liberari morbo tradiderunt. Hoc idem contra quarantanas pollere. Iidem radice vrticæ addito sale, infusa corpori extrahi. Foliis cū axungia strumas discutiti, vel si suppurauerint, erodi compleriq;

## EX RECENTIORIBVS.

Recentiores hac inertī Vrticæ vtuntur sistendo ruentis è naribus sanguinis impetu, imæ ceruici vel scapulis alligando, inde sperant in aduersum trahi cruoris manantis impetum. Vlceribus denique putredinibus & fistulis mirificè conferre, ac mederi tradunt.

## DE LINO. CAP. CLXXVIII.

## NOMINA.

**Λ**ίον Græcis, Linum latinis & officinis, Germanis Lein, oder Flachsz (Ga. Du Lin) appellatur.

## FORMA.

Herba est tenui caule, foliis angustis, oblongis, et in summo acuminatis, floribus cæruleis, speciosis, quibus decidentibus folliculus enascitur in quo semina continentur fulua.

## LOCVS.

Gaudet pingui solo & modicè humido. Agri autem noxiū est, deteriores enim eos facit, id quod iis carminibus in Georgicis significauit Virgilius:

Vrit enim lini campum seges, vrit auenæ,

Vrunt letheo perfusa papauera somno.

Linum  
agri noxiū.

PLANTARVM HISTORIAE

TEMPVS.

Vellitur æstate vbi maturitatem consecutum fuerit, quæ sane duobus argumentis intelligitur, intumescente semine, vel flauescente colore.

TEMPERAMENTVM.

Est in primo ordine calidum, ac humiditatis & siccitatis quodammodo in medio situm.

VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Semen Lini eandem Fœnogræco facultatem obtinet. Omnem intus forisq; inflammationem discutit & emollit, cum melle, oleo, exiguaque aqua decoctum, aut melle cocto exceptum. Vitia cutis in facie crudum, varosque cum nitro & fico illitum. Cû lixiua autem parotidas, duritiesque discutit. Herpetas in vino decoctum, & fauos purgat. Ungues scabros cum pari modo Nasturtii & mellis eximit. Cum melle vice eclegmatis sumptum, ea quæ in thorace sunt educit. Tussim lenit. Venæ rem stimulat si cum melle & pipere mixtum pro placenta largius sumatur. Huius decoctum intestinorum vteriq; erosionibus iniectum medetur, adq; excrementorum educationem prodest. Ad vuluæ inflammationes in desessionibus haud aliter quàm Fœnigræci perquam utile est.

EX GALENO.

Lini semen esum flatuosum est, etiam si frigatur, adeò sanè excrementitia humiditate plenum est. Visceribus tamen quæ circa hypochondria sunt, vt  
 si quid

si quid aliud, gratum existit. Quidam hoc tosto in-  
star opsonii non secus ac factitio sale cū garo vtun-  
tur. In vsu est & melle conspersum. Inserunt non-  
nulli pambus quoque. Stomacho & concoctioni res-  
pugnat. Tenuiter corpus alit. Quod spectat ad de-  
iectionem, nec laudandum, nec vituperandum,  
perexiguam tamen vim mouēda vrina tenet, quæ  
in tosto efficacior est. Idem quoque aluum magis si-  
stet. Rustici sepenumero torrefacto adiecta por-  
tione mellis vtuntur.

## EX PLINIO.

Lini semen cum aliis quidem in vsu est. Et per  
se mulierum cutis vitia emendat in facie. Oculorū  
aciē succo adiuvat. Epiphoras cum thure & aqua,  
aut cum myrrha. Cum vino sedat parotidas. Cum  
melle, aut adipe, aut cera, stomachi solutiones in-  
spersum polēt modo. Anginas in aqua et oleo deco-  
ctum, & cum aniso illitum. Torretur vt aluum si-  
stat. Cæliacis & dysentericis imponitur ex aceto.  
Ad iecinoris dolores estur cū vua passa et ad phthi-  
sim utilissimè. Semine fiunt & ecligmata. Muscu-  
lorum, neruorum, articulorum, cervicū duritias,  
cerebri mēbranas mitigat farina seminis, nitro aut  
sale, aut cinere additū. Eadem cum fico item conco-  
quit ac maturat. Cū radice verò cucumeris sylue-  
stris extrahit quæcūq; corpori inhaerent. Sic et fra-  
cta ossa. Serpere vlcus in vino decocta prohibet. E-  
ruptiones pituitæ cū melle emēdat.

K ū cum.

PLANTARVM HISTORIAE

cum pari modo Nasturtii, & testium vitia, & ra-  
mices cum resina & myrrha, & gangranas ex ea  
qua. Stomachi dolores cum Foenograceo sextariis  
vtrisque decoctis in aqua mulsis. Intestimorū et tho-  
racis perniciofa vitia, clystere in oleo & melle.

Lenox ruyt  
D. M. L. ruyt

DE LICHENE. CAP. clxxix.

NOMINA.

**Hepatica**  
**Lichen**  
**quare di-**  
**eta.**

**Hepatica**  
**quare.**

**Λ**ειχίνυ Gracis, Lichē latinis, officinis & hera-  
bariis Hepatica, Germ. Stein, oder Bruna-  
nenleberbraut dicitur. Lichena autem Graci &  
latini nominauerunt, quòd contra Lichenas omni-  
bus remediis anteponatur: aut à re ipsa nomen de-  
derunt, quoniam saxa quibus haeret lingua modo  
lambat. Hepaticam verò recentiores vocarunt,  
quòd iecinorum fibris similis conspiciatur.

FORMA.

Folio succi pleno, crasso & oblongo constat, roris  
lentis petris adherente, sub quo cauliculi, pediculo-  
rum forma, capitula stellata habentes, exeunt.

LOCVS.

Nascitur in roscidis & grauitè olentibus saxis.

TEMPVS.

Iulio mense ea qua picta est forma decerpitur.

TEMPERAMENTVM.

Abstergentem ac modicè refrigerantem faculta-  
tem, vtraque verò rescicantem habet. Abstergens  
tem quidem atque exiccantem à petra, refrigerans  
tem autem ab aqueo humore.



## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Lichen illitus sanguinis eruptiones sistit, et inflammationes compescit. Impetigines sanat. Inunctus cum melle regio morbo affectis prodest. Oris & lingue defluxiones arcet.

## EX GALENO.

Lichen qui in petris nascitur, est veluti muscus quidam, sed recte ex plantarum genere censi potest. Sic nominatus videtur, quod lichenas seu impetigines curet. Extergentem & mediocriter frigidam facultatem obtinet. Porro quod ex talibus substantiis componitur, aduersum esse inflammationi nihil mirum est. An vero sanguinis eruptiones sistat, ut Dioscorides ait, id neutiquam dicere queo.

## EX PLINIO.

Sanguinem sistit vulneribus instillatus, & collectiones illitus. Morbum quoque regium cum melle sanat ore illito & lingua. Stigmata etiam delet. *Fam. mercurial.*

## DE LINOZOSTE. CAP. CLXXX.

**L**ινόζωσις, ἢ ἔρμου βοτάδιον, ἢ τῶρα *Græ.* Mercurialis  
*cus*, Mercurialis latinis & officinis dicitur. *lis.*  
 Germanis Bingelkraut, Mercuriuskraut, oder  
 Kuurtz, (Gallis Mercurialle) Mercurialis dicta *Mercuria*  
 est, quod à Mercurio inuenta sit. *lis cur di-*  
*eta.*

## GENERA.

Duo eius genera, mas & femina, que facile ex eorundem descriptionibus discerni poterunt. Folia vero maribus nigriora, feminis candidiora.

PLANTARVM HISTORIAE

FORMA.

Mercurialis folia Ocimo similia habet, ad Helixines foliorum figuram accedentia, minora tamen. Ramulos geniculatos, alarum caua multa & densa habentes. Fœmina semen fert racemosum & multum. Mas verò iuxta folia exiguum, rotundum, geminorum testiculorum modo connexum. Totus frutex dodrantalis, & nunquam maior.

LOCVS.

Nascitur in campestribus cultis, vinetisq; aliquibus locis tam copiosa & efficax, vt sapore suo vena etiam inficiat, & bibentibus ingrata reddat.

TEMPVS.

Augusto mense semine prægnans est.

TEMPERAMENTVM.

Calidam & siccam in primo ordine esse asserunt.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Vtraque aluum mouet olerum modo comesta. Cocta in aqua & epota aqua, bilem & aquosa ducit. Creduntur præterea fœminæ folia trita & pota, aut post purgationem pudendis apposita, vt fœminæ concipiantur efficere. Masculæ verò similiter adhibita, mares progenerare.

EX GALENO.

Mercuriali omnes duntaxat ad ventris purgationes vtuntur. Verum enim verò si quis eius facere periculum volet in cataplasmate, sanè digerentis admodum facultatis esse experietur.

## EX PLINIO.

Mirum est quod de utroque eorum genere proditur: ut mares gignantur hunc facere, ut femine illam. Hoc contingere si à conceptu succus protinus bibatur in passo, edanturve folia decocta ex oleo et sale, vel cruda ex aceto. Quidam decoquunt eam in nouo fictili cum heliotropio, & duabus aut tribus spiciis, donec decoquatur. Decoctum dari iubent & herbam ipsam in cibo altero die purgationis mulieribus per triduum, quarto die à balneo coire eas. Hippocrates miris laudibus in mulierum usis predicauit illas. Easque ad hunc modum adhuc medicorum nemo nouit. Ille eas vulua cum melle, vel rosaceo, vel irino, vel lirino admonit. Item ad ciendos menses, secundasque. Hoc idem prestare potu fotique dixit. Instillauit auribus surdis succum, inunxitque cum uino uetere. Alio folia imposuit, epiphoris, strangurie & vesicae. Decoctum eius dedit cum myrrha & thure. Alio quidem soluenda, vel in febre, decoquitur quantum manus capiat, in duobus sextariis aquae ad dimidias, bibitur sale & melle admixto: necnon cum uingula suis, aut gallinaceo decoctum salubrius. Purgationis causa putauere aliqui utranque dandam, siue cum malua decoctum. Thoracem purgant, bilem detrahunt, sed stomachum laedunt.

DE LIBANOTIDE CORONARIA  
CAP. CLXXXI.

K iij Rosma

PLANTARVM HISTORIAE

Rosmarinum coronariam tantum pingit,  
quod passim luxuriet.

NOMINA.

Rosmarinus. **Λ**ιβανωτίς, Græcis, Rosmarinus latinis & officinis, Germanis Rosmarin, (Gallis Rosmarin) appellatur. Libanotis verò dicta est, quòd Libanotis odorem thuris reddat. Libanotida autem non eamtis cur di- que simpliciter sic nominatur à Græcis intellige, eta. sed eam quæ cum adiectione, coronaria Libanotis Libanotis appellatur. **FORMA.**

coronaria. Rosmarinus qua neccentes coronas vtuntur, virgas habet tenues, circa quas sunt folia tenuia, crebra, oblonga & gracilia, intus candidãtia, exteriori autem parte viridia, grauiter odorata. Florem, quod Dioscorides omisit, in candido cœruleum, radicem nigram, multis fibris capillatam.

LOCVS.

Hodie passim in hortis & siccilibus vasis plãtatur. In Narbonensi autem Gallia sua sponte prouenit tam copiose, vt eius incolæ aliud lignum non vrant.

TEMPVS.

Carpitur Maio mense & deinde vsque ad Septembris medium. Florêtque bis annuatim, vere & autumnò.

TEMPERAMENTVM.

Calida & sicca est, id quod ex gustu & viribus coniscere quisque poterit.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Calo

*Calfacit. Regium morbum sanat, si quis eam in aqua decoxerit, & ante exercitia bibendam dederit, dein post exercitia lauerit, & vino potauerit. Miscetur etiam acopis, & musto oleo.*

## EX GALENO.

*Libanotidis, quæ ad coronas est utilis, quæ Romani Rosmarinum nuncupant, decoctum regio morbo laborantes potum adiuvat. Omnes enim Libanotides abstergentis & incidentis facultatis sunt participes.*

## APPENDIX.

*Recentiores Rosmarinum suffitu tussim & de stillationem sedare tradunt. Et quod in primis nobile, tutam præstare in pestilentia domum crematam, nidore improbam aeris diluentem perniciem. Adiiunt & alias facultates, eas nempe: Rosmarinus corroborat cerebrum, sensus interiores, memoriã & cor. Succurrit tremori, resolutioni; partium. Loquelam amissam reparat, & alia multa potest, quæ commemorare superuacaneum est.*

## DE LIGVSTRO. CAP. CLXXXII.

*Ligustrum tronia officinis dicitur. <sup>nondum fuit offi</sup>  
<sup>synonyma</sup>*

## NOMINA.

**L***igustrum Plinio aliisque latinis nominatur. Officinis inusitatum, Germanis Beinholtz, lin, Mundtholtz, Rein oder Schluueidem, (Gallis Du Troesne) dicitur. Quo autem nomine Græcis appellatum sit, nondum certo nobis constat.*

PLANTARVM HISTORIAE

**Ligustrū** stat: neque enim vt fere omnes hodie putant Cy-  
**nō est Cy-** pros est, quæ Plinio lib. xij. teste, semen habet Co-  
**pros.** rian dri, peregrināque existit arbor. At Ligustrum  
 semen non Coriandro simile, quod rotundū ac sub-  
 flauum est, sed potius atrum, & altera parte lati-  
 modicēque concanum in racemis, profert. Nec ar-  
 bor est peregrina, sed sponte in sepibus & senticetis  
**Phillyrea** vbiq̃e prouenit. Mea tamen sententia Phillyrea  
**videtur** potius apud Dioscoridem erit, quod hæc Cyp̃rō cō-  
 esse Ligu- gener ac similis sit, easdēque quas Ligustrum fa-  
**strum.** cultates habeat. Iudicium tamen penes prudentem  
 lectorem esse volumus.

FORMA.

Ligustrum arbor est parua, foliis Oleæ similibus,  
 floribus parvulis, candidis & odoratis, racematim  
 florentibus, fructibus initio virentibus, processu tē-  
 poris nigris, vuarum more congestis.

LOCVS.

Nihil frequentius Ligustro in vepribus occur-  
 rit, nihilq̃ crebrius in dumetis inuenitur, ita vt hoc  
 nomine contemptui habeatur. Quapropter huc res-  
 piciens Virgilius in Bucolico carmine, eius flores  
 negligi à pastorib. ac inutiliter perire canit, dicēs:  
 Alba ligustra cadunt, vacinia nigra leguntur.

TEMPVS.

Maiō mense floret, autumnō autem cum matu-  
 ris baccis nigrescit.

TEMPERAMENTVM.

Et s̃



Etsi forma nonnihil à Cypro distet Ligustrum, temperamento tamen eodem est præditum. Eius enim folia & surculi mixta qualitate constant: discutiens enim quiddam cum aquea substantia, modicè calida, & quiddam etiã adstrictoriũ ex terrena substantia frigida, & sine morfu siccãte, obtinent.

## VIRE. EX PLINIO.

Succus eius nervis, articulis, algoribus, folia vbi que veteri vlceri cum salis mica, & oris exulcerationibus prosunt. Acini contra phthiriasim, itẽ contra intertrigines, foliãve. Sanãt & Gallinaceorum pituitas acini.

## APPENDIX.

Recẽtiores Ligustri succũ vlcera oris, veretrique sanate tradunt. Idem etiam posse folia in vino decocta adiuciant: vt hinc euidentissimũ sic, foliis Ligustri, haud secus atque Cypri aut Phillyrea, adstrictoriam inesse vim, propter quã comanducata & decocta, oris potissimum vlceribus opitulantur.

## DE LVNARIA MINORE.

## CAP. CLXXXIII.

*Ch. macdonald*

Lunaria minor inuentu hic rara, quam nomen herbariis prope omnibus in ore est frequens, tum eius, tum etiam maioris.

## NOMINA.

**D**Iu multumq; de huius herbe nomenclatura fuimus solliciti, at vtrũq; multos it̃terrogauerim.

PLANTARVM HISTORIAE

Lunaria  
minor.

vimus, tamen aliud nomen quàm id ipsum quo nunc appellamus expriscari haud potuimus. Vocetur itaq; Lunaria minor donec certiozem appellationem habere contigerit. Germanicè Klein Monkraut, vt sit ad Latinam nomenclaturam allusio quaedã, nunc cupetur.

FORMA.

Rotundo est caule, cui folia vtrinq; septẽ an- nexa, cordis ferè humani formam habetia: in sum- mitate caulis semen Betæ simile profert.

LOCVS.

Nascitur in montibus. Copiosissimè autem Tu- bingæ in pede môtis Austriaci prouenit. Prope hæc nunquam non Ophris, de qua suo dicemus loco, in- uenitur.

TEMPVS.

In fine Maij & Iunio mense inuenitur, dein sta- tim euanescit.

TEMPERAMENTVM.

Terrestre quid præ se fert gustata, atque parum adstringit, vt hinc mediocriter frigidam & siccam esse verisimile sit.

VIREs.

Vis foliorum eius haud dubiè vulneribus efficax. glutinãdi nanque facultate prædita est. Chymico- rum nugas, quibus eius herbæ vsus frequentissimus est, lubens prætereo. Constat autem experientia, ad suppressendos menses, & album muliebri profus- uum, mirificè conferre hanc herbam.

## DE LEPIDIO. CAP. CLXXXIIII.

Lepidium iam in hortis frequens, tritum olet sinapi, & illius ac piperis est acrimonia.

## NOMINA.

**L**επίδιον Græcis, Lepidium Latinis appellatur. Vulgus herbariorum Piperitum nominat. Piperitis Quam denominationem sequentes Germani nostri Pfefferkraut, (Gallorum vulgus Pafse rage) vocant. Nomen verò hoc à pipere traxit, cuius acrimoniam herba hæc gustata refert. Diuersa est verò, vt obiter parum attentos moneam, ab ea planta quam Plinius Piperitum nuncupat, de qua suo loco dicemus copiosè. Sūt qui Lepidiū alio nomine Raphanum nominent, quod non alia sit ratione, quàm quòd herba hæc quòd ad folia attinet, Raphano syluestri, què Amoraciam alio nomine dicunt, admodum similis sit. Lepidium verò appellatum, quòd λεπίδες, hoc est, squamas & maculas in facie delet & repurget.

Raphanus cur dicatur Lepidium. Lepidium vnde dicitur.

## FORMA.

Fruticosum est, in cubitalē altitudinem surgēs, foliis laurinis, sed mollibus, & maioribus. Sic quidē Lepidion depingit Plinius & Paulus. Vnde sole clarius sit, herbam cuius picturā damus esse Lepidion: cubitalis enim & interdum bicubitalis est, caule solido & rotundo, foliis oblongis & laurinis, maioribus tamen & mollioribus, gustu piper referentibus & acribus, magnopereq; linguam vellicatibus, floribus.

## PLANTARVM HISTORIAE

ribus candidis, exiguis admodum, semine paruo, & radice oblonga. In summa, forma totius herbae Raphano, vt diximus, syluestri similis est.

### LOCVS.

In hortis potissimum prouenit, in quibus viuacitatem suam vsque ad multos annos prorogat.

### TEMPVS.

Floret Iunio & Iulio mensibus, deinde semen profert.

### TEMPERAMENTVM.

In ordine quarto calefacit, vt Nasturtium, exiccatur autem ipso minus.

### VIRES. EX DIOSCORIDE.

Salgamorum more, sale cum lacte conditur. Foliorum vis acris & exulceratrix est. Quapropter ischiadicis praesenti remedio illinitur, tritum cum radice Inulae, & quarta vnius horae parte impostum. Similiter & lienosis prodest. Lepras idem perlit. Radix collo adalligata, dentium dolorem leuare creditur.

### EX GALENO.

Facultate Nasturtio simile est.

### EX PLINIO.

In facie cutem emendat exulcerando, vt tamen cera & rosacco facile sanetur. Sic lepras & psoras tollit semper facile, & cicatricum vlcera. Tradunt in dolore dentium adalligatum brachio qua doleat, comescere dolorem.

### APPENDIX.

Lepidion

Lepidion crassos & glutinosos cibos & humores extenuare, & incidere valet: ideoq; culinaria est herba, & salsamentis idonea.

DE LEVCOIO. THEOPHRA-  
STI. CAP. CLXXXV.

Leucoion Theophrasti à Massario in lib. ix. Plinii deprehensum est, quod nobis circa natalē Christianum etiam summis frigorib. floret passim in syluis, & nūc quoque in hortis quibusdam.

NOMINA.

**Λευκόιον** Theophrasti hoc loco describimus, quod planè diuersum est à Leucoio Dioscoridis, quod supra depinximus, id quod tamen plerique etiam docti viri non animaduertunt. Latiniis Viola alba dicitur. Germanicè Vucisz Hor Viola alnungszblumē, oder Mertzenblumē (Gallicè ba. Violette, ou Giroflée.) Non autem ab re Viola alba dici cœpit: flos enim huius herbæ colorem album, & Violarum odorem refert.

FORMA.

Folia habet Porro similia, tenuiora tamē & molliora, ex radice bulbosa prodeuntia. Pediculū etiā profert dodrantalem, tenuem ac serè iunceum, in quo candidus flos est, in medio croceus, Violarum purpurearum odorem referens, quo decedente, capitula Nucis auellanæ quantitate erisunt, in quibus semen Sinapi haud dissimile continetur. Quod si ad

PLANTARVM HISTORIAE

si ad hanc descriptionē adhibeas ea qua de Viola alba Theophrastus libro sexto, & septimo de stirpium historia tradit, certē sole manifestius erit herbam hanc cuius picturam damus esse eam, quam

Theophrasti alba viola. λευκῶπιον Theophrastus vocat. Nā hęc prima florum se ostendit. Emicat vbi cælum clementius, statim, etiam non hyeme exacta: vbi verò immitius, postea. Celeriter quoque enanescit. Radicem denique bulbosam & florē odoratum obtinet. Quae singula etiam de hac nostra herba verē dici possunt.

Flos Februarij vocatus. Prima siquidem florum, hyeme etiam nondū exacta, Februario nimirum mense, & die diuo Valentino sacro, vbi cælum clementius fuerit, apparet. In Aprili, vbi appropinquare iam cœperit Maius, euanescit. Flos item eius, Violarum purpurearum prorsus odorem refert. Radix etiam ad Bulbi similitudinem orbiculata existit, vt hoc nomine nemini dubium esse debeat, quin sit Viola alba Theophrasti.

LOCVS.

Prouenit in vmbrosis syluis & locis, qualis est non procul à Tubinga paulò suprā & infra monasterium Bebenhusum vocatum, vbi copiosissimè nascitur. Plantatur nunc etiam passim in hortis.

TEMPVS.

In Februario statim hęc erumpit, vt diximus, herba, & inter initia Martij ad perfectionem venit. Semen in Aprili ostendit in capitulis, vt in altera pictura vides.

TEMA



## TEMPERAMENTVM.

Folia ferè qualitatatis omnis expertia: radix autem dulcis & glutinosa est, vt hoc nomine adstringat & exiccet, vt reliqui bulbi.

## VIRE S.

Digerentem leuiter, & cum hoc adstringentem facultatem, sicut reliquos bulbos, habere ex iis quæ commemorauimus satis constat. Tamè nunc nullus, quòd sciam, eius stirpis vsus est.

## DE LITHOSPERMO.

CAP. CLXXXVI. *perceley rempt ste*  
*Steinfact*

## NOMINA.

**L**ιθωσπέρμον Græcis, Lithospermū Latinis, officinis & medicis hodie omnibus Miliū so = Miliū so = lis appellatur. Germanis Meerhirs, oder Stein = lis. somen (Gallicè du Gremil.) Nomè à lapidea seminis duritia accepit: neque enim Lithospermon Lithosper aliud sonat Græcis, quàm lapideum semen. Quum mon vnde itaque semina tanquam calculos ferat, candore & dictum. rotunditate margaritarum, duritia verò lapidea, commodissima voce Lithospermon dictum est. Miliū verò solis recentioribus nominatū puto, quòd semen eius candore solis & lucis splendore fulgeat.

## FORMA.

Folia habet Oleæ similia, longiora tamè & latiora, & quæ in ima parte sunt, humi iacent. Radiculos verò rectos, tenues, crassitudine Iunci acuti, solidos, lignososq;. In quorum cacumine bifidi diua-

L ricatiq;

PLANTARVM HISTORIAE

vicatiq; exortus, cauliculorum speciem exhibet longa habentes folia, inter quae semen lapideum, rotundum, paruum, cruo aequale. Plinius graphicè cado-  
re & rotunditate margaritas referre dixit. Nostrū  
autem Lithospermon multo minus quàm Dioscori-  
des & Plinius tradiderunt semen profert, quod so-  
li diuersitati acceptum referendum erit. Radix et-  
iam Lithospermi, quod adiiciendum esse arbitror,  
exteriore sui parte rubore perfunditur.

LOCVS.

Lithospermō asperis & sublimibus locis gaudet.  
Satum etiam in hortis prouenit.

TEMPVS.

Floret Iunio & Iulio mensibus, eoque tempore  
semen etiam profert.

TEMPERAMENTVM.

Semen Lithospermi, cuius maximè vsus est, cas-  
lidum & siccum esse faciliè ex eiusdem facultatis  
bus conicitur. Omnia siquidem vrinā cientia, Gas-  
leno libro v. de simpl. medicam. facult. cap. xij. tes-  
te, calida & sicca sunt.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Semen cum vino albo potum, calculos frāgit, &  
vrinam ducit.

EX PAVLO.

Semen cum vino albo potū, calculos conterit, &  
vrinas pellit.

EX PLINIO.

Lapillis

Lapillis eius drachmæ pōdere potis vino albo ca l  
culos frangi pellicq; constat, & stranguriã discuti.

## DE LYSIMACHIA. CAP.

CLXXXVII.

Lysimachia officinis nomen non habet. *Wederich*  
NOMINA.

ὑσιμαχίου Græcè, Lysimachia Latine,

A vulgò Salicaria, Germanicè Vueiderich (Gall. Cornelle, ou soucy deauc

ou Pelleboffe) nominatur. Lysimachia verò ab Lysimachia  
eius inuentore Lysimacho appellata, aut quia vis chia vnde  
tanta herbæ, vt iumentis discordantibus imposita, dicta.  
iugo, asperitatem cohibeat. Quare à dissoluēda dis  
fidērium pugna, non ineptè Lysimachia videbitur  
nominata. Salicaria verò quòd folia salicis, aut Salicaria  
quòd inter salices nascatur, dicta est.

## GENERA.

Lysimachia duo esse genera ex Dioscoride & Plin  
nio satis liquet. Plinij enim purpureum florem ha  
bet, hinc nos illam purpuream appellauimus. Ger  
manicè braun Vueiderich. Dioscoridis verò rus  
fos, hoc est, aurcos, vt ipsemet interpretatur, flores  
obtinet, ideoq; luteam nominauimus, Germanicè  
geel Vueiderich. Et hæc quidē altera magis ad  
stringit, i. q; vsu medico hoc nomine eidē præferen  
da.

## FORMA.

Caules profert cubitales, aut etiam maiores, te  
nues, fruticosos, quorū à geniculis folia exennt gra  
L ü cilia,

## PLANTARVM HISTORIAE

cilia, salici similia, gustū adstringentia, flores rufos, aut ad auri colorem declinantes. Ex qua pictura nulli non notum sit, plantas quas pictas damus esse *Lysimachias*. Caules enim emittunt cubitales, & multo quoq; longiores, tenues & fruticosos. Folia etiam habent salicis cum lentore quodam adstringentia. Flores hæc rufos, illa autē purpureos habet, vt nō contemnendus autor est Plinius. His accedit locus natalis, & alia quæ referre non attinet.

### LOCVS.

Nascuntur palustribus locis, & prope aquas, potissimum vbi salices proueniunt.

### TEMPVS.

Iunio & Iulio mensibus florent, ac subinde purpurea in siliquis oblongis semen producit, lutea vero decidentibus floribus, semen exiguum, Coriandro haud dissimile profert, quod gustum non secus atq; folia adstringit.

### TEMPERAMENTVM.

Superantem adstrictoriam qualitatem, adeoque exiccatoriam vim obtinent.

### VIREs. EX DIOSCORIDE.

Succus foliorum eius, cui adstringendi facultas est, ad sanguinis excreationes, & dysenterias potus & infusus confert. Sistit & mulierū fluxum appositus. Contra crumpentē enarib. sanguinem herba ipsa vtiliter inseritur. Vulneraria etiam est, & sanguinē compefcit. Incensa acerrimū habet fumū, vt serpentes

serpentes quidem abigat, & muscas enecet.

## EX GALENO.

Vulnera glutinat, erumpentemq; ex narib. sanguinè emplastri modo illita sistit: quin & reliquas sanguinis eruptiones compescere tum ipsa, tum succus eius multò magis potest. Pota dysenterias, sanguinis reiectiones, ac muliebrem fluxum sanat.

## EX PLINIO.

Vis eius tanta est, vt iumentis discordantibus in iugo imposita, asperitatem cohibeat. Pota vel illita, vel naribus indita, sanguinis profluum sistit. Vulneribus iis priuatim quæ calceamento facta sunt, contrita & arida infricata efficax est.

## DE LAGOPO. CAP. CLXXXVIII.

Lagopus in tritico messibus frequens hic inuenitur.

*hae serpost vel catenab*

## NOMINA.

**L**αγώπῳς Græcis, Leporinus pes Latini, Trifolium humile & Trinitas à tribus foliis herbariis dicitur. Officinis nostris ignota est herba. Germanis Hasenfusz, oder Katzenklee, oder Katzle (Gallicè Pied de Lieure) nominatur. Sic verò Græci atque Latini hanc herbam appellarunt, Lagopus quòd Leporino pedi similem paniculam habeat. cur dicta.

## FORMA.

A nullo, quòd sciam, Lagopus describitur. Herba autè quæ pro eo exhibemus, caules habet rotundos, hirsutos, folia Loto trifolia quæ in pratis gignitur

L. ij similia.

## PLANTARVM HISTORIAE

*similia, semen in paniculis muscosis lanuginosisq; leporino pedi similibus admodū adstringētis gustus.*

### LOCVS.

*In segetibus, Plinio etiam authore, & in hortorum arcis, vt testatur Dioscorides, gignitur.*

### TEMPVS.

*Iulio & Augusto mensibus potissimum apparet.*

### TEMPERAMENTVM.

*Exiccandi facultatem obtinet, Galeno teste, Lagopus.*

### VIRES. EX DIOSCORIDE.

*Vim habet Lagopus herba sistendi aluum cum vino pota. Febrietibus autem cum aqua dāda. Alligatur eadem contra inguinum inflammationes.*

### EX GALENO.

*Fluxus alui probè exiccat.*

### EX PLINIO.

*Lagopus sistit aluum è vino pota, aut in febre ex aqua. Eadem inguini adalligatur in tumore.*

### APPENDIX.

*Ex iis omnibus abūdè constat, herbam eā quam depictam damus esse Lagopum, siquidem & nomē & forma illi aptissimè respondent. Locus etiā conuenit: nascitur enim copiosissimè in segetibus. Nec temperamentum abhorret, quod illi est adstrictorium & exiccans. His omnib. accedunt vires, vulgò enim omnes hac planta in dysenteria, & alui profluvio vtuntur.*



## DE LARICE. CAP. CLXXXIX.

Larix in alpinis delphinum frequens, folia eius in nostrate manna sunt plurima, quod ex hac arbore ferè decutiatur. *Terebinthina*

## NOMINA.

Ἀρίξ græcis, Larix & Larex latinis, officinæ Larix seu  
 Λαρίς & vulgò Larça, Germanis Lorchebaum (Gallicè Vn arbre retirant a vn  
 Pin, ou Sabin) appellatur.

## FORMA.

Larix arbor est magna, Picea similis, crassior, lauioriq; cortice, folio villoso pectinum modo, pinz qui & denso, molliq; flexu, materia prestanti, rubente odore, acri. Hinc erumpit nonnihil liquoris melleo, Dioscoride ac Plinio testibus, colore atque lento, nunquam durefcentis. Est autem resina quam Laricem, aut certè Laricinam vel Lariceam vocant, qua hodie omnes ferè officinæ pro terebinthina, non sine errore vtuntur. Terebinthina enim cã dida est, pellucida, & in modum coloris vitri cœna vitur rula & odorata. Lignum eius propemodum ignibus inuictum, neque flagrat, neque in carbonem recidit, nec alio modo ignis vi consumitur, quàm saxum in fornace ad calcem coquendam adhibitum, quod quidem nec flammam recipit, nec carbonem remittit, sed longo spacio tardè comburitur. E ramis eius panicularū modo nucamenta dependent, quod pictura affabrè ostendit.

# PLANTARVM HISTORIAE

## LOCVS.

Larix, vt auctor est Vitruuius, circa ripam fluminis Padi, & litora maris Adriatici nascitur. Copiosissimè autem in Silesia prouenit, vnde illustrissimus GEORGIUS Princeps GEORGIUS Marchio Brandenburgensis, dominus meus clementissimus, plus Marchio res arbores Onolzbachium transferre curauit, à Brandenburgo sanè hanc etiam cuius hìc damus picturam adburgensis. me Tubingam transmisit. In Silesia ex eius arboris ligno hypocausta construuntur, tantus illius ibidem prouentus est.

## TEMPVS.

Larix nullo exhilaratur flore, sed turgens tantùm adit germina.

## TEMPERAMENTVM.

Minimum in eius temperamento ignis & aeris, humoris autè terreni plurimum. Hinc cum nõ habeat spacia foraminum quàm possit ignis penetrare, fit vt eius vim, què admodum paulò antè diximus, reiiciat, nec patiatur ab eo citò ladi. Adstrictorià itaque facultatem, haudsecus atque piceæ, eius folia & cortices, vt statim dicemus, obtinent.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Cortex eius adstringit, ac intertriginibus tritus & illitus prodest, & vlceribus summam cutem occupantibus ambustisq; cum lithargyro & manna thuris. Vlcera in teneris corporibus cerato myrtino exceptus ad cicatricem perducit. Tritus cum atramento

mento

mento sutorio, serpentia cohibet. Fœtus & secundas suffitu eiicit. Potus aluum sistit, & vrinam mouet. Folia eius trita illitaq; inflammationes leniunt, & vulnera ab inflammatione vindicant. Trita verò & in aceto cocta, calida collutione dentium dolorem mulcent. Resina eius vt omnes aliæ, emollit, calefacit, discutit, expurgat. Tussientibus ac tabidis in ecligmate per se aut cū melle conuenit. Thoracis vitia expurgat. Vrinam etiam cit, maturat, & aluum mollit. Pilos in palpebris glutinat. Cōtra lepras cum erugine, atramento sutorio, & nitro inungitur. Auribus saniem stillantibus cum melle & oleo, & in genitalium pruritu. Miscetur etiam emoplastris, malagmatis & acopis. Lateris doloribus per se inuncta & imposita auxiliatur.

## EX GALENO.

Cortex eius vincentem habet adstrictoriam facultatem vsque adeò, vt & intertrigines bellissimè sanet, & ventrem potus sistat. Sed & ambustis cicatricem inducit. In foliis arboris, vt quæ multo sunt cortice humidiora, vis inest vulnerum glutinatoria. Resina eius desiccatur & calefacit.

## EX PLINIO.

Laricis folia trita & decocta in aceto, dētū dolori prosunt. Cinis corticum intertrigini & ambustis medetur. Potus aluum sistit. Vrinā mouet. Suffitu vuluas corrigit. Resina larigna tussi efficacè habetur, polletq; contra viscerum vlcera.

PLANTARVM HISTORIAE

DE MELISSOPHYLLO.

CAP. CXC.

*Meliss.*

*Consilium de grecis*

*mochezanis*

Vulgari Melissophyllo affricant apiaria rustici, vt illuc apes alliciant, nec infeliciter.

NOMINA.

Melissa.

Melissophyllum  
vnde dictum.

Apiastrum.

Citrago.

**M**ελισσόφυλλον, ή μελίφυλλον Græcis, **A**piastrum siue Citrago latinis, officinis Melissa dicitur. Germanis Melissen, Melissenkraut, Honigblum (Gallicè de la Melisse.) Melissophyllum non alio nomine appellatum est, nisi quòd apes eius folio magnopere delectentur: neque enim μελισσόφυλλον aliud quàm apum folium significat. Meliphylon verò, qua voce Nicander vsus est, mellis folium indicat. Sic itaque nominari cepit, quod hinc apes mellis materiam colligant. Pari ratione Latini Apiastrum haud dubiè dixerunt, quòd ea herba apes plurimè letetur, adè vt si ea alucaria cõfricentur perunganturve, detētū in eis examen non fugiat. Citraginem autē ab odore Citri: nares enim si consulantur Citrium malū olebit.

GENERA.

*Consilium de grecis*

*vant hinc*  
*ant*

Duos sunt ex vulgariū herbariorum sententia Melissophylli genera. Vnum verum, alterum adulterinum, quod Germani Vuanizenkraut nominant, vt paulò post dicemus.

FORMA.

Folia & cauliculi veri Melissophylli, Balloti seu

Marrus

Marrubio nigro similia sunt, maiora tamen & tenuiora, nec ita hirsuta, citri mâli odore. Perperam hodie officinæ pro vera Melissa vtütur herba passim in hortis proueniente, quam Germani, vt diximus, quia cimices olere videtur, Vuantzenkraut nominât. Fædus itaque cum huius herbæ odor sit, non est cur apes ea delectentur, neque ei florenti insident, sed eam potius fugiunt. Contrâ illa quam pro vera pictam damus vnice oblectantur, quòd illius tam gratus odor sit, vt in edibus strata, eas gratissimo odore compleat.

## LOCVS.

Nascitur in syluis verum, adulterinum autem in hortis.

## TEMPVS.

Carpitur æstate, Iunio potissimum mense, quo floribus prægnans est.

## TEMPERAMENTVM.

Melissophyllon ex secundo ordine calefacientium censetur, desiccatur verò non æquè, sed ipsum quissipiã in hoc primi ordinis esse posuerit.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Folia cum vino pota aut illita, contra scorpionum phalangiorum, canumq; morsus prosunt. Decoctum eorundem, si eo perfundantur, idem potest. In infusionibus ad ducendos menses vtile est. Dentes eodem in dolore colluuntur. Dysentericis iniectum prodest. Fungorum strangulationibus, folia cum

nitro

## PLANTARVM HISTORIAE

nitro pota succurrūt. Torminibus auxiliantur. Dantur in eclegmate orthopnoicis. Illita cum sale strumas discutiunt. Ulcera purgant. Articularios dolores illita mitigant.

### EX GALENO.

Melissophyllum Marrubio facultate simile est, sed plurimum ab eo vincitur: quamobrem nec vitur illo quispiam. Superuacaneum siquidem foret praesente Marrubio, cuius tantus est vbique terrarū pro uētus, uelle uti Melissophyllo. Caterū si cui fortē ad manum quandoque Marrubium non fuerit, illo ad quaecunq̄ uti licebit, modō quāto ab hoc exuperetur cognitum habuerit.

### EX PLINIO.

Melissophyllo siue Melittena si perungantur aluaria, non fugient apes: nullo enim magis gaudent flore. Copia istius examina facili mē continentur. Idem praesentissimum est contra iclus earū uesparumq̄, & arancorum, item scorpionum, remedium. Item contra uuluarū strangulationes addito nitro. Contra tormina è uino. Folia eius strumis illinuntur, & sedis uitiis cum sale decocta. Succus freminas purgat, & inflationes discutit, & ulcera sanat. Articularios morbos sedat, canisq̄ morsus. Prodest dysentericis ueteribus, & caeliaci, orthopnoicis, lie-nibus, uclceribus thoracis. Caligines oculorum succo cum melle inungi eximium habetur.

### EX SIMEONE SETHI.



Ad stomachi ex frigiditate morsus, & à nigra bile tristitias & timores qui sine ratione ex illa fiunt, confert. Hilaritatem efficit, & ad melancholicum ac pituitosum humorem prodest. Fertur quòd industriam afferat, & quòd ante somnum sumptum, bona somnia faciat, cõtraria ratione cum Brassica, quæ mala insomnia affert. Bubones ledit.

DE MARATHRO. CAP. CXCI.  
NOMINA.

**M**αριθρον Græcè. Fœniculum Latinè, officinæ antiquum & Latinum nomen retinuerunt, Germanicè Fenchel (Gallicè du Fenouil) dicitur. Marathrum Græcis dictum putant à marcescendo, quòd ad condienda plurima cum inaruerit commendatissimum sit. Fœniculum autem dici existimant, quòd satum magno cum fenore semen reddat.

FORMA.

Fœniculum ferulacei generis est, hominisq; plerumq; proceritatem superat, caule geniculato, fungosa intus medulla, leui exterius cortice & herbaeco, folio Abrotoni, sed longiore mollioriq; iucundo odore, umbella rotunda, ampla, lutea, in orbem radiatim circinato, in qua semen nudum dependet, radice candida, longa & odorata.

LOCVS.

Passim in hortis satum prouenit. Sua etiam sponte interdum seu Anethum nascitur.

TEM

PLANTARVM HISTORIAE

TEMPVS.

Colligitur caule turgescente. Floret Iunio & Iulio mensibus. TEMPERAMENTVM.

Fœniculum tam valèter excalfacit, vt ex tertio ordine excalefacientium censerì possit. Exiccat verò non aequè, sed ipsum quissiam in hoc primi esse ordinis posuerit. Proinde lac procreat, quod, si admodum desiccaret, non sanè efficeret.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Fœniculi herba comesta mammas lacte replet. Idem potest semen potu, aut decoctum cum ptisana. Comæ decoctum subditum impositumve, renum & vesicæ vitis utile: quippe quod urinam ciere potest. Contra serpentium ictus in vino potum prodest. Menses ducit. In febribus nauseam, & stomachi ardorem ex aqua frigida potum, sedat. Radices contritæ & cum melle illitæ, morsibus canum medentur. Succus caulibus & foliis expressis in sole siccatus, medicamentis quæ ad excitandam oculorum aciem consiciuntur, vtiliter adiicitur. Extrahitur etiam succus ex semine viridi, foliis, ramulisq; ad eadè utilis. Radix in prima germinatione exprimitur. In occidentali Iberia liquorem gummi similem reddit. Caulem medium dum herba floret incolæ demerunt, igniq; admouent, quo facilius vi caloris exudans gummi remittat. Hoc efficacius succo est ad medicamenta oculorum.

EX GALENO.

Feniculum lac procreat. Suffusus auxiliatur. Vri-  
nas mensesq; cit. In condimentis assiduis Anethi  
vsi, Feniculi vero & in opsoniis. Apud nos in hoc  
reponunt, nō secus ac Pyrethrum & Terebinthum  
condientes, vt in totum annum vsui sit, quemadmo-  
dum & cepas & rapas, & alia huiusmodi quadā  
in solo aceto, alia in oxalme asseruantes.

## EX PLINIO.

Ad scorpionum ictus & serpentium, semine in  
vino potu valet. Succus & auribus instillatur, vere-  
miculosque in his necat. Id ipsum condimentis pro-  
pè omnibus inseritur. Oxyporis etiam aptissime.  
Quin & crustis subditur panis. Semen stomachum  
dissolutum adstringit. Nauseam ex aqua tritū se-  
dat. Pulmonibus & iecinoribus laudatissimum.  
Ventre sistit cum modicè sumitur, urinam exci-  
tat, & tormina mitigat decoctum, lactisq; defectu  
potum mammas replet. Radix cum ptisana pota  
renes purgat, siue decocto succo, siue semine sum-  
pto. Prodest & hydropicis radix ex vino cocta: itē  
conuulsis. Illinuntur folia tumoribus ardentibus  
ex aceto. Calculos vesicæ pellunt. Genitura abun-  
dantiam quoquo modo haustum facit. Verendis a-  
micissimum, siue ad fouendum radice cum vino co-  
cta, siue contrita in oleo illitum. Multi tumoribus  
& sugillatis cum cera illinunt. Et radice in succo  
vel cum melle contra canis morsum vtuntur. Et cō-  
tra multipedem ex vino.

## EX SI

PLANTARVM HISTORIAE  
EX SIMEONE SETHI.

Lac procreat, & suffusus remedio est. Urinam cit,  
& menses ducit.

DE MELANTHIO. CAP. CXCII.

Melanthium nigella Romana officinis,  
nobis est semine nigro ex rure & Cartu-  
sianis. semine item rufo quibusdā odora-  
tior, nobis est donatum à Claudio Dauis  
de medico & optimo & doctissimo.

NOMINA.

Nigella.

**M**ΕΛΑΝΘΙΟΥ Græcis, Papauer nigrum, Nigella  
& Gith Latinis dicitur. (Gallicè Niel-  
le, ou Poiurette.) Officinae omnes Nigellam ap-  
pellant. Melanthion autem & nigella, à nigro semi-  
nis colore hæc herba haud dubiè dicta est.

GENERA.

Etsi apud Dioscoridem aliòsque veteres vna dicitur  
taxat Nigella species reperiatur, nobis tamen do-  
mesticas & hortenses tres videre contigit, quarum  
duæ quidem habent semina nigra, tertia verò sub-  
flauum. Inter eas quæ habent semina nigra, primam  
schuartz kornmich Germanicè appellauimus,  
alteram autem schuartz Coriander, quod fo-  
lia eius Coriandri foliis non dissimilia sint. Tertia  
quod ad folia & flores attinet, prima per omnia  
similis est, in semine tantum quod flauescit, ut dis-  
cimus, diuersa. Herbarij huius temporis Nigellam  
citrinam nominant. Præter has tres iam comemo-  
ratas

nigella.

Melanthio  
vnde di-  
ctum .i.

me. lant. h. u.  
Smeti' & omni  
me. lant. h. u.  
in asp. n. s. ma.  
h. Coriander

Summa silu-  
re. al. r. n. y.  
wil. d. s. r. n. a.  
Coriander

ratas est quarta, quæ sylvestris Nigella dicitur, quòd scilicet sua sponte in aruis nascatur. Germanis Vuild schuuartzer Coriander nominatur. Videtur autem esse potius tertium genus Cumini sylvestris.

## FORMA.

Melanthion frutex est pusillus, ramulis tenuibus Melanthionibus, altitudine palmorum duorum vel amplior, foliis paruis, Senecionis herba similibus, multo tamè exilioribus, capitulo in cacumine exiguo cum Papaueris, oblongo, intercurrentibus internè distinctioribus loculosis quinque aut sex, in summitate extrinsecus corniculatis, quibus semen nigrum, acre, odoratum includitur. Sylvestre alteri hortensi ferè simile est, folia siquidem anethi habet, flores primo similes, nisi quòd colore sint elegantiores. Capitulum planè Aquileiæ respondet, atque in se semina nigra & odorata continet.

## LOCVS.

Melanthion domesticum non nisi in hortis satum provenit. Sylvestre autem, ut dictum est, in agris sua sponte provenit.

## TEMPVS.

Melanthion floret Iunio mense, Iulio autem & Augusto semine prægnans est.

## TEMPERAMENTVM.

Melanthion excalescit atque desiccatur tertio ordine.

## VIREs. EX DIOSCORIDE.

Capitis doloribus illitum fronti Melanthium, & incipiens

PLANTARVM HISTORIAE

incipientibus suffusionibus cum irino tritum & naribus infusum prodest. Tollit lentigines, lepras, œdemata vetusta duritiesq; cum aceto illitum. Circumscarificatos clauos excutit cum vetere vino impostum. Dentium doloribus cum aceto & teda decoctum, si eo colluantur, succurrit. Rotundos ventris lumbricos expellit, ex aqua umbilico illitum. Tristum autem & in linteo colligatum & olfactum, destillatione laborantes adiuuat. Pluribus diebus positum, urinam, menses & lac prouocat. Difficultatem spirandi cum vino potum fuit. Phalangiorum moribus drachmæ pondere cum aqua haustum auxiliatur. Suffitu serpentes fugantur. Tradunt largius epotum enecare.

EX GALENO.

Tenuium est partium Melanthium, unde destillationes sanat calidum in linteo admotum, atque assiduo olfactum. Quinetiam si intro in corpus sumatur, vel maxime flatus extinguit. Hinc constat essentia ipsam esse tenuis, & ad unguem a caliditate elaborata. Propterea sanè etiã amarum est. Itaq; mirum non est si lubricos interimat non esum modò, sed etiam foris impositum. Neque sanè etiã mirandum si lepras, clauos, myrmecias euiciat. Sic verò etiam orthopnceam iuuat, & menses prouocat, qui ob crassitiam aut viscedinem retenti fuerint. In summa, ubi incisione, exterstione, desiccatione, excalesfactione est opus, prastantissimum id remedium est.



## EX PLINIO.

Melanthion medetur serpentium plagis & scor-  
pionum. Allini ex aceto & melle reperio, incens. q̄  
serpentes fugari. Bibitur drachma contra arancos.  
Destillationem narium discutit tusum in linteolo ol-  
factum. Capitis dolores illitum ex aceto, & insu-  
sum naribus mitigat. Cum irino oculorum epipho-  
ras & tumores lenit. Dentium dolores coctum cum  
aceto. Ulcera oris tritum & commanducatum. Le-  
pras & lentigines ex aceto tritum emendat. Diffi-  
cultates spirandi addito vino potum. Duritias tu-  
morēsq̄ veteres & suppuraciones illitū. Lac mu-  
lierum auget continuis diebus sumptum. Colligitur  
succus vt Hyoscyami. Oculos purgat, vrinam &  
menstrua ciet. Similiter largius venenum est, quod  
miremur, cum semen gratissimē panes etiam con-  
diat. Quinimo linteolo alligatis tantum granis tri-  
ginta secundas trahi reperio. Aiunt & clavis in pe-  
dibus mederi tritum in vrina. Culices suffitu neca-  
re: item muscas.

## EX SIMEONE SETHI.

Est tenuiū partium, lūbricos in ventre necat, flas-  
tus discutit, pituitamq̄ incidit. Ad orthopnoas &  
defluxus capitis facit odoratū, presertim postquam  
calesactum fuerit. Dicitur verò quòd si teratur, &  
cum aceto ventri imponatur, etiam sic lumbricos  
necare. Et si cum melle fermentetur, & calida a-  
qua hauriatur, calculos in renib. & vesica minuit,

M̄j vrinam

PLANTARVM HISTORIAE

urinam cit, menses ducit, & veluti remedium contra venena est, si quis ipsum ieiunus assumat.

DE MALACHE. CAP.

malenw

CXCIII.

NOMINA.

Malua  
quare di-  
eta.  
μαλάτ-  
τηρ.

**M**αλάχη Græcè, Malua Latinè, Officinis la-  
tinum nomē retinuit, Germanicè Pappel,  
(Gallicè Maulue) dicitur. Malua autem Græcis  
ab emollienda aluo nomē traxit: μαλάττηρ enim  
mollire significat. Quinetiam Latinis Varro Maluā  
quasi moluam, quòd aluū molliat, dictam esse con-  
tendit. Antiqui enim ea utebantur in acetariis cū  
Lactuca ad subducendam aluum. Vnde Martialis  
libro decimo ait:

Exoneraturas ventrem mihi villica maluas  
Attulit, & varias quas habet hortus opes.

GENERA.

Maluarum genera esse duo Dioscorides & Gale-  
nus tradunt. Vna enim hortensis, altera sylvestris.  
**Hortensis.** Malua dicitur. Hortensis, quæ in hortis sata prouenit,  
**Malua.** Germanis Romische Pappel, vel Erntosz, quòd scilicet messis tēpore floreat, vel Herbstosz nominatur. Huius iterum varia sunt genera: alia siquidem rosas purpureas, & has vel simplici vel multiplici foliorum textura constantes, vt pictura monstrat: alia candidas & iterum foliorum texture differentes producit. Nos vna pictura quatuor  
**Sylvestris.** hac hortensis Maluæ genera complexi sumus. Syl-  
u. malenw  
nestris.

uestris non quæ in syluis, aut asperis locis, sed quæ  
in incultis locis sua sponte nascitur, intelligi debet:

id quod Græca vox  $\chi\omicron\rho\sigma\alpha\iota\alpha$ , qua Dioscorides v-

$\chi\omicron\rho\sigma\alpha\iota\alpha$

titur, maximè docet. Hæc enim Græcis incultâ &  
inelaboratam terram significat, qualis in semitis,

pratis, aliisq; huiusmodi ruris & agri partibus est.

Erratica hæc seu syluestris Malua itidè in duas di-

stribuitur species: quædã enim pumila est, & humi

Pumila.

serpès, hanc Germani Genszpappel, Rasz oder

Hafenpappel vocât. Quædã altius attollitur, &

ferè arborefcit, hanc Germanicè Roszpappel no-

Arbore  
scens.

minant.

FORMA.

Hortensis Malua grandescit in arborem, eiusq;

Hortensis

scapus tanta magnitudine proficit, vt baculi vsum

præbeat. Folia huic ampla, circinata & rotunditatis,

multis in ambitu segmentis. Caudex simplex, luxu-

riose proceritatis attollitur, à medio ferè ad verticè

pulcherrimis floribus decoratus, breui admodù pe-

diculo dependentibus, qui venustate rosis non ce-

dunt, & si suppeteret odor, de principatu certarèt.

Colore constant purpureo, vermiculatòve & cãdi-

do. Capitula quædam breuibus innixa petiolis, &

leuiter in mucronem fastigiata primũ è caule pro-

silunt, iisq; paulatim intumescantibus, prægnantia

florũ inuolucra fatiscunt, in quibus dehiscentes rosæ

sefe pãdunt, & explicantur in folia quinque, intero-

dum structili quadã serie, vt diximus, numerosa,

calycibus apices paucos complexis, qui lutei mediis

M ij

emicant,

PLANTARVM HISTORIAE

emicant, quibus decidētibus erumpunt purpurea  
 stamina. His factus succrescit multipliciter tunica  
 tus, atq; in umbilici formam numerofo semine coa  
 gmetatus, in quib. cum decussa sunt folia, reliqua

Sylvestris rum Maluarum modo semina recluduntur. Sylves  
 pumila. stris pumila & humi repens, folio rotundo, pingui,  
 & in ambitu serrato constat: caule magno, floribus

Sylvestris ex candido purpurascētib; radice cādida. Syl  
 procerior. uestris altior folio magis laciniato nascitur, floribus  
 ex caeruleo purpureis, radice candida.

LOCVS.

Hortensis in hortis sata prouenit. Sylvestris autē  
 locis incultis, pinguib; potissimum, & humidis.

TEMPVS.

Hortensis floret Iulio & Augusto praesertim mē  
 sib; : neque enim flos is vt rosa fugax est, sed diu  
 vigor vitaq; durat. Sylvestris pumila per totā esta  
 tem, & in maximam autumnū partem durat. Ar  
 borefcens autem Iunio & Iulio mensibus, floribus  
 quam maximē abundat.

TEMPERAMENTVM.

Malua sylvestris digerentis paululū, & emollien  
 tis leuiter est facultatis. Hortensis verò quāto plus  
 habet aquae humiditatis, tanto facultate imbecil  
 lior est. Fructus eius tāto validior est, quāto et sica  
 cior. Inter Lactucā, Betam, & Maluā id est discris

Sylvestria minis, nempe quōd sicciora sint sylvestria, satius hu  
 satius sicciora. Permissum est Ma'ne sacco aliquid glutia  
 ciora. nosum,

nosum, quo Lactuca caret. A refrigerandi facultate manifestè abest, vt ante sumptionē cernere licet, si ex ambobus particulatim oleribus, quemadmodum factitare homines consueuerunt, cataplasma ad calidum quempiam affectum, qualis est erysipelas, cōponas, molliuscula folia diligēter tundens donec ad leuorem redacta sint exactissimum. Tum nanq; cognosces Lactucam manifestè refrigerare, Maluam verò modicum, et quasi tepidum quendam calorem obtinere. Facile hoc olus deorsum labitur, non tantum quia humidū est, sed etiam quia glutinosum. Si horum trium olerū succos inter se compares, tenuis & absterforius Betæ, crassior glutinosiorq; Maluæ, in vtriusque medio Lactuca statuetur. Hæc Galenus lib. ij. de Alimentorum facultatibus.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Esui aptior hortensis multò quàm syluestris. Stomacho noxia, aluum bonam efficit, præsertim caules, intestinis & vesicæ vtilis. Folia cruda illita, & cum modico sale addito melle commaducata, agiolas sanant. Verum in inducenda cicatrice, ea sine sale vtendum est. Contra apum vesparumq; ictus illita prodest. Et si cruda tritaq; cum oleo antea se inunxerit aliquis, non feritur. Achoras, furfurisque cum vrina illita sanat. Sacris ignibus & ambustis decocta folia tritaq; vtiliter cum oleo imponuntur. Eius decoctum vuluas in fessione mollit. Prodest erosionibus intestinorum, vuluæ sedisque clystere

PLANTARVM HISTORIAE

infusum. Ius decoctæ cum radice sua omnib. letas  
libus venenis auxiliatur, si continuo à bibentib. reu  
uomatur. Contra phalangiorū morsus remedio est.  
Lac proritat. Semē eius admixto Loti syluestris se  
mine potum cum vino vesicæ dolores lenit.

EX PLINIO.

Maluæ contra omnes aculeatos ictus efficacior  
vis, præcipuè scorpionum, vesparum similiumq; &  
muris aranei. Quin & trita cū oleo qualibet earū  
peruncti antè, vel habètes eas non feriuntur. Folium  
impositum scorpionibus torporem affert. Valent cō  
tra venena. Aculeos omnes extrahūt illitæ crude,  
aut cum † anetho potæ. Decoctæ verò cum radice  
sua, leporis marini venena restringunt: & vt quidā  
dicūt, si vomatur. De eisdē mira & alia tradūtur,  
sed maximè, si quotidie quis succi ex qualibet earū  
sorbeat cyathum dimidium, omnibus morbis cari  
turum. Vlcera manantia in capite sanant, in vrina  
putrefactæ lichenas, & vlcera oris cū melle. Radix  
decoctæ fursures capitis & dētium mobilitates. E  
ius quæ vniū caulem habet, radice circa dentē qui  
doleat punge, donec desinat dolor. Eadem strumas  
et parotidas panosq; addita hominis salina, purgat  
citra vulnus. Semen in vino nigro potum, à pituitis  
& nauiseis liberat. Radix mammariū vitiis occur  
rit, adalligata in lana nigra. Tussim in lacte coctæ,  
& sorbitionis modo sumpta, quinis diebus emēdat.  
Stomacho inutiles Sextus Niger dicit. Olympias  
Thebana,

¶ aliās  
acetō.



Thebana, abortiuas esse cum adipe anseris. Aliqui purgari feminas, foliis earum manus plena mensura, in oleo & vino sumptis. Vtique constat parturientes substratis foliis celerius solui, protinus à partu renouanda, ne vulua sequatur. Dant & succum bibendum parturientibus ieiunis, in vino decocta hemina. Quin & semen tritū adalligant brachio, genitale non continentium. Adeoq; ea Veneri nascuntur, vt semen vnicaulis aspersum genitali, femininarum auaritates augere ad infinitum Xenocrates tradat. Item tres radices iuxta adalligatas, tenasmo & dysentericis vtilissimè infundi. Item sedis vitiis, vel si foveantur. Melancholicis quoque succus datur cyathis ternis tepidus, & insanientibus quaternis. Decocta comitialibus hemine succi. Hic & calculosis, et inflatione, & torminibus, aut episthotonico laborantibus tepidus illinitur. Et sacris ignibus & ambustis decocta in oleum folia imponuntur, & ad vulnerum impetus cruda cum pane. Succus decocta neruis prodest, & vesica, & intestinorum rossonibus. Vuluas & cibo & infusione mollit in oleo. Succus decocta pori meatus suauis facit.

## EX SIMEONE SETHI.

Ventriculum facile subit, non solum propter humiditatem, verum etiam glutinositatem, atq; imprimis si cum oleo & gario offeratur, vino quo editur tempore irrorata. Vesicam, thoracem, pulmonemq; inuat,

PLANTARVM HISTORIAE

iuuat, & raucam vocem lenit. Syluestris malua, vt ferunt, comesta, dolores ex vesparum morſu tollit. Si quis morſus à veſpis aut apibus, ſucco Maluae, præſertim ſylueſtris, perungatur, conſeſtim dolore leuatur. Dicitur etiam quòd huius decoctum potum, lapides conterit, ſomnum conciliat, facilemque partum præſtat, ſi mulier ea crebrius vtatur. Illita inflammationes lenit, eaque quæ indurata ſunt emollit. Illud Maluae peculiare eſt, vt impoſita icribus veſparum & apum, dolores leuet.

DE MYRICE. CAP.

CXCIIII.

*Tamarix folio*

Tamarix in Gallia Narbonenſi luxuriat, nunc etiam in hortis regis quos fons bel læ aquæ irrigat, & in hortis Reuerèdi Bel laiſi Pariſienſis epiſcopi & Cardinalis, Poſteriorum memoria, & noſtra omnium veneratione digniſſimi, vt qui nullis parcit ſumptibus, quo partem medicinæ plantariam reddat illuſtriorẽ & certiorẽ.

NOMINA.

*Tamarix  
ſcus.*

**M**υριχα Græcis Myrice & Tamarix Latini, officiniſ Tamarixcus, Germa. Tamarixck. & Porſt (Gallis Bruyere) nominatur.

GENERA.

Dioſcorides duo Tamaricis genera facit. Vna enim ſylueſtris eſt, qualis eſt ea quæ in plerisque Germaniæ locis prouenit, quamque hic pictam damus.

Alterâ

Alter a satina, quæ priori in cæteris similis est, nisi quod fructifera est, & minimè, vt illa, sterilis.

## FORMA.

Sylvestris arbustum frutèxve humilis est, ramis ex herbaceo fuluòq; colore variegatis, foliis Sabine aut Ericæ, flore muscoso, qui demum in pappos euolat. Satina cætera similis est sylvestri, fructum tamen galle non dissimilem profert, qui gustu inæqualiter adstringit.

## LOCVS.

Proxime paludes, residues stagnantesq; aquas nascitur, Sylvestrisq; copiosa in Germania ad Rheniũ & Isarum, insignes fluuios, provenit. Satina in Syria & Aegypto, vbi procerissimas equat arbores, gignitur.

## TEMPVS.

Perpetua coma frondet.

## TEMPERAMENTVM.

Myrice abstergentis est ac incidentis facultatis, absque perspicua desiccatione: habet verò etiã adstrictionem nonnullam. Cæterum fructus & cortex non paucam sortita est adstrictionem, adeò vt galle omphacitidi seu immature proxima sunt, nisi quod acerbitas euidentis est in galla, sed Myricæ fructui temperatura inest inæqualis: immista est enim nature eius multa partium tenuitas, atque vis abstergendi, quod sanè galle haud inest. Porro Myricæ combusta citis admodum desiccatorie facultatis.

PLANTARVM HISTORIAE

facultatis est, plurimam abstergendi facultatē habens, paucillam adstringendi.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Fructu vice gallæ in oris oculorumq; medicamentis utuntur. Cruentis sputis in potu, cæliaci, scæminarum fluxionibus, morbo regio, & phalangiorum morsibus prodest. Oedemata illitus reprimat. Cortex eadem quæ fructus potest. Decoctum foliorum cum vino potum lienem minuit. Ad dolorem dentium in collutionibus salutare est, & mulierum fluxionibus in desessionibus. Aptè his in quibus pediculi & lendes abundant circumfunditur. Cinis li-  
gnorum eius appositus profluuium ex utero suppri-

**Calices** mit. E trunco eius nonnulli potorios calices fabricatorū ex cant, quibus in lienosis pro poculo utuntur, quò datur trunco tatus in iis potus proficiat.

**maticis.**

EX GALENO.

Myrice prodest admodum lieni indurato, decoctis cum aceto aut vino radicibus, siue foliis, siue extremis ramulis. Sanat verò etiam dentium dolores.

EX PLINIO.

Lienæus sanari ea carcinomata in vino decocta tritaque cum melle dicit. Ad lienem præcipua est, si succus eius expressus in vino bibatur. Adeoque mirabilem eius antipathiam contra solū hoc viscerum faciunt, ut affirmant, si ex ea alueis faelis bibant sues, sine liene inueniri. Et ideò homini quoque splenetico cibum potumq; dant in vasis ex ea factis.

Etis. Lignum & flos & folia & cortex in eisdem  
 vsus adhibentur, quanquam remissiora. Datur san-  
 guinem reuicentibus cortex tritus, & cōtra proflu-  
 uia feminarum, cœliacis quoque. Idem tusus impo-  
 situsque collectiones omnes inhibet. Foliis exprimi-  
 tur succus. Ad hæc eadem & in vino decoquantur:  
 ipsa verò adiecto melle gangranis illinuntur. De-  
 coctum eorum in vino potum, vel impositum cum  
 rosaceo & cera sedat. Sic & epinyctidas sanāt. Ad-  
 dentium dolorem auriūque decoctum eorum sa-  
 lutare est. Radix ad eadem, similiter & folia. Hæc  
 amplius ad ea quæ serpunt, imponuntur cum polen-  
 ta. Semen drachmæ pondere aduersus phalangia  
 & arancos bibitur. Cum altitium verò pingui su-  
 runculis imponitur. Efficax & contra serpentium  
 ictus, præterquam aspidum. Necnon morbo regio,  
 phthiriasi, lenilibusque decoctum infusum prodest,  
 abundantiamque mulierum sistit. Cinis arboris ad  
 omnia eadem prodest.

## DE MECONE RHOEADE.

CAPVT CXC.V. *Clapper rose*NOMINA. *rod' corn' rose*

**M**ήκων ποτὸς Græcis, Papauer rhœas, hæc  
 est, fluidum aut erraticum Latinis, Papas  
 uer rubeum officinis & herbariis Germanis à stre Papauer  
 pitu quem ludentes pueri harum foliis concavo pu rubeum.  
 gno impositis, altera palma incussa edunt, Klap-  
 perrosen, quasi dicas crepitaculares rosas, &  
 Glitschen.

PLANTARVM HISTORIAE

Rhœas Coquelicoc, ou Ponceau) appellât. Rhœas autem à flore, qui ei protinus decidit, dictum est.

FORMA.

Folia Erucæ, aut Cichorio similia, & incisa habet, lōgiora tamen & aspera. Caulem † lanuginosum, rectum, asperum, cubitalē. Florem puniceū, & aliquando cādidum, similem syluestris Anemones flori. Caput oblongum, minus tamen quā Anemones. Semen rufum. Radicem oblongam, subalbā, minoris digiti crassitudine, amaram. Ex qua delineatione omnibus perspicuum sit, herbam quā Papauer rubeum hodie vulgò nominant, esse Rhœas da, quòd sit folio Erucæ, laciniato, scabro & lōgiorē: caule lanuginoso, recto, aspero, cubitali: flore syluestris Anemones puniceo, nonnunquam albo, oblongo capite: semine rufo, radice longa, subalbida, minoris digiti crassitudine, gustu amara. Errant itaque qui Anemonem esse arbitrantur, quòd folia eius, quæ Coriandri sunt, euidentissimè reclamant. Nos Rhœadis vtriusque picturas damus. Vnius atque ad eòdè primi, quod Erucæ folia habet, alterius quod Cichorij.

Papauer  
rubeū non  
est Anemone.

LOCVS.

Nascitur in aruis & segetibus passim.

TEMPVS.

Vere & æstate dum frumenta messē appetūt, floret: quo etiam tempore decerpitur.

TEM



## TEMPERAMENTVM.

Refrigerat, vt alia genera Papaueris.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Huius Papaueris quinque sexve capita cum tribus vini ciathis decocta donec ad duas reducatur, potui dabis quibus somnum accersere volueris. Semen acetabuli mensura cum aqua mulsa potum, aluum leniter emollit. Ad idem prestandum mellitis & dulciariis immiscetur. Folia cum calycibus illita inflammationes sanant. Eorundem perfusione & fotu somnus allicitur.

## EX GALENO.

Papauer quoddam Rheas nuncupatur, quod scilicet celeriter flos eius defluat. Huius semen validius refrigerat, ita vt nequaquam eo quis innoxie solo uti possit, veluti satiuo melli admiscens. Admodum vero ita sumptum somnum conciliat. Sed & pusillum eius inspergunt iis quae ex melle conficiuntur bellariis, placentis & panibus.

## EX PLINIO.

Aluum exinaniant capita quinque decocta in vini tribus heminis: pota somnum faciunt.

## EX RECENTIORIBVS.

Sacro igni medetur. Mulierum menstrua profluvia compefcit. Sanguinem e naribus fluentem iccori impositum sistit. Lingua ex decocto eius lota, ardorem faucium sanat. Pudendorum tumores detumescere facit. Temporibus illitum, phreneticis somnum conciliat.

PLANTARVM HISTORIAE

conciat. Calidos oculorum dolores linteo impositū  
mitigat. Vnde rursus omnibus liquet, Papauer hoc  
rubrum nō esse Anemonem, quōd scilicet hęc ipsa  
contrarias planè facultates obtineat.

DE MECONE SATIVO.

CAP. CXCVI.

NOMINA.

manuscript  
hinc ruyt

**M**ήκων ήμωρος græcè, Papauer sativum la-  
tinè dicitur. Officina antiquum nomen re-  
tinuerunt. Germanicè Magsfomen oder Man,  
(Gallicè Du Pavot) vocatur. Dictū autem Græ-  
cis μήκων à μη ἔγωγεῖν, hoc est, non ministrando,  
quòd suis fungi muniis vescentes non patiatur.

Mecō qua  
re appelle-  
tur.

GENERA.

Sativi Papaveris duplex genus, album videlicet  
cuius flos & semen candidum: & nigrum, quod se-  
mine nigro constat. Nos utrunque genus vna pictu-  
ra complexi sumus.

FORMA.

Foliis constat longis, per ambitum serratis, nullōs  
que pediculo cauli adherentibus: floribus vel can-  
didis, vel ex candido leniter purpureis: capitibus  
oblongis, in quibus semen atrum vel candidum.

LOCVS.

Passim in hortis satum provenit.

TEMPVS.

Aestate floret, ac subinde semen profert.

TEMPERAMENTVM.

Refrigerat.

Refrigerat, sicut omnia alia Papaueris genera  
in quarto ordine.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Communis ipsis refrigerandi vis est: proinde fo-  
lia & capita in aqua decocta fotu somnum accera-  
sunt. Bibitur & decoctum contra vigilias. Capita  
trita & cum polenta cataplasmatibus mixta, igni-  
bus sacris & inflammationibus prosunt. Oportet  
autem viridia ipsa tundere, & in pastillos confor-  
mare, siccatosque reponere ac vti. Capita per se e-  
tiam ad dimidias in aqua decocta, dein iterum cū  
melle dum humor densetur crassescatque decocta,  
eclegma medicamentum efficiunt, dolorem mitigās  
in tussi, fluxionibus arteria, & celiacis affectioni-  
bus. Efficacius redditur adiecto Hypocistidis suc-  
co & Acacia. Papaueris nigri semen tritum cum  
vino bibitur contra fluxiones alui & feminarum  
profluvia. In pervigiliis fronti temporibusque cum  
aqua illinitur. Eiusdem liquor plus refrigerat, in-  
spissat, siccātque. Erui quantitate sumptus dolorem  
leuat, somnum conciliat & concoquit. Tussi atque  
celiacis affectibus auxiliatur. Maiori autem copia  
haustus nocet, lethargicos efficiens, & interimit.  
Ad dolores capitis cum rosaceo perfusus facit. Au-  
res dolentibus cum amygdalino, myrrha & croco  
instillatur. In oculorum inflammationibus cum to-  
sto oui uteo & croco. Igni sacro & vulneribus  
cum aceto, podagris cum lacte mulieris & croco,

PLANTARVM HISTORIAE

*Sedi pro balano subditus, somnum allicit.*

EX GALENO.

Satiui Papaueris semen panibus utiliter ceu dulciarium inaspergitur, nõ secus ac Sesamum. Candidius nigriore præstat, vimq; refrigerandi habet, iudeoq; somnificum est. Si verò liberalius sumatur, soporem etiam inducet, a greq; concoquetur. Tussim præterea ex thorace & pulmone compefcit. Cõfert aduersus tenues ex capite destillationes. Corpori nullum notatu dignum exhibet nutrimentum.

EX PLINIO.

Cãdidi semen tostum in secunda mensa cũ melle apud antiquos edebatur. Calyx ipse teritur & bibitur somni causa. Semen elephãtis medetur. E nigro Papauere lacteus succus scapo inciso exprimitur, qui desatur, & in pastilles tritus in umbra siccatatur, non vi soporifera modò, verùm si copiosior hauriatur, etiam mortifera per somnum: opion vocant. Semine eius trito in pastillos, è lacte vtuntur ad somnum. Item ad capitis dolores cum rosaceo. Cum his aurium dolori instillatum. Podagris illitur cum lacte mulierum. Sic & foliis ipsis vtuntur ad sacros ignes. Item vulnera cũ aceto. Ego tamen damnauerim, collyriis addi, multoq; magis quas vocant lexipyretas, quasq; pepticas & coeliacas. Nigrum tamen coeliacis in vino datur.

EX SIMEONE SETHI.

Melius est albũ quàm nigrum. Somnificam vim habet,

habet, & difficilis est cōcoctionis, parumq; nutrit.  
 Si autem cū melle edatur, semini genitali adiicit.  
 Prodest & thoraci, & asperæ arteriæ, ac tussi. Vē-  
 trem sistit, etsi quidā falso putauerunt ipsum mouē-  
 re, cū contrariam habeat vim. Lædit caput, si co-  
 piosius sumatur, itemq; aggrauat. Sunt qui ipsum  
 conterunt, & vigilantium fronti imponunt, in hoc  
 vt somnum conciliet. Cæterum uigrum Papauer fri-  
 gidius est, & magis somniferum, adeò vt si quis co-  
 immodicè vtatur, somno profundo similiter lethar-  
 gicis capiatur. Cum rosaceo impositum capiti eius-  
 dem dolores à calore ortos sanat. Dicitur etiã quòd  
 illitum cum lacte muliebri & croco, podagricos iu-  
 uet. Huius lachryma venenum est. Nigri autem  
 succus est vocatum opium.

## DE MECONE CERATITE.

## CAP. CXC VII.

In Papauere corniculato mirum cur Dio-  
 scorides omiserit rictum, ceu colabri in-  
 summa siliqua conspicuum, notam pla-  
 nè illustrem.

NOMINA. *Geel mancop fact*

**M**ήκων κεράτις Græcis, Papauer cornicu-  
 latum Latinis, officinis Papauer cornutum, Papauer  
 Germanis Gelbolmagen appellatur. Cornicula cornuti-  
 tum à fructu quem producit, cornu modo inflexo,  
 nominatum est.

## FORMA.

N ij

Folia

## PLANTARVM HISTORIAE

Folia habet candida, hirsuta, Verbasco similia, per ambitū Papaueris sylvestris modo serrata: caulem etiam similem, florem luteum pallidum ve. fructum paruum vt cornu inflexum, scenigraci corniculo similem, vnde & nomen inuenit. Semen pusillum, nigrum quale Papaueris. Radicem in superficie terrae haerentem, nigram, crassam.

### LOCVS.

Dioscorides in maritimis & asperis locis pronea nire ait. In Germania tamen nostra non nisi satum fuerit, nascitur.

### TEMPVS.

Iunio floret mense: Semen autem circa messes legitur.

### TEMPERAMENTVM.

Calidum & siccum esse facultates eius, & in gustu nitrositas, satis ostendunt.

### VIRE. EX DIOSCORIDE.

Radix ad dimidias cocta in aqua & pota, ischiadas, & iecinoris affectus sanare potest. His etiam qui crassas & araneosas faciunt vrinas prodest. Semen acetabuli mensura cum aqua mulsa potum, alium leniter purgat. Folia praeterea floresque cum oleo illita crustas emarginant. Eadem inuncta iumentorum argema ac nubeculas emendant.

### EX GALENO.

Papauer corniculatum nominatum quidem est à fructu leuem inuersionem habente, veluti & scenigracum,



numgracum, vt bonis cornu simile esse videatur. Vm habet incidendi & abstergendi. Proinde radix herba in aqua decocta ad dimidium, iecinoris affectus adiuvat. Folia & flores, sordida admodum & maligna vlcera iuuant. Sed ab his abstinere oportet vlceribus iam purgatis: adeo enim abstergere valent, vt & pura quoque carnis nonnihil eliquent. Hoc facultatum robore non sordes duntaxat, sed & crustam vlceribus detrahit.

## EX PLINIO.

Semen aluum purgat dimidio acetabulo in mulso. Folia trita cum oleo, argemas iumentorum sanant. Radix acetabuli mensura cocta in duobus sextariis ad dimidias, datur ad lumborum vitia & iecinoris. Carbunculis medentur ex melle folia.

## DE MORO. CAP. CXCVIII.

NOMINA. *mora. 6. ff. 2. Boon*

**M**ορῶν, ἢ στυγῶν, μύρια Græcis, Morus Laticinis, officinis & vulgaribus herbariis Morus celsi, Germanis Maulberbaum, (Gallis Vn celsi, Meurier) appellatur.

## FORMA.

Morus arbor notior est quam vt describi desideret. Folia autem rotunda ferè habet, nisi quod in summo sint acuminata, & extremitatibus serrata, et ad Methæ hortensis primi & secundi generis folia accedentia. Flores lanugineos, fructum statim ab ortu candidum, cum pubescit rubrum, vbi maturuit

PLANTARVM HISTORIAE

atru. Non est certè silentio transeundū, quòd Mori  
 foliis quadraginta ferè diebus à Vergiliarum exor  
 Seres verè tu vsq; ad solstitium pasti vermiculi, qui s'aptes græ  
 miculi vñ cis, latinis bombyces ac Seres nominantur, sericeum  
 de nutriã vellus, quo turgēt vterus, pedibus explicantes cõfi  
 tur, & eo ciunt: nulla enim in re alia natura sagacior depres  
 rüdem mi hēditur, nec ars aliquid ab iis accepisse videbitur,  
 rãda me- in quo ingeniosius laborauerit, si tam multas dū id  
 tamor= vellus perficitur naturæ mutationes, & artis dū ad  
 phosis. vitæ vsum disponitur, labores æstimemus. Appetens  
 te siquidem verè oua, pisciū ouis haud dissimilia,  
 linteolo chartæcæ adhescentia, quæ proximo au  
 tumno produxerunt, radiis solis exponuntur, aut ca  
 lido in loco, hypocausto nimirum, seruãtur. Quo fit  
 vt vermiculi excludantur exigui, qui mox Mori fo  
 liis nutriuntur, quoad grandiores facti fuerint: tum  
 statim penulæ cuiq; chartacæ, vel potius inuolu  
 cra conficiuntur, quibus inclusi mirabili naturæ ope  
 re lanitio sese inuoluunt, ac congesto glomeri se cõ  
 dentes, postquam suū nendi obierunt munus emoriunt  
 tur, adeò vt semestris tantum illis apud nos vitæ  
 sit. Mortuis testacea subinde tunica inducitur,  
 qua aliquot diebus obducti reuiuiscunt, ac ascitis  
 sibi alis in volucres papiliones degenerant, qui as  
 siduè inuicem incidentes cocuntésque, tandem re  
 lictis ouis milü forma & colore, quibus sua rediuit  
 ua proles sequente anno renascitur, iterum moriunt  
 tur, atque adeò cū nullius præterea sunt vsus abis  
 ciuntur.

ciuntur. Oua autem ad veris vsque initia seruatur.  
 Hanc mirificam metamorphosin quam non raro  
 summa cum admiratione ac delectatione sum con-  
 templatus, non potui non commemorare, quò stu-  
 diosis vermiculorum istorum qui Mori foliis pascun-  
 tur natura prorsus perspecta esset.

## LOCVS.

Nascitur in hortis quibusdam. Amat autem  
 in primis loca calida sabulosaq;. Gaudet fossione  
 & stercore.

## TEMPVS.

Novissima vrbanaum germinat, nec nisi exacto Morus  
 frigore, ob id dicta sapientissima arborum. Proinde sapientissi-  
 ci hanc germinare viderimus, frigus minimè ti-  
 ma arborum.

## TEMPERAMENTVM.

Immaturus Mori fructus vbi exaruerit admo-  
 di adstringit. Maturus autē mediocriter adstrin-  
 git. Cortex radicis arboris amaritudinis cuiusdā et  
 purgantis facultatis particeps est. Folia & germi-  
 na quodammodo media temperie inter adstriclio-  
 nem & purgatoriam facultatem sunt prædita.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Mori fructus aluum soluit. Facile corrumpitur.  
 Stomacho inimicus est. Præstat hoc idem eius suc-  
 cus. Decoctus autē æreo vase, aut isolatus, magis ad-  
 stringit. Admixto mellis exiguo, ad fluxiones, nomas  
 & tōsillarū inflāmationes facit. Augetur vis eius  
 adiecto scissibili alumine, galla, croco & myrrha, itē

Nij tam

PLANTARVM HISTORIAE

tamaricis semine, iride & thure. Mora verò imma-  
tura sicca tusaq; Rhois vice opsonis miscentur, &  
coeliacos iuuant. Radicis cortex decoctus in aqua  
& potus aluum soluit. Latos ventris lumbricos ex-  
pellit: iis quoq; auxiliatur qui aconitum hauserūt.  
Folia trita & cū oleo illita, ambustis igne meden-  
tur. Decocta in aqua cœlesti cum vitis & nigrae  
fici foliis capillos tingunt. Succus foliorum cyathi  
mensura potus, phalangiorum moribus auxiliatur.  
Corticis & foliorum decocto colluuntur vtiliter in  
dolore dentes. Colligitur per messem succus, circū-  
fossa & secta radice arboris: inuenitur enim postri-  
die concretus, qui in dolore dentium vtilis est. Tu-  
bercula discutit, & aluum purgat.

EX GALENO.

Mori fructus maturus ventrem quidem subducit:  
immaturus arefactus medicamentum fit satis con-  
stringens, ad eò vt ad dysenterias & coeliacos affe-  
ctus, aliosq; omnes qui ex fluxionū sunt genere effi-  
cax sit. Cōtunditur autem & opsonis miscetur, ve-  
luti Rhois fructus: aut si cui ita videatur, ex aqua  
aut vino bibitur. Porro quòd maturorum succus ad  
stomatica medicamenta sit vtilis, propter eam vis  
delicet quæ inest illi adstrictionem, neminem lae-  
tet. Præterea ad alia cōplura particularia, quæ me-  
diocrem poscunt adstrictionem, cōpetit. At imma-  
tura præter acerbicatem aciditate etiam partici-  
pant. Tota quoque arbor in omnibus suis partibus  
mistama

mistam aliquam obtinere facultatem ex constringente & purgante compositam videtur. Attamen in radice cortice purgatoria cum quadam amaritudine exuperat, adeo, vt & latum lumbricum interficiat. In aliis autem partibus constringens vincit. In foliis tamen & germinibus media quodammodo cōprimētis & subducentis facultas est. Cæterum mora vbi in ventriculum purum, & prima fuerint ingesta, citissimè per intestina transeunt, et aliis cibis suo veluti ductu viam struunt. Verum secundo loco assumpta, aut prauum in ventre humorem inuenientia, celerrimè aliis vnà cum cibis corrumpuntur, extraneam quandam atque inexplicabilem corruptelam inducētia similiter Cucurbitis. Tametsi enim fugacibus hæc omnia sint esculentis innocētiora, corruptione tamen nisi velociter deorsum concedant, non secus ac Pepones, vitiantur. Porro quando ventriculi os squalidum calidumq; erit, tum sicut peponibus, ita & moris vtendum. Tale nãque iecur etiam tunc esse necesse est. Immatura Mora ab arbore decerpta, siccataq; in hyemen reponunt, vt sibi medicamen ex ijs parent, vtile ad dysenteriam, aluiq; diuturnum florem persanandum. Quod quidem facile descendant fortè eis vsuuenit sola substantia humiditate & lubricitate, fortè etiã admistione acrioris facultatis, que stimulanda ad excretionē aluo sit satis. Nam adstringens qualitas adeo nihil ad deiectionem opitulatur, vt etiã reprimere

PLANTARVM HISTORIAE

reprimere stipareq; sit nata. Proinde Moris exigua  
 quandam eius facultatis portiunculam inesse cōi-  
 cio, cuius permagna in purgantibus medicamentis  
 habetur: quæ facit non solum vt facile deiciantur,  
 verum etiam vt diutius morata in ventre corrumpantur.  
 Quod si corruptionē effugiant, omnino quidem humectant,  
 sed non plane refrigerant, nisi frigida accipiantur.  
 Parcissimè corpus alunt, similiter vt Pepones, haud tamen vomitum cient, nec  
 stomacho vt illi aduersantur.

DE MYRRHIDE CAP. CXCI.

*W. A. ficus* Myrrhis etiam in segetibus nobis frequēs.

NOMINA.

**Cicutaria** **M**ύρρη, ἢ μύρρα Græcis, Myrrhis latinis,  
 vulgaribus herbariis Cicutaria, quod scilicet  
 caule & foliis Cicutæ similima sit. Hac simili-  
 tudine quidam decepti, veram esse Cicutam putauerunt,  
 cum tamē ab ea, viribus potissimum, diuersissima sit.  
 Germanis Vuilderkorffel appellatur.

Error de  
 duplici  
 Cicutæ.

FORMA.

Cicutæ caule & foliis similis est, radicē obtinet  
 longam, teneram, rotundam, odoratam, in cibo non  
 insuauem. Hæc tota Dioscoridis delineatio, nulla  
 prorsus reclamante nota, herbæ cuius effigiem da-  
 mus pictam suffragatur. Siquidem caule striato, fo-  
 liis & flore Cicutæ similima est, adeo vt eam non  
 nulli à Cicutâ discernere nesciāt. Radicem etiā ha-  
 bet longam, teneram, rotundam, cibo incundam &  
 odoratam.



## LOCVS.

*Passim in hortis & pratis nonnullis prouenit.*

## TEMPVS.

*Maio mense loca in quibus nascitur huius floribus quasi candicant.*

## TEMPERAMENTVM.

*Ex secundo est ordine excalfacientium, adiuncta partium tenuitate.*

## VIRE S. EX DIOSCORIDE.

*Phalangiorum morsibus radix Myrrhidis succurrit cum vino pota. Menses purgat & secundas educit. Coëta in sorbitione tabidis utiliter datur. Ferunt præterea aliqui eam bis terte die potam ex vino in pestilentialibus constitutionibus, à morbo seruare incolumes.*

## EX GALENO.

*Radix eius menses mouet, quæq; in thorace & pulmone sunt expurgat.*

## EX PLINIO.

*Cit menstrua & partus cum vino. Aiunt quoq; eandem potam in pestilentia salutarem esse. Subuenit et phthisicis in sorbitione. Auiditatem cibi facit. Phalangiorum morsus restringit. Ulcera quoque in facie aut capite succus eius in aqua triduo maceratus sanat.* DE MELILOTO. CAP. CC.

*Ab utraque tua Meliloto nostra est diuersa, & odoris gratia nobis iucundissima, ut etiam cubicula præsertim dum recens est,*

aut

PLANTARVM HISTORIAE

Stenclanua  
d'fra vranvocy  
s'gorenberb

aut etiam dum cœlum fit æstate pluuium,  
odore grato repleat.

NOMINA.

**M**ελίλωτος Græci, Melilotus, Sertula cam-  
pana, & Corona regia latinis dicitur. Meli-  
Sertula loti nomen officina retinuerunt. Sertulam verò di-  
cur dicta. xerunt, quod flos eius coronamentis dicatus sit, &  
quia ex ea antiquitus corona & sertula factitata  
Corona sint. Coronam autem regiam, quoniam luteis flori-  
regia. bus supernè coronetur.

GENERA.

**Vulgaris** Tria Meliloti hodie faciunt genera. Primum vul-  
**Melilo-** garem, statim à radice fruticosam, cubitalem folio  
**tus.** scenigræci minuto ac lentè simbriato, flosculo lu-  
teo, odoris suavis, tereti per ramos diffuso semine.  
**Primum** Hoc quanquam tertio generi, quod nos verum esse  
genus non putamus, foliis & floribus simile sit, tamen cū nul-  
est vera lam gustu præ se ferat adstrictionem, quàm summè  
**Melilotus.** requirunt Dioscorides, Galenus, & alii veteres me-  
dici, & præter amaritudinem haud exiguam acri-  
moniam habeat, sit vt inter Melilotos, meo quidem  
iudicio, rectè cõnumerari non possit. Hinc est quòd  
nos infra, hanc alio nomine dignati sumus, Saxifra-  
gamq; luteam appellauerimus. Alterum aspectu ca-  
no, Croci flore, foliis Trifolii, minutissimis, vt paulò  
**Germani-** post fusius dicemus. Hoc sanè genus nos Melilotum  
**ca Melilo** germanicam vocauimus, quòd illa, & non prior in  
**tus.** Germania nostra pro vera Meliloto sit vsurpanda,

ob adstrictionē illā manifestam quam gustu præfert. Accedūt folia quæ pingua sunt, & flores Croci colorem referentes, quos Dioscorides requirit. Sēntentiam nostram cōfirmat antiquus manuscriptus herbarius, qui hanc pro Meliloto pingit. Neq; obstat quōd hæc herba non admodum odorata sit: fatemur enim non esse laudatissimam Melilotum, sed eam quam Germania nostra profert. Nam quum Plinio lib. xxi. cap. xi. teste, Melilotus ubique nascatur, suam quæuis habeat ferè regio necesse est. Nichil igitur mirum si huic herbæ non adsint singule notæ, quas illi veteres græci & latini attribuunt. Satis autem est ei mistam quandam, nempe adstringentem & digerentem inesse facultatem, haud secus quàm optimæ. Germani hanc herbā nominant Vnser frauuen schuchlin, vel Vuilden kl. e (Galli Du Melilot.) Tertium genus nos optimam & legitimam esse arbitramur Melilotū, quā nos maioris discriminis causa Italicam nuncupauimus, quōd mos sit patriæ Germaniæ nostræ omnia ferè peregrina vocare Italica. Germa. itaque haud ineptè Vuelscher Steinklee nominabitur.

## FORMA.

Vulgaris Meliloti descriptionem inuenies suo loco. Germanica, herba est humilis, palmi altitudine, folio pratensis Trifolii, pingui & cano, flore pisi, minore tamē, luteo, semine in siliquis, radice rufa. Italica, quam è Campania allatam in Germaniā arbitror,

in herbis quartū  
quæ rōm p̄  
sunt lantæ

Italica  
Melilotus

PLANTARVM HISTORIAE

bitror, caulem habet subrufum, rotundum, foliū fe-  
nigræci, in ambitu serratum, flore luteo, odorato, se-  
mine in siliqua lunata, vt pictura luculenter ostendit.  
Tota etiam herba odorata est, vt hinc etiā con-  
iicere liceat veram esse Melilotum.

LOCVS.

Germanica passim in pratis Germania, monto-  
sis potissimum, nascitur. Italica in Germania, nisi  
sata fuerit, non prouenit. In Campania verò circa  
Nolam, Dioscoride teste, copiosè nascitur.

TEMPVS.

Floret ferè per integram æstatem vtrumque ge-  
nus. Siliquas tamen in fine Iulii & Augusto mens-  
se proferunt.

TEMPERAMENTVM.

Mixta est facultatis: habet enim quiddam ad-  
stringens, sed & discutit & maturat: copiosior e-  
nim in ea est substantia calida quàm frigida.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Melilotus adstringendi facultatem obtinet. Mol-  
lit omnes inflammationes, præcipuè autem oculor-  
um, vteri sedis & testium in passo decocta &  
illita. Aliquando autè addito oui luteo assato, aut  
fenigræci farina, aut lini semine, aut polline mola-  
rio, aut capitulis Papaueris, aut Intybo recentes  
meliceridas por se cum aqua, & achoras cū cre-  
ta Chia, et vino aut galla illita sanat. Stomachi do-  
lorem cum vino cocta, & cruda cum antedictis lee-  
uat.

uat. Aurium etiam dolores cruda expressus succus,  
& cum passo instillatus sedat. Capitis dolorem le-  
nit, cum aceto & rosaceo inspersa.

## EX PLINIO.

Melilotos oculis medetur cū lacte, aut cum lini  
semine. Maxillarū quoq; dolores lenit, et capitis cū  
rosacco: itē aurium è passo, quæq; in manibus intume-  
scunt vel erumpunt. Stomachi dolores in vino de-  
cocta, vel cruda tritaq;. Idē effectus est ad vulvas.  
Testes verò & sedē prociđuā, quæq; ibi sunt vitia,  
recens ex aqua decocta, vel ex passo. Adiecto rosa-  
ceo illinuntur ad carcinomata. Deferuescit in vino  
dulci. Peculiariter & cōtra meliceridas efficac.

## DE MANDRAGORA. CAP. CCI.

## NOMINA.

αλκυον

**M**ανδραγόρας, ἡ κρυφαία Græcis, αὐθρο-  
πώμορπος Pythagoræ, Latinis canina aut  
terrestris mālus, officinis Mandragora Germanis Circea.  
Alraun (Gal. Mandragore) dicitur. Qui Circe quare di-  
cēā vocarunt, nomen illi à Circe fecerūt, quoniā ēta Man-  
creditur radix eius ad amatoria cōducere. Pythago dragora.  
ras haud dubiè ab humana forma, quàm radix e. Anthro-  
pōmōrphos referre videtur, Anthropomorphon appellavit. morphos  
Hinc sumpta occasione, agyrtæ & impostores illi cur nomi-  
circūforanei radices humana effigie insignitas cir- nata.  
cūserunt, quas Mādragoras esse testātur, cū tamē Agyrtarū  
cōstet eas esse fictitias, & manu factas ex cānarū cōmētum.  
radicibus humana specie sculptis, & ostea plātatis.

Nascuntur

PLANTARVM HISTORIAE

Nascuntur autem subinde radice parua, quae res  
 presentant capillos, barbã, pectinis pilos, & ex terra  
 eum acquirunt colorem, vt radices esse appareant.  
 Sunt & alia multa quae nebulones illi fabulantur,  
 vt pecuniam ab imperitis extorqueant, quae com-  
 memorare in presentia nihil attinet. Terrestrẽ mã-  
 lum Romani dixerunt, quod mãla proferat, nec in-  
 altum vt reliquae arbores surgat.

Terre-  
 stris mã-  
 lus.

GENERA.

Duo Dioscoridi & Plinio Mandragora sunt ge-  
 nera. Mas candida est, μέλιον Græci vocant. Hu-  
 ius hic effigiem, citra tamen poma, quae habere non  
 potuimus, damus. Fœmina nigra, Græcis θριδάξ  
 κίος à similitudine foliorum appellata. Theophra-  
 stus tamen li. vi. de historia plantarum, ca. v. tertium  
 quoddam genus Mandragora constituere videtur:  
 cuius fructus sit μέλας, κρη̄ πρόγῳδης, κρη̄ ὀνέω-  
 δης τῷ χυμῷ, hoc est, niger, acinosus, & sapore  
 vinosus. Et nisi hoc genus à prioribus diuersum esse  
 statuas, discrepare inter se non leuiter Theophrastus  
 & Dioscoridem necesse est fatearis. Nam Dioscori-  
 des palam asserit poma priorum duorum generum  
 vitellis onorũ esse similia, & pallida: contra Theo-  
 phrastus nigra, acinosa, vt diximus, & sapore vino-  
 sa esse tradit. Accedit quod idem Theophrastus eo-  
 dem loco Mandragora caulem tribuat, perinde at-  
 que Plinius, quem Dioscorides penitus aufert: vt  
 hoc nomine necesse sit hæc omnia ad tertium hoc  
 genus

Mas.

Fœmina.

Locus

Theophra-

sti expli-

tu diffici-

lis.

genus



genus Mandragore refert, quod nos tamen infra  
inter Solani genera recensimus, ubi etiam eius pi-  
cturam offendes.

## FORMA.

Femina angustioribus & minoribus quam *Lac* *Femina*,  
Fluca foliis est, grauiter odoratis & virosis, per ter-  
ram sparsis, iuxtaq; folia pomis vitellis oui similib.  
pallidis, odoratis, in quibus semen quale pyri, radio-  
cibus magnis, binis ternisve, sibi inuicem implici-  
tis, in superficie nigris, intus candidis & crassi cor-  
ticis. Caulē verò nō fert. *Maris* folia sunt magna,  
candida, lata, lenia vt *Bete*. *Māla* duplo maiora  
quā femina, croci colore, cū aliqua grauitate odo-  
rata, quæ comedētes pastores quadantenus soporan-  
tur. Radix supradictæ similis, maior tamen candi-  
diorq; Orbata & hæc est caule.

## LOCVS.

Prouenit in syluis & umbrosis locis. Nunc in hor-  
tis etiā plātatur.

## TEMPERAMENTVM.

Mandragora vincentem habet facultatem refri-  
geratoriam, adeò vt tertii sit ordinis refrigerantiū.  
Veruntamen non nihil etiam caloris inest. & in po-  
mis humiditatis. Radicis cortex non tantūm refri-  
gerat, sed & desiccatur.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Succus colligitur è cortice recentis radicis tyjo &  
prælis subiecto, quem insolatū cū iam concreuerit,

PLANTARVM HISTORIAE

rit, in fictili vase reponere oportet. Colligitur itidē  
 ē pomis succus, ignavior tamen. Delibratur radicis  
 cortex, & traiectus lino ad vsum suspēditur. Quia  
 dam Mandragora radices in vino ad tertias deco-  
 quant, & traiectum per colum ius seruant, vtētes  
 cyathi vnius mensura in perwigiliis, & dolorib. &  
 in his quos sine doloris sensu facere aut vrere volue-  
 rint. Potus obolorū duorum pondere cum mulsā a-  
 qua Mandragora liquor, pituitam, nigramq; bilem  
 veratri modo purgat. Verū maiore copia potus vi-  
 tam adimit. Misceatur medicamētis ocularibus, &  
 iis quae dolores finiunt, pēsis quoq; emolliētibus. Per  
 se semioboli pondere appositus, menses & fetus tra-  
 hit. Sedi pro balneo subditus somnum facit. Radix  
 ebior emollire fertur, si senis horis cū eo decocta sit,  
 & in quā voluerit aliquis formam singi & forma-  
 ri facilem reddere. Folia recentia, oculorū & quas  
 vlcera excitant inflammationibus cum polenta il-  
 lita prosunt. Discutiunt eadem omnem duritiē, abs-  
 cessus, strumas, tuberculaq; quinq; aut sex diebus  
 leniter confricatu. Stigmata sine vlceratione de-  
 lent. Folia condita sale seruantur in eosdē vsus. Ra-  
 dix autē trita ex aceto ignibus sacris, & serpentū  
 iētibus ex melle aut oleo medetur. Strumas atque  
 tubercula ex aqua discit. Articulorum dolores cū  
 polenta scilat. Cōficitur citra cōfionem vini ē cor-  
 tice radicis. Ternae ninae in vini dulcis metretam  
 conticiuntur. Dantur ex eo terni cyathi, iis qui sca-  
 cari,

uari, aut vri debent, vt ante dictum est. Siquidē nullo tunc afficiuntur dolore, eò quòd somno quodam pressi torpescant. Mâla olfactu, & comesta soporē afferunt. Potest idem & eorum succus. Nimiis tamen eorundē vsus obmutescere facit. Semen malos rii potū vterum purgat, appositumq; cum sulphure ignem non experto rubra feeminarum profluvia sistit. Colligitur ex radice liquor, ea scarificata multifariâ, & eo quod erūpit, in cauū vas recepto. Est autē liquor succo efficacior. Sed nō ferunt omnibus locis liquorem radices, idq; experientia ostendit.

## EX GALENO.

Soporem conciliandi vim habent Mandragoræ poma. Radicis cortex valentissimus est, reliquum quod intus est imbecillum existit.

## EX PLINIO.

Succus fit & è mâlis et è cau'e, deciso cacumine, et radice pūctis aperta aut decocta. utilis hæc vel surculo. Concisa quoque in orbiculos seruat in vino. Succus non vbique inuenitur, sed vbi potest, circa vindemias queritur. Odor grauis eius, sed radicis & mâli grauior. Mâla matura in sole siccantur. Succus ex iis sole densatur: item radicis tusa, vel in vino nigro ad tertias decocta. Folia seruatur in muriis efficacius, aliàs recētū succus pestis est: sic quoque vires noxiæ. Grauedinem afferūt etiam olfactu, quanquam mâla in aliis terris mandantur nimio tamen odore obmutescunt ignari. Potu quidē

O ij largiore

PLANTARVM HISTORIAE

largiore etiam moriuntur. Vis somnifica pro viribus  
bibentium. Media portio cyathi vnius. Bibitur &  
contra serpentes, & ante sectiones punctionesq; ne  
sentiantur. Ob hæc satis est aliquibus somnum odo-  
re quæfisso. Bibitur et pro Elleboro duobus obolis in  
mulso. Ad strumas radix Mandragoræ ex aqua bi-  
bitur. Articulis profunt folia cū polenta, vel radix  
recens tusa cum cucumere sylvestri, vel decocta in  
aqua. Cum cerato apostemata & vlcera tetra, fo-  
lia Mandragoræ recentia sanant. Radix vulnera  
cum melle aut oleo.

DE MALIS INSANIS.

CAP. CCII.

*melansina*

Poma amoris etiam hodie vulgò dicuntur,  
mala hæc insana.

NOMINA.

**Q**Uæ mala insana hodie appellatur, et à Nea-  
politani Melaxana, ab aliis amoris poma,  
à Germanis verò Melantzan (Gallicè  
Pomes d'Amours) num veteribus cognita fuerint  
asserere non ausim. Non latet tamen Hermolaus  
in Corollario suo in ea esse sententia, ut putet esse  
tertiam Mandragoræ speciem, quæ Niorion vocat.

*Mala insana* Quam tamen sententiã cur non probet, facit impropria  
na non sunt nisi Theophrastus qui lib. vi. de historia stirpium  
tertia Mela ca. ij. eius fructum esse nigrum, acinosumq; scribit,  
dragoræ qualia mala insana non sunt. Dein quod Morii frus-  
species. Etus letalis sit, mala verò insana minime, ut paulò  
post

pòst dicemus. Mala autem insana dicta sunt, non quòd letalia sint, sed quòd difficulter concoquatur. Mala insana cur  
 Amoris autem poma, quòd propter elegantiam & dicta.  
 pulchritudinem digna sint quæ amentur. Amoris  
 poma qua  
 re vocata.

## G E N E R A.

Duo sunt malorum insanorum genera. Aliqua enim purpurea ferè tota, aliqua verò lutea, aut candorem aliquem præ se ferentia. Primi generis poma Germanicè braun Melantz an, alterius autem, geel Melantz an vocantur.

## F O R M A.

Mala insana in frutice nascuntur, qui Personatiâ propemodum caule & foliis refert. Differunt autè huius folia à Personatiâ, quòd longiora, magisq; laciniata sint. Flores habet purpureos, speciosos, sex foliis è calatho stellatim radiatis, fructus oblongi mali forma & magnitudine, in quibus semen siliquaastro non dissimile. Radicem multis capillatam fibris luteâmq;.

## L O C V S.

In hortis apud nos seruntur, sed frequenter in stœtilibus & pensilibus fenestrarum hortis. Et eodè cultu quo cucumeres & melones gaudent.

## T E M P V S.

Floret Augusto & Septembre mensibus, ac subinde fructum profert.

## T E M P E R A M E N T V M.

In his malis haud dubiè ut in cucumere esculentis aut fungo, frigida & humida temperies superat.

PIANTARVM HISTORIAE  
VIRE S.

Nullū, quòd sciā, in medicina vsū habent. Edū-  
tur autē à nonnullis ex oleo, sale & pipere fungorū  
modo cocta. Alii vbi paululū inferbuerūt igni, in or-  
biculos vel talcolas digerunt, & in acetariis ex o-  
leo, vel pipere & aceto comedunt. Salgamarij in  
muria acida seruant, cibo per hyemē & ver ori gra-  
to, sed tamen qui agrius cōcoquatur. Quid multa?  
delicatorū & omnia digustare volentiū cibus est  
malū insanū. Quare qui sanitatis studio aliquo te-  
nētur, ū statim nomine ipso territi, vsū illorū cui-  
tabunt. DE NYMPHAEA. CAP. CCI. II.

NOMINA.

*p. Pompei vel  
3. v. b. c. m. y*

Nymphæa Grecis, Nymphaea latinis, officia-  
nis Nenuphar barbara voce nominatur. Ger-  
manis Seeblum, Vuassermahen (Gallicè Blac  
d'eau, ou Iaulnet d'eau.) Nymphaea autem nos-  
tra sibi vendicasse videtur, quòd aquosa amet lo-  
ca: vel, vt ex veterib. aliqui fabulati sunt, à Nym-  
pha, quæ zelotypia Herculis intabuit & mortua  
est, inq; palustrem hanc plantam mutata.

GENERA.

Duo eius genera. Vna enim à flore candido, Lilij  
simili, candida appellatur. Germanicè See-  
blumen. Altera itidem à floribus, qui lutei sunt, lu-  
tea nominatur, Germanicè geel seeblumen. Posse  
etiam radicibus discerni, cum prior nigra, alte-  
ra verò candida constet, adeò vt hoc nomine prima  
candida



candida, altera autem nigra diceretur. Multò verò consultius est à floribus, quam radice discrimen sumere, quòd illi nunquam non oculis expositi sint, radices autem non nisi effossæ intueri possint.

## FORMA.

Prima, folia Ciborio similia habet, minora tamè & longiora, quadantenus super aquam eminetia, aliqua tamen etiam sub aquis, plura ab vna radice proceduntia. Flos candidus, Lilio similis, in medio quòd croceum sit obtinès. Hic cū defloruerit rotundus, & malo circa ferentia, aut Papaueris capiti similis, colore niger fit. In quo sanè semen clauditur nigrum, latum, densum, gustu glutinosum. Caulis illi leuis, minimè crassus, niger, Aegyptiæ fabæ similis. Radix nigra, aspera, clauæ persimilis. Hæ singule notæ alteri Nenuphari vocato quadrat. Folio enim conspicitur orbiculato, læui, herbaceo, amplo, in stagnantibus aquis supernatante: flore candido, Lilio simili, in medio croceum habente, & cū defloruerit capite Papaueris, in quo semen latum, amarum, pingue. Caulis gracilis est et læuis. Radix nigra & ampla, dulcis, nodosa, clauæ formam representans. Altera folia antedictæ similia habet, sed radicem albam & asperam: flore luteum, splendentem, rosæ similem. Quæ itidem notæ in vniuersum omnes alteri Nenuphari, quæ luteis est floribus, respondent.

## LOCVS.

Nascitur in paludibus, & aquis stagnantibus.

PLANTARVM HISTORIAE  
TEMPVS.

Flores in fine Maij & Iunio mense colliguntur.  
Radices autem in autumno effodiuntur.

TEMPERAMENTVM.

Nymphææ tum radix, tum semen refrigerandis  
& citra morsum deficcandi vim obtinet.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Radix prioris sicca cum vino pota, coeliacis &  
dysentericis prodest. Lienem absunit. Stomachi ves  
sicæq; doloribus illinitur. Alphos ex aqua exterit. Alo  
pecias cum pice imposita sanat. Eadē contra Ve  
neris insomnia bibitur, siquidem ea comescit. Pau  
cis diebus, si quis cōtinuò bibat, genitale infirmit.  
Idem semen potum efficit. Alterius quæ lutea dici  
tur, radix & semen contra muliebria profluvia ex  
vino nigro bibuntur.

EX GALENO.

Nymphææ radix & semen, vëtris profluvia cohî  
bēt, semenq; genitale siue per somnia, siue alio pacto  
immodicè profluens retinent. Iuuant dysentericos.  
Ceterum Nymphæa quæ candidā radicem habet,  
potentioris est facultatis, vt & muliebri profluvio  
medcatur. Verum & hæc, & ea quoque quæ atrā  
habet radicem, ex vino nigro austero bibitur. Porrò  
nonnullā etiā abstergendi vim obtinent, ita vt al  
phos & alopecias sanēt. Ad alphos verò macerātur  
aqua, ad alopecias pice liquida. Sed ad hæc aptior  
est ea cuius radix nigra est, sicut ad alia, cuius alba.

## EX THEOPHRASTO.

Nymphæa trita plage imposita sanguinem sistere traditur. Vtilis et ad difficultates intestinorū pota.

## EX PLINIO.

Venerē in totū adimit Nymphæa, semel in qua draginta dies pota. Insomnia quoq; Veneris à ieiunio pota, et in cibo sumpta. Illita quoque radix genitibus, inhibet non solū Venerē, sed effluentia genitura: ob id corpus alere, vocemq; dicitur. Semen cum vino potū dysentericis auxilio est. Tenesmo radix eiusdem ex vino bibitur. In vino quoque pota lienem consumit. Dolores vesicæ sedat ex vino. Manantia sanat vlcera. Maculas omnes emēdat. Trita plagis imponitur. Vlceribus, priuatim iis quæ calcamento facta sunt, prodest arida infricata.

DE NAPY. CAP. CCIIII. *no skuteng*

## NOMINA.

**N**άψυ, ἢ σίνυσι Græcè, Sinapis & Sinapsi Latinè vocatur. Officina nomē retinuerunt. *Officina rū error.*  
 Perperam tamē faciunt, quòd altero genere pro Eruca, quam suo loco depinximus, vtuntur. Germanicè Zam oder Gartensenff (Gallicè Seneue) nominatur. Sinapis autem nomen è Græcia venit in Latium, censetq; dictum Athenæus libro nono vnde dicitur Dypnosoph. Sinapsi, ὅτι σίνετος τῆς ὠσῆς ὄν ἐτα. τῆ ὀδμῆ, hoc est, quòd olfactum luminibus officiat. Napy cur vocatum.  
 Pleraque Græcia Napy nominat, quasi Naphy, vt idem eodem in loco interpretatur, quoniam

PLANTARVM HISTORIAE

non sine natura sit, sed acri & proinde incommoda  
 donetur. Alii Napy per priuationem videlicet  $\nu\acute{\alpha}\text{-}$   
 $\tau\iota\omicron\nu$ , quasi immite dici volunt, quoniam acrimo-  
 nie vehementis particeps sit.

GENERA.

geelen hof  
 moster

Wu' hof most  
 at

Sinapis duo inueniuntur genera, foliis, floribus  
 & semine distantia. Primum siquidem genus rapi-  
 tiam frondem exprimit, floremq; luteū obtinet, ac  
 semen album profert. Nos à floribus luteis Germa-  
 nicè geelē Gartēienff nominauimus. Alterum in  
 Erucæ folium laciniatur, floréque albicante, &  
 semine vesco pulloque constat. Nos genus hoc ab  
 albicantibus floribus Vveissen Gartensensff ap-  
 pellauimus, vt esset huius aliqua ab Erucæ nomen-  
 clatura diuersitas, quam Germani simpliciter V-  
 ueissen Senff vocant.

FORMA.

Primum caulem habet hirsutum, longum, ramo-  
 sum, folia rapi, minoru tamen & asperiora, flores  
 luteos, siliquas rotundas ac hirsutas, plenas semine  
 candicante. Alterū genus itidem hirsuto caule præ-  
 ditum est, minore tamen, foliis Erucæ, maioribus ta-  
 men ac latioribus, laciniatis, floribus albicantibus,  
 crucisq; effigiem referentibus, siliquis teretibus &  
 oblongis, semine pullo rufescente ve refertis.

LOCVS.

Vtrumque in hortis satum procrenit. Et quamuis  
 nullo cultu plerunque germinet, terram tamē ara-

tata

tam & congestitiam magis amat.

## TEMPVS.

Floret vtrūque Iunio ac Iulio mensibus, eodē  
que tempore semen in siliquis suis profert.

## TEMPERAMENTVM.

Sinapi calefacit & desiccatur quarto ordine.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Calfaciendi, extenuandi & extrahendi vim ha-  
bet. Commanducatum capitis pituitam elicit. Suc-  
cus eius hydromeliti mixtus contra tonsillarū pra-  
duros tumores, ac veterem callosamq; arteria scab-  
ritiem conuenienter gargarizatur. Tritum nari-  
bus admotū, sternutamenta ciet. Comitialibus quo-  
que auxiliatur. Feminas vulua stragulatu oppres-  
sas excitat. Lethargicis, deverso capite, illinitur. Fis-  
cis ammissum & impositum donec rubescat locus,  
ad coxendicum cruciatus, lienes, & omnis generis  
diuturnos dolores confert, cum permutandae passio-  
nis causa ex alto in cutis superficiē aliquid trahere  
voluerimus. Alopecii illitum medetur. Faciem  
purgat. Sugillata cum melle, aut adipe, aut cerato  
delet. Ex aceto contra lepras, & feras impetigines  
perungitur. Aridum contra febrium circuitus bibi-  
tur, aut potui polentae modo inspersum. Extrahen-  
tibus emplastris, scabiemq; extenuantibus utiliter  
ammiſcetur. Grauitati aurium & sonitui, tritum  
cum sico impositum prodest. Succus ad hebetudines  
oculorum & palpebrarum scabritiem illinitur.

Exprie

PLANTARVM HISTORIAE

Exprimitur autem ex viridi adhuc semine succus,  
& in sole siccat.

EX PLINIO.

Synapi Pythagoras principatum habere ex his,  
quorum sublime vis feratur, iudicauit: quonia non  
aliud magis in nares & cerebrum penetret. Ad ser-  
pentium ictus & scorpionum tritum cum aceto il-  
linitur. Fungorum venena discutit. Contra pitui-  
tam tenetur in ore donec lique scat, aut gargariza-  
tur cum aqua mulsa. Ad dentium dolorem mandu-  
tur. Ad vnam gargarizatur cum aceto & melle.  
Stomacho vtilissimum contra omnia vitia, pulmo-  
nibusque. Excreationes faciles facit in cibo sum-  
ptum. Datur & suspiriosis. Item comitialibus tepi-  
dum cum succo cucumerum. Sensus atque sternu-  
tamenta capitis purgat, aluum mollit, menstrua &  
vrinam ciet, & hydropicis imponitur. Cum fico &  
cumino tusum ternis partibus comitiali morbo. Et  
vuluarum conuersionem suffitum excitat odore ac-  
ceto mixto. Item lethargicos: & si vehemētor som-  
nus lethargicos premat, cruribus aut etiam capiti  
illinitur cum fico & aceto. Veteres dolores thora-  
cis, lumborum, coxædicum, humerorum, & in qua-  
cūque parte corporis ex alto vitia extrahēda sunt,  
illitum caustica vi emendat pustulas faciendo. At  
in magna durtia sine fico impositum: vel si vehe-  
mentior vrigo timeatur, per duplices pannos. Vtū-  
tur ad alopecias cum rubrica, psoras, lepras, phthi-  
riases,



viases, tetanicos, opisthotonicos. Inungunt quoque scabras genas, aut caligantes oculos cum melle. Succus quoque tribus modis exprimitur in fictili, calefcitque in eo in sole modice. Exit & e cauliculo succus lateris, qui ita cum induruit, dentium dolori medetur. Semen ac radix cum immaduere musto, conteruntur, manusque plenae mensura sorbentur ad firmandas fauces, stomachum, oculos, caput sensuque omnes. Mulierum etiam lassitudines, saluberrimo medicinae genere. Calculos quoque discutit potum ex aceto. Allinitur & liuoribus sugillatisque cum melle & adipe anserino, aut cera Cypria. Fit & oleum ex semine madefacto in oleo expressoque, quo utuntur ad neruorum rigores, lumborumque & coxæ dicuntur perfrictiones.

## EX SIMEONE SETHI.

Sinapi vim habet dissoluendi & discutiendi humiditates quae in capite & stomacho sunt. Confert etiam lienis affectibus ab humiditate & flatu procreatis. Item quartanis morbis, qui ex adusta pituita contracti sunt: ad haec & podagris à pituita factis. Officit verò visui, & calido capiti, ac iccori. Aduuat concoctionem & distributionem ciborum crassarum partium. Minuit quae in ventriculo sunt humiditates. Allitum lepris, eas in melius mutat. Linguas etiam humiditate grauatas siccatur. Si cum melle sumatur, tusses resoluit. Cum caricis verò ischiadicis illitum, & licnosis utile est: trahit enim  
 qua

PLANTARVM HISTORIAE

que intus sunt ad corporis superficiem. Suffitum  
verò & incensum, serpentes fugat.

Oleander

DE NERIO. CAP. CCV.

NOMINA.

**N**ήριον, ἢ ῥοδόδαφνη, ἢ ῥοδόδακτυλον grae-  
cis, Nericon & Rhododendron latinis, offi-  
cinis & barbaris Oleander, Germanis Olander,  
Rhododa (Gallis Rosage, ou Rosagine) dicitur. Rhododa  
phne cur phnen autem Graeci dixerūt à rosæ floribus & Lau-  
dicta. ri foliis, que fruticis huius præcipue sunt nota. Nec  
refert quòd Dioscorides amygdalæ foliis eius folia  
comparauerit, lauro enim & amygdalæ non dissi-  
milis magnopere foliorum figura est. Fecit idem ro-  
Rhododē- se flos & arbor, vt eadem gens Rhododendrum no-  
dros qua- minauerit.

re.

FORMA.

Notus frutex, amygdalæ longiora & crassiora  
folia habens, florem rosarum figura, fructum amya-  
gdalæ similem, veluti cornu, qui dehiscens lanæa na-  
tura plenus est, pappis acanthinis simili. Radix illi  
est acuminata, longa, lignosa, gustanti salsa.

LOCVS.

Nascitur in hortis, maritimis, & secundum a-  
mnes locis.

TEMPVS.

Quo mense floribus & fructu prægnans sit Ne-  
rion, non satis constat: neq; enim vel flores vel fru-  
ctus eius nobis videre licuit. Hinc est quòd etiam  
pictura

piclura quam exhibemus iisdem carcat.

## TEMPERAMENTVM.

Nerium Arabes calcifacere in principio tertij ordinis, & in secundo siccare tradunt.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Flores & folia canes, asinos, mulos & quadrupes pedes plurimos enecant: haminum verò cum vino pota contra venenatorum morsus presidia salutaria sunt, presertim si ruta cõmiscueris. Infirmiora verò animantia, vt oues, capraeq; , si aquam biberint in qua folia eius maduerint, moriuntur.

## EX GALENO.

Nerium aut Rhododaphne notus omnibus est frutex. Foris quidem illitus discutiendi vim obtinet. Intrò autè in corpus assumptus, perniciosus ac venenosus non tantum hominibus, verumetiam plerisque pecudibus.

## EX PLINIO.

Rhododendros ne nomen quidem apud nos inuenit Latinum: Rhododaphnen vocant, aut Nerium. Mirum, folia eius quadrupedum venenum esse, homini verò contra serpentes presidium, ruta addita, & è vino pota. Pecus etiã & capra si aquã biberint in qua folia ea maduerint, mori dicuntur.

## DE OXYACANTHA. CAP. CCVI.

## NOMINA.

Berberis

ΟΞΥΑΚΑΝΘΟΣ Græcis, Oxycantha Latinis,  
 Officinis Berberis, Germanis Paisseloeer, Berberis.  
 Saurich,

PLANTARVM HISTORIAE

Saurich, Erbsel, Versich, (Gallis Espine vine-  
te, ou du Berberis) vocatur. Haud dubiè Græci  
Oxyacanthæ à spinarum acuminatis cuspidibus Oxyacantham  
dixērunt.

FORMA.

Sylvestri pyro similis arbor est, sed minor & ni-  
mis spinosa. Fructum fert Myrto similem, plenum  
cōfertūmve, rubetem, fractu facilem, intus nucleos  
habentem. Radicem multitudine & altam. Huius  
delineationis notæ, nulla prorsus reclamante, arbori  
quam vulgò Berberim barbara voce nomināt, ad-  
amūsim respondent. Nanque arbuscula est pyri  
sylvestris aspectu, sed humilior, ramis ex intervallo  
spinosis, folio lentè per ambitum aculeato, acinis  
rubentibus, in pediculo iuxta & racemo pendulis,  
gustu acido & subaustero, duobus intus granis, rae-  
dice numerosa.

LOCVS.

Multis nascitur locis, syluis nempe, frutetis, cam-  
pestribus, montanis, siccis & aquosis.

TEMPVS.

Germinat ineunte vere, ab occasu autem Vergi-  
liarum fructifera. Per Septēbrem itaq; ac Octobrē  
menses carpitur, campos sylvasq; exornans.

TEMPERAMENTVM.

Oxyacantha astringit & desiccatur, atque ad eò  
quorundam sententia frigida & sicca in secundo  
est ordine. Fructus tamen tenuium est partium, &  
paululum

paullulum quiddam incisuum habet.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Huius fructus potus & comestus, alui profluuiū,  
& muliebrē fluxū sistit. Radix trita & illita acue-  
leos & spicula extrahit. Abortum facere tradūt, si  
sensim venter ter radice feriatur aut perungatur.

EX GALENO.

Oxyacanthus arbor vt pyro syluestri similem ha-  
bet speciem, ita & facultates minimē dissimiles.  
Quin & ipsi fructus Pyri quidē syluestris prorsum  
atque absolutē austerus est, Oxyacāthes autem te-  
nuium partiū est, & modicē incidit. Porro arboris  
huius fructus, pyri syluestris similis nō est, sed Myr-  
ti potius fructui, rubēs scilicet & rarus. Habet ve-  
rō & nucleos. Ceterū nō tantū esus, sed & bibitus  
omnes fluxionum affectus cohibet atque sistit.

EX RECENTIORIBVS.

+ ad pōs  
videtur le-  
gēdum, vt  
est apud  
Dioscori.

E baccis vinum exprimitur eodem fere vsu, quo  
vinum ex malo punico. Condiuntur item acini vel  
melle vel saccharo ad restringendam sitim, depellē-  
damq; febricitātium malaciam, quorum morosum  
nimis palatum cibum ferre quemicūque respuit. Ea  
lāguescēs appetentia grato huius acore recreatur.

DE OSYRIDE. CAP. CCVII.

NOMINA.

Oξυρίς Græcis, Osyris Latinis, officinis Lina-  
ria, nonnullis herba vrinæ appellatur. Ger-  
manicē Fläschskraut, Lynkraut, Harnkraut,

PLANTARVM HISTORIAE

Linaria Unser frauuen flachsz, Vuild flachsz, kro-  
 quare di- tenflachsz, Nabelkraut. Linariam autem di-  
 Eta. xerunt recentiores à foliis quæ lini faciem referre  
 videntur.

FORMA.

Virgultum sarmentumve nigrum est Oſyris, te-  
 nues virgas lentasque habes. In quibus foliola sunt  
 terna, & quaterna, modo quina, interim & sena,  
 ceu Lini nigra initio, dein colore mutato subrube-  
 scentia. Iam si rem diligenter expendas, nullam  
 delineationis notã Oſyridi traditam, in Linaria di-  
 Eta hodie deesse reperies. Siquidem hæc cauliculis  
 fruticat nigricantibus, & qui ob suum lentore haur  
 facile franguntur, tenuibus, atris quoque foliis, Li-  
 ni facie. Concolori denique semine tantisper dum  
 maturescit, postquam ematuruit rubescente. Senes-  
 centes quoque ramuli nigritiã in ruborem vertunt.  
 His accedit antiqui & manuscripti herbarij testi-  
 monium, qui Linariam eam esse herbã tradit, quæ  
 Dioscoridi Oſyris dicitur, floremq; habere luteum in-  
 quit. Respondet etiam per omnia pictura.

LOCVS.

Passim in campestribus provenit.

TEMPVS.

Floret æstate tota & autumnno.

TEMPERAMENTVM.

Oſyridi amara inest qualitas, & obstructiones  
 apericendi, adeoque vt calida sit necesse est. Amara  
 nanque,



nāque, Galeno lib. iij. cap. x. de simpl. medicamen-  
 to. facult. teste, qualitate prædita, omnia calida sūt.  
 Sic etiam eodem authore lib. v. cap. xi. eiusdem tra-  
 ctationis, singula quæ poros & meatus expurgant,  
 ab infractūq; liberant medicamēta, calida sunt &  
 tenuium partium. Vehementer itaque errant, qui  
 Linariam frigidam & humidam esse asserunt. Et Linaria  
 certè præter ea quæ iam dicta sunt, vel hoc vno ar- <sup>nō est frigi-</sup>  
 gumento erraneam illorum sententiā confutare <sup>da-</sup>  
 omnium maxime licebit. Cū enim Linariæ vri-  
 nam mouendi facultatem inesse scribant vulgares  
 etiam herbarij, colligitur illam nō esse frigidam &  
 humidā, quando Galeno libro iam citato cap. xij.  
 attestante, omnia quæ urinam ducunt ex acriū at-  
 que adeo calidorum & siccerum sint genere.

## VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Huius decoctū potū morbo regio affectos iuuat.

## EX GALENO.

Oxyridi, ex qua medicamenta ad exterēdam le-  
 nigandamq; cutem, Græci  $\chi\rho\sigma\acute{\iota}\mu\alpha\tau\alpha$  vocant, fieri  
 solent, amara inest qualitas, & obstructiones expe-  
 diendi facultas. quare & in iecinore consistētes ob-  
 struções adiuuat.

$\chi\rho\sigma\acute{\iota}\mu\alpha\tau\alpha$  enim non solum scopas, vt qui <sup>Additio.</sup>  
 dam arbitratur, verumetiam  $\chi\rho\sigma\mu\eta\tau\alpha$ , Sui-  
 da & Phavorino testibus, hoc est, com-  
 proia & venustantia faciem medicamenta

PLANTARVM HISTORIAE

Græci dixerunt : è quorum sanè numero Osyris est, quæ cum amara sit, extergere etiam quæ sunt in corpore, facie potissimum, maculas potest. Hinc rectè Plinius ex eius foliis mulieribus, vtpote quæ plus aliis comere & venustare faciem solent, smegmata fieri tradit.

EX AETIO.

Osyris est herba subfruticosa, tenuibus virgulis, fractioni renitentibus, foliis Lino similibus, nigris primo, postea subrubescens, gustu amaris, vnde regio morbo conferunt.

EX PLINIO.

Smegmata mulieribus ex Osyridis foliis faciunt. Radicum decoctum potum, sanat arquatos. Eadem priusquam maturescit semen concisæ, & sole siccatæ, alui sistunt. Post maturitatem verò collectæ, & in sorbitione decoctæ, rheumatismis ventris medentur, & per se trita ex aqua cælesti bibuntur.

DE OCIMO. CAP. CCVIII.

NOMINA.

**O**κίμον Græcis, Ocimum Latinis, recentioribus Græcis βασιλικόν, id est, regium appellatur, quod nomen apud omnes nostræ etatis herbarios & officinas vsurpatur. Sunt tamen quibus Ocimum gariophyllatum nominetur. Germanicè Basilien, vel Basilgram, (Gallicè du Basilic) dicitur. Ocimum autem quibusdam à nascendi celeritate

*Basilien rhen  
indit hanc grot*

celeritate dictum est, siquidem à satù tertio statim die emicat. Quod verius Ocimo videtur cōuenire, quod pabuli & farraginis quoddam genus est, sic nominatum ab ὄκως Græca dictione, quæ citò significat. Proinde sunt qui significantius per  $\alpha$  scribendum ducant Oximū, ab ὄζω, quod redolere de-  
 notat, quoniam herba tota suavissimum spiret odorem. Ab eodem odore, quòd basilica & regia domo dignum sit, Basilicum hodie nuncupatur.

Oximum  
 cur dictū.  
 Basilicū.

## G E N E R A.

Sunt qui duo Ocimi cōmīscātur genera: vnum latiora folia habens, quod priuatim Basilicum: alterum angustiora, quod Ocimum gariophyllatum appellant. Nos tria tibi exhibemus ex vno promissæ semine nobis nata. Primū maioris discriminis ratione Ocimum exiguum, Germanicè Klein Basilien, nominauimus. Alterum mediocre, Germanicè Mittel Basilien. Tertium magnum, Germanicè grosz Basilien vocauimus. Neq; enim nisi foliis solis distare videntur, quæ in primo genere exigua admodum sunt, in altero vero paulo latiora, in tertio primi respectu latissima. Odor autē omnibus tribus vnus idemq; est.

## F O R M A.

Ocimum pedali altitudine profilit, surculo sum, ramulis rotundis, folio Mercurialis, diluti viroris. Floret particulatim, primò parte inferiore, deum superiore: flosculo candido, semine pullo nigrove,

PLANTARVM HISTORIAE

cui cortex obducitur. Radix vna descendit in altitudinem, crassior & lignosa, cetera à lateribus sunt duntur exiles ac prolixæ.

LOCVS.

Pasim in figulinis vasis mulieres extra fenestras ædium fouent Ocimum. In hortis etiam satū prouenit.

TEMPVS.

Iunio & Iulio mētib. floret, dein semē producit.

TEMPERAMENTVM.

Ocimum ex secundo est ordine calefacientium, cum excrementitia quadam humiditate.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Copiose comestum oculorum aciem hebetat, aluum emollit, flatus mouet, vrinam cit, lac euocat, ægreq; in ventre mutatur. Illitum cum polentæ farina, rosaceo & aceto, inflammationibus, mariniqu; draconis & scorpionis ictibus auxilio est. Per se autem cum vino Chio oculorum doloribus. Oculorum caligines succus eiusdem abstergit, eorundemque fluxiones exiccat. Semen potum quibus atra bilis gignitur, difficultati vrinæ, inflatisque conuenit. Olfactu per nares attractum, copiosa sternutamenta mouet. Quod idem herba efficit. Porro instante sternutamento oculos comprimere oportet. Sūt qui Ocimum cauent minimeq; comedūt, quandoquidē manducatum, & in sole positū vermes gignat. Libyes autem adiecerunt, quod si feriantur à scorpione qui Ocimum ederint, nullo dolore constictari.

## EX GALENO.

Ocimum excrementiam humiditatem habet, proinde nec commodum est quod in corpus sumatur. Ceterum foris illitum, ad digerendum & concoquendum utile est. Plerique hoc etiam ut opsonio vtuntur, ex oleo & gario offerentes. Vitiosioris autem succi est. Admentiuntur ob hoc quidam dicentes, si tritum sicili nouo indatur, celerrimè intra paucos dies scorpiones gignere, praesertim ubi quis quotidie ollam soli expositam calfecerit. Sed hoc sanè à vero abest. Id porro verè de eo dixeris, praui succi, stomacho inimicum, & concoctu pertinax olus esse.

## EX PLINIO.

Ocimum Chrysippus grauiter increpuit, inutile esse dicens stomacho, urinae, oculorum quoque claritati. Praeterea insaniam facere, & lethargos, & iecinoris vitia, ideoq; capras id aspernari: hominibus quoque fugiendum censet. Adiciunt quidam, tritum si operiatur lapide, scorpionem gignere: comman- ducatum, & in sole positum, vermes asferre. Alij vero, si eo die feriatur quispiam à scorpione, qui ediderit Ocimum, sanari non posse. Quinimò tradunt aliqui, manipulo Ocimi cum cancris decem martibus vel flumiatilibus trito, conuenire ad eum scorpiones à proximo omnes. Diodotus in empiricis, etiam pediculos facere Ocimi cibum. Secuta aetas acriter defendit, nã id esse capras, nec minus quã

PLANTARVM HISTORIAE

mētham & rutham scorpionū terrestrium ictibus,  
 marinorumque venenis mederi cū vino, addito ace-  
 to exiguo. Vsu quoque compertum, deficiētibus ex  
 aceto odoratum salutare esse. Item lethargicis, et  
 inflammatis refrigerationi. Illitum capitis dolori-  
 bus cum rosaceo, aut myrteo, aut aceto. Item oculo-  
 rum epiphoris impositum ex vino. Stomacho quoq;  
 esse vtile, inflationes & ructum ex aceto dissoluere  
 sumptum. Aluum sistere impositum. Vrinam ciere.  
 Sic & morbo regis & hydropicis prodesse. Chole-  
 ras eo & destillationes stomachi inhiberi. Ergo etiā  
 celiacis Philistio dedit, & coctum dysentericis &  
 colicis Plistonicus. Aliqui & in tenasmo, & san-  
 guinem excreantibus, in vino. Contra duritiā prae-  
 cordiorum illinitur mammis. Extīguit quoq; lactis  
 prouentum. Auribus vtilissimum infantium. prae-  
 cipuē cum ad pe anserino. Semen tritum & hanc  
 sum naribus, sternutamenta mouet, & destillatio-  
 nes capiti quoque illitū. Vuluas purgat in cibo ex  
 aceto. Verrucas mixto atramento sutorio tollit. Ven-  
 erem stimulat.

EX SIMEONE SETHI.

Basilica ocima olfacta cor & caput iuuant. Si  
 aqua irrigantur, humidiora sunt, & somnum con-  
 ciliant. Semen eorum cardiacis affectibus succur-  
 rit. Animi mœrorem ex atra bile ortam, in hilari-  
 tatem & letitiam mutat.

APPENDIX.

Vides



Vides in referendis Ocimi facultatibus non parum inter se dissentire Dioscoridem, Galeni & Plinium, ita vt vix pugnantes illorum sententias conciliare possis. Quare consultum erit vt hic, quem ad nodum in aliis etiam, Galeni amplectaris opinionem, qui quodammodo inter hos medius interiectus, commendat exteriorem eius usum in iis que σύμμιξις, καὶ διαφόρησις, id est, concoctione & discussionem desiderant: damnat verò internū ob excrementitium humorem quo grauat & ledit interanea. Et ad hunc etiam scopum respiciens, plerasque alias Dioscoridis & Plinij contradictiones tollere poteris.

DE ORIGANO. CAP. CCIX. *with mariolyn*  
NOMINA.

**O**ρίανος Græcis, Origanus vel Origanū Latinis, officinis nomen suum retinuit, Germanis Vuolgemut, Dosten, Braüdofté, vel bergmuntz, (Gallis Marioleine d'angleterre) nominatur. Origanum verò quòd montibus gaudeat Origanū appellatione apud Græcos inuenit, ἀπὸ τοῦ ὄρους, vnde dicitur id est, monte, & χαρῆς, gaudio. Herodianus quòd Etum, visum exacuat nomē duxisse testatur, ἀπὸ ἐπι- videre, & γὰρ clarifico, quasi aciem oculorum illustrans. Theodorus grammaticus nomen ex aduerso datū putat, ἀπὸ ἄριον, quod est algeo, fieri ἄριον, quasi rigens, censet, & tandem ascita litera principe, o, in Origanum esse confictum, contrario tamen sensu.

PLANTARVM HISTORIAE

sensu, quòd minimè refrigeret.

GENERA.

**Heracleoticum.** Origani genera seu rectius cognomina quatuor esse constat. Est enim Heracleoticum, Onitis, Tragoriganum, & sylvestre. Primū ab Heraclea Ponti dictum, cætera à pecoribus cognomenta desumpsferunt. Onitis, quòd ab asinis impeteretur, ac in Tragoriganum. Origanium, quasi hircinum, non alia forsitan ratione quàm quòd eius pabuli voluptate animal hoc carperetur. Sylvestre, quòd sine cultura, & sua sponte proueniat, cognominatum fuit. Ceterum quum in tanta cum nomenclationum, tum historiae ambiguitate varietateq; tam Graecorum quàm Latinorum non facile sit quicquam in solidum de his statuere, satis sit vnum genus, sylvestre nimirum & vulgare, pro omnibus pictum exhibere, quòd, vt Paulus ait, vt cūque nominibus distinguantur, vna tamen omnium sit facultas, adeoq; in re admodum incerta, multū òpera aut laboris temerè insumere minimè necessarium putavi.

FORMA.

**Vulgare.** Origani vulgare fruticulus est, tam foliis quàm ramis Serpyllo sylvestri similis, com ante supra cacumen umbella, in qua flores haud secus quàm in Serpyllo in albo purpurei, odore incundo præditi emicant. Ex qua sanè delineatione satis liquet, Origani hoc vulgare, Tragorigani, vel saltem eiusdè speciem

speciē quandā esse, quod hoc vt Dioscorides refert,  
foliis & ramulis syluestri Serpyllo simile existat.

## LOCVS.

Montibus cliuosisq; locis gaudet Origanum nos-  
trum, passimq; in his propter sepes nascitur.

## TEMPVS.

Floret Iulio mense.

## TEMPERAMENTVM.

Omnes Origani species, Galeno & Paulo testi-  
bus, calefaciunt & exiccant in tertio ordine.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Heracloticū excalescit, vnde decoctum eius cū  
vino potum venenatorum morsibus prodest: cum  
passo autem iis qui cicutam, aut meconium: cum o-  
xymelite iis qui gypsum aut ephemerum hausērūt.  
Ruptis, conuulsis, hydropicis cum fico manditur.  
Aridum acetabuli mensura potum cum aqua mul-  
sa, atros humores per aluum ducit, mensesque ciet.  
Linclum ex melle tussibus medetur. Pruriginis ite-  
dem, scabies, regiumque morbum, decoctum eius cū  
in balnea descensum est, iuuat. Succus eiusdem ad-  
huc virentis, tonsillas, columellas, orisque vlcera  
sanat. Per naues cum oleo irino infusus trahit.  
Cum lacte aurium dolores mitigat. Conficitur ex  
eo & cepis, & rhu opsoniorum vomitorium medi-  
camentum, omnibus iis in ere Cyprio sub Ca-  
nis ardenti aestu per quadraginta dies insolatis.  
Herba verò substrata serpentes fugat. Onitis  
eadem

PLANTARVM HISTORIAE

eadem quæ Heracleoticum Origanum præstat, non  
 tamen eadem efficacia. Sylvestre priuatim foliis et  
 floribus cum vino potis, venenatorum morsibus auxi-  
 liatur. Omnia autem Tragorigani genera calefa-  
 ciunt, urinam mouent, bonam faciunt aluum, si de-  
 coctum eius bibatur: biliosa enim deiciunt. Lieno-  
 sis cum aceto pota utilia: cum vino autem hi qui  
 Ixiam hauserunt. Menses ducunt. Tussientibus, pe-  
 ripneumoniacis, ex melle in eclegmate dantur. Est et  
 efficax potio, quare cibum fastidientibus, & stoma-  
 cho male affectis, & acida ructatibus datur. Item  
 † aliàs res † iis quibus † à maris iactatione nauſca, & hypo-  
 pletione. chondriorum calor excitatur. Oedemata cum polen-  
 ta illita discutunt.

EX GALENO.

Origanus Heracleotica efficacior est Onitide.  
 Sylvestris verò utraque valentior. Omnes autè in-  
 cidendi, extenuandi & calfaciendi facultatem ob-  
 tinent. Tragoriganus quippiam etiam adstrictio-  
 nis assumpsit.

EX PLINIO.

Origani priuatim vsus contra torsiones stomachi  
 in tepida aqua, & cruditates. Contra araneos scor-  
 pionisque in vino albo. Luxata & contusa in aceto  
 & oleo & lana. Tragoriganum urinam ciet, tumo-  
 res discutit, contra viscum potum viperæq; ictum  
 efficacissimum, stomachoque acida ructati & præ-  
 cordiis. Tussientibus quoque cum melle datur, &  
 pleuriticis.

pleuriticis, & peripneumonicis. Heracium serpentes fugat. Percussis esui datur decoctum. Potu vrinam ciēt. Ruptis, conuulsis medetur cū Panacis radice. Hydropicis cum fico, aut cum hyssopo, acetabuli mensuris decoctum ad sextam. Item scabiem, pruriginem, psoras, in descensione balnearum. Succus auribus infunditur cum lacte mulieris. Tonsillis quoque & vuis medetur. Capitis vlceribus. Venena opij & gypsi extinguit decoctum, si cū cinere & vino bibatur. Aluum mollit acetabuli mensura. Sugillatis illinitur. Item dentium dolori, quibus etiam & candorem facit cum melle & nitro. Sanguinem narium sistit. Ad parotidas decoquitur cū hordeacea farina. Ad arterias asperas cū gallo & melle teritur. Ad lienem folia cum melle & sale. Crassiores pituitas & nigras extenuat coctū cum aceto & sale sumptum paulatim. Regio morbo tritum cum oleo in nares infunditur. Lassi perunguntur ex eo, ita vt ne venter attingatur. Epinyctidas cum pice sanat. Furunculos aperit cum fico trita. Strumas cum oleo & aceto & farina hordeacea. Lateris dolores cum fico illitum. Fluxiones sanguinis in genitalibus tusum ex aceto illitū. Reliquias purgationum à partu.

## DE ORCHI. CAP. CCX.

## NOMINA.

**O**ρχις ἢ κυνὸς ὄρχις Græcis, Orchis et Cynos = Testiculus orchis Latinis, testiculus canis officinis, Ger = canis. manis

PLANTARVM HISTORIAE

Orchis manis Knabenkraut, (Gallis Du Satyrium) vocatur dicta. Orchis dicta hæc herba est, quod radices sicuti inuicem haud secus atque duo testiculi cohercant. Cynosorchis verò, quod canum testiculis similem radicem habeat.

GENERA.

Orcheos duo esse genera animaduertimus, marem nimirum & feminam. Mas in vniuersum maior quam femina proceriorque est, ut pictura ipsa pulchre declarat. Estq; duorum generum. Vnum latioribus foliis & candidantibus ferè floribus, quod Orchin marem latifoliam vocauimus. Alterum quod angustioribus foliis, & maculosis magis, floribusque, purpureis constat. Nos maioris discriminis rationem habentes, Orchin marem angustifoliam nuncupauimus. Femina itidem duorum est generum: vna enim maior, altera minor est, ut pictura satis demonstrat.

FORMA.

Folia habet circa caulem & ima eius parte per terram strata, oleæ molli similia, angustiora tamè, tenuia & longiora. Caulem dodrantali altitudine, in quo purpurei flores. Radicem bulbo similem, oblongam, duplicem, in modum oliuæ angustam, superiorem alteram, inferiorem alteram: & hanc quidem mollem ac rugosam, illam verò plenam.

LOCVS.

Nascitur locis, Dioscoride auctore petrosis et arenosis.

Orchis manis  
x myt. m. m. m.

Orchis manis

Orchis manis  
x myt. m. m. m.



noſis. In Germania certè noſtra in hortis & pratis,  
lociſq; ſabuloſis copioſè prouenit.

## TEMPVS.

In Maio & Iunij principio carpitur.

## TEMPERAMENTVM.

Radix eius maior calida & humida eſt, guſtan-  
tibusq; dulcior eſſe apparet. Minor admodum ela-  
borata eſt, ad calidius ſiccumq; tendit.

## VIREs. EX DIOSCORIDE.

Radix editur vt bulbus cocta. Fertur de ea, ſi  
maiores edat viri, mares generari: minore vero fe-  
mine, feminas. Addunt etiam in Theſſalia mulie-  
res paruam cum caprino lacte bibendam dare, vt ad  
venericam excitent: aridam vero ad inhibenda atque  
diſſipanda. Alterum etiam alterius potu reſolui.

## EX GALENO.

Radix maior Orchios multam videtur habere  
humiditatem excrementitiam & flatuoſam: quæ  
propter pota Venerem excitat. Altera vero, minor  
videlicet, contra non modo non ſtimulat ad coitum,  
ſed planè cohibet ac reprimis. Eduntur bulborum  
more aſſe.

## EX PLINIO.

Tumores & vitia partiũ earum erumpentia, cum  
polenta illita radix ſedat, vel per ſe trita. Eadẽ ex  
lacte ouillo neruos intendit, & ex aqua remittit.

## DE ORCHI SERAPIADE.

## CAP. CCXI.

PLANTARVM HISTORIAE  
NOMINA.

Orchis

**O**ρχις ὀρχιδῶσις, ἢ ῥιόρχις, Paulo & Aetio testib. Græcis dicitur. Orchis sine testiculus Serapias Latinis. Officinæ eius cognitione non habet. Germanicè Raguartz, (Gallice Espece de Satyrium qui a trois racines bulbues)

**Serapias** dicitur. Serapias autem ab Andrea medico ob mulquare dicitur. Sicut dicitur in Dioscorides, appellata est. Sicut dicitur in Dioscorides, appellata est. Sunt qui à Sarapi Alexandrinorum deo nominatam velint, propter lasciuia impudentem, qua is deus Canopi, ubi templum & cultu & religione excellens habebat, colebatur: de quo Strabo in xvij.

**Triorchis** sua geographiæ libro. Triorchis verò, manifesto ex cur dicitur ea appellatione argumèto, quod non duabus, sed tribus testiculatis radicib. in terra nitatur. Qua una quidè re faciliè à priorib. discriminatur Orchibus.

GENERA.

**Triorchis** Duo esse Orchis Serapiadis seu Triorchis genera, res ipsa satis monstrat. Etsi enim in foliis ac radicibus nihil aut parum discriminis habeant, tamen in floribus manifestè differre videntur. Nam alterum genus, quod nos marem vocauimus, florib. constat purpureis, & parumper albicantibus. Alterum verò, quod nos vt certius à priori discerneret, sceminam nominauimus, flores obtinet diuersis coloribus distinctos, purpureo videlicet, candido, viridi ac nigricante, inferioreq; parte fuci planè effigiem exhibent.

## FORMA.

Folia habet Porro similia, oblonga, latiora & pingua in alarum cauis inflexa. Cauliculos dodrantales, subpurpureos flores. Radicem minimis testiculis similem.

## LOCVS.

Prouenit in pratis & campestribus.

## TEMPVS.

In fine Maii mensis & initio Iunii hoc genus apparet, dein nusquam inueniri potest.

## TEMPERAMENTVM.

Valentius quam primo ordine exiccat.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Radix illita tumores disficiendi vim obtinet, atque vlcera expurgat. Herpetas cohibet. Fistulas abolet, inflammatione laborantia illita mitigat. Sicca nomas compescit, vlceraque putrescentia & maligna oris sanat. Cum vino pota aluum sistit. Feruntur de hac etiam quaecunque de Cynosorche dicta sunt.

## EX GAIENO.

Orchis Serapias ad Venerem non similiter accommodus est. Oedemata illitus discutit, & vlcera sordida purgat, & herpes sanat. Siccatu multo magis desiccatur, adeo ut & putrescentia contumaciaque vlcera sanet. Habet etiam quippiam subadstringens, ac proinde ventrem in vino potus sistit.

## EX PLINIO.

Eius radices sanant oris vlcera, thoracis pituitas, aluum sistunt in vino pota.

*Root: Saxifraga* PLANTARVM HISTORIAE  
DE OENANTHE. CAP. CCXII.  
NOMINA.

*Saxifraga rubra*  
*Oenathe*  
*Sta.*  
*Sta.*  
*Sta.*

**O**υνάνθη, ἢ λεύκωνθος Græcis, Oenanthe Latinis, Filipendula officinis, & Saxifraga rubra, Germanis Rot Steinbrech nominatur. Oenanthe autem dicta haud dubiè est quòd cum vino floreat, Leucanthon verò à florum quos producit candore. Filipendulam à numerosis illis & rotundis in radice capitibus tuberibusve, quæ quasi ex filo quodã pendere videntur, appellatam esse cõstat.

FORMA.

Folia Pastinacæ sylvestris habet, flores candidos, caulem crassum, dodrantalem, semen Atriplicis, radicem magnam, multa habentem capita rotunda. Ex qua descriptione palàm apparet, Oenanthem esse herbam, quam etas nostra Filipendulam vocat, quòd nulla prorsus sit nota quæ illi non conueniat. Foliis enim Pastinacæ erraticæ est, quæ planè eius herbe quæ vulgò Petroselinon hodie appellatur foliis similia sunt. Hinc est quòd in vulgaribus herbariis scribatur folia Petroselino similia habere: quamuis Staphylino legendum esse putem. Manuscriptus etiam herbarius Filipendulam folia Dauci agrestis habere tradit. Flores denique illi albi, caulis crassus, dodrantalis, Atriplicis semen. Radices quoque multa, quinque interdum aut sex, nonnunquam etiam plura capita rotunda, tanquam à filo pendentia, vt ait antiquus herbarius,

*rus,*

*vius, habentes: ita vt hinc esse Oenanthen abundè constet. Sed demus non esse, nihil tamen inde periculi erit, quòd scilicet Oenanthæ easdem quas Filipendula, sicut ex paulò pòst dicendis patebit, facultates obtineat.*

## LOCVS.

*Nascitur in petris & montibus asperis. Tubingæ certè in monte Austriaco nominato copiosissimè provenit, & in sylua non procul ab arce eius oppidi distante.*

## TEMPVS.

*Iunio mense floret, quo sanè tempore, quia facilè ex floribus agnoscitur, carpi potest. Radices tamen inter autumnii initia colligendæ erunt.*

## TEMPERAMENTVM.

*Amara admodum est Filipendula, ita vt non temerè hanc recentiores calidam & siccam in tertio ordine statuunt.*

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

*Oenanthæ semen, caulis & folia cum mulsò ad secundas eiiciendas bibuntur. Radix cum vino contra stranguriam conuenit.*

## EX PAVLO.

*Oenanthæ secundas eiicit, vrinæ stillicidio, morboque regio medetur.*

## EX PLINIO.

*Caulis eius & folia cum melle ac vino nigro pota, facilitatem pariendi præstant, secundasque purgant.*

Q̄

gant.

PLANTARVM HISTORIAE

gant. Tussim è melle tollunt. Vrinam cient. Radix vesicæ vitiis medetur.

EX RECENTIORIBVS.

Filipendula in lotū stillicidio & vine remoratu, neque non renum doloribus, atque lapide eorundem, cōuenit. Eadem stomachi inflationes discutit, medetur & suspiriosis & anhelantibus, & omnibus morbis quos causa frigida concitauit. Farinam eiusdem cibus comitialium inspergunt.

Coerhog broet

DE OXY. CAP. CCXIII.

NOMINA.

Trifoliū acetosum. **O**ξυς Græcè, Oxys Plinio & Latini, Trifoliū acetosum & Alleluia officinis, vulgò Panis cuculi, vel quòd cuculus auis eo vescatur, vel quia hoc erumpete, cuculus vocem suam edere incipiat Germanis Saureklee, Buchklee, Buchäpffer, Buchbror, Gauchklee, Guckgauchklee et Hasenklee (Gallis Pain à coquer) appellatur. Oxys verò ab acido sapore dicta est.

Alleluia.  
Panis cuculi.  
Oxys quare dicta.

FORMA.

Humilis herba est, longis tantum pediculis, tria summatim folia perinde atque Trifoliū proferens, exigua, & in cacumine laciniata, sapore acido. Florem habet candidum, in simplici stylo inter folia profolientem: rufum in lunatis siliquis semen. Radicem in transversum longam, geniculatā ac rufam. Antiquus et manuscriptus herbarius putat hanc herbam esse Lotū satiuam, cuius certè sententiā, quòd

à Dio



à Dioscoride nō describatur Lotus, neque probo neque improbo. Cur tamē non sequar, facit quòd herba quam Alleluya barbari vocant, non sit satina, sed passim in syluis & aliis locis vmbrosis nascatur futura tempestatis prænuncia. Siquidem appropinquante aliqua tempestate, arrigitur contrā tanquā tempestati colluctatura.

## LOCVS.

Multis locis prouenit: nā in syluis circa petrosa et aquea loca nascentē cōspeximus. Nullibi autem copiosiore quā Tubingæ in primo statim cōscensu mōtis Austriaci ad dextram prouenire vidimus.

## TEMPVS.

Aprili atque interdum Maio mense floret, dum scilicet cuculi vox primū exauditur, atque hinc Cuculi panem dictam esse puto, vt dictum est antea. Obseruatum autem est à nobis, atque adeo multorum aliorum experiētia cognitum, quòd eius herbe copiosi flores, crebras illius anni pluias, & aquarum inundationes certò portendant: pauci contrā siccitatem.

## TEMPERAMENTVM.

Quum acidū in gustu saporem præ se ferat, idē cum Oxalide habere temperamentum, frigidum nempe & siccum, euidentissimum est.

## VIRES. EX PLINIO.

Datur ad stomachum dissolutum: edunt & qui enterocœlen habent.

PLANTARVM HISTORIAE  
EX RECENTIORIBVS.

Vlceribus, vulneribus & fistulis, potissimum autem oris, medetur. Sitim arcet, & vt summam dicam, easdē quas Oxalis, acetosam nostri nominant, facultates obtinet.

DE OPHRI. CAP. CCXIII.

*Proceblat  
Ophrys*

Ophris vulgò Elleborus alb<sup>o</sup> dicitur, præteris herba quæ præcedūt, aut nobis sunt, aut nomen retinet, ob id à nobis omisſe.

NOMINA.

**O**phrin hanc herbam nominare placuit, quòd inuenerim plantam binis duntaxat foliis constantem hac appellatione insigniri. Germanicum nomen nullum extorquere potuimus: neque enim ea est quæ Durchuuachs, hoc est, Perfoliata vocatur, ideòque hanc à geminis foliis Zuueyblatt nominauimus.

FORMA.

Caulē à radice singularem ac rotundū emittit, per bina quæ tantum habet folia penetrantē, à cuius medio ad summū vsque calyculi multi sunt, & in his veluti lingue dissectæ nutantes flosculi. Radix verò illi subest tenuis, adnascentes sibi radicales multas, obliquas & odoratas obtinens.

LOCVS.

Nascitur in montibus, & nullibi maiori copia quàm Tubingæ in pede montis Austriaci prouenit.

TEMPVS.

Maior

Maiō & Iunio mensibus floret, dein statim ena-  
nescit. Quapropter hoc potissimū tempore colligen-  
da.

## TEMPERAMENTVM.

Gustāti glutinosa esse apparet, & quodammodo  
dulcis, ideoq; calidā & siccam esse conicere licebit.

## VIRE S.

Iuxta dictarum qualitatum missionem contra-  
hendi & constringēdi facultate præditam esse ne-  
mini non constat. Hinc est quòd ad rupta, & vul-  
nera conglutinanda hac herba commodè vtantur  
recentiores.

## DE ORMINO. CAP. CCXV.

Orminū oruale quod aurū valet, & toute  
bonne ab insigni virtute Gallis dicitur.

## NOMINA.

**O**ρμινών Græcis, Orminum & Geminalis La-  
tinis, Gallitricū officinis, Germanis Schar- Gallitricū  
lach (Gallicè Asperge sauuaige, ou Oruale)  
appellatur. Orminon autem Græcis haud dubiè di- Orminon  
ctum est, quia Venerem extimulat. cur dictū.

## GENERA.

Ormini duo sunt genera. Vnum satiuum, quod  
Gallitricum simpliciter nominant, & Germanicè  
Scharlach. Alterum syluestre, quod alio nomine Salvia syl-  
Saluiam Syluestre herbari vocāt. Germani Vuil- uestris.  
den Scharlach, oder Vuilde Salbey.

## FORMA.

Orminum satiuum herba est foliis Marubio s; Orminon  
mili, satiuum.

PLANTARVM HISTORIAE

milis, caule quadrangulo, semicubitali, circa quem eminentia siliquis similes prodeunt, ad radicē versus nutantes, in quibus semen est. Ex qua delineatione abundē liquet herbam quam hodie Gallitricum vocāt, esse Orminum satium: hęc enim foliis Marrubio similis est, nisi quod sunt maiora & mirificē odorata: caule semicubitali, quadrangulo, ab imo rufescente, calyculis circa caulem siliquarum effigie prominētibus, & ad radicē deorsum spectantibus, in quibus semen nigrum & oblongum includitur: flosculis in candido purpureis, aut in dilutum

*Sylvestre.* ruborem inclinatis. *Sylvestre* priori non admodum dissimile est, foliis satis ad Saluiam accedentibus, rugosaq; asperitate pręditis: caule sesquipedali, leniter hirsuto, in quadrangulum striato: floribus è cæruleo in purpureum vergentibus, ad aquilini rostri effigiem falcatis, calyculis pluribus in terram inclinatiss, in quibus ad summum quatuor semina, parua, rotunda & fuluescentia reperiuntur.

LOCVS.

Satium nusquam non in hortis satum prouenit. Sylvestre autem passim omnia prata exornat, suaq; sponte in iis nascitur.

TEMPVS.

Vtrunq; Iunio mense floribus & semine pręgnans est.

TEMPERAMENTVM.

Ormini calidū & mediocriter seccū est, id quod amaritudo

*Form. Orminum*

*Orminum Sylvestre*

amaritudo atque adstrictio in gustu satis monstrat.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Creditur semen fatui cum vino potum Venerem stimulare. Cum melle argema & oculorum albugines purgat. Illud cum aqua edemata discutit. Surculos extrahit. Herba ipsa illita eadem potest. Sylvestre vehementiorem facultatem habet, qua re unguentis miscetur.

EX PAVLO.

Orminum Venerem stimulat, oculorum crassities cum melle repurgat, edemata discutit, & extrahit aculeos. Sylvestre domestico est valentius.

EX PLINIO.

Semen ad Venerem stimulamdam, & ad oculorum argema & albugines valet. Vtroque genere tuto extrahuntur aculei ex corpore, per se illito ex aqua. Folia ex aceto imposita, panos per se vel cum melle discutunt. Item furunculos, priusquam capita faciant, omnesque acrimonias.

EX RECENTIORIBVS.

Recentiores etiam easdem facultates suo Gallico tribuunt: potissimum autem conferre ad albugines & oculorum caliginem tradunt, vt hinc etiam colligi possit, herbam hanc Orminum esse Dioscoridis.

DE OROBO. CAP. CCXVI.

Eruum prius semine in cunci modum figurato, cicercula magis videtur.

PLANTARVM HISTORIAE

NOMINA.

**O**ποβος Græcis, Eruum Latinis dicitur. Offi-  
cina Græcam appellationem retinuerūt. Ger-  
manis Eruen (Gallis noer Vesse, ou des ers)  
ad imitationē Latini nominis, appellari possunt.

GENERA.

Duo sunt genera Eruī: vnum enim candidū, al-  
terum autem rufum inuenitur. Nec inter se nisi flo-  
ribus & radicibus differūt, quemadmodum pictu-  
ra affabrè monstrat. Rufum verò syluestre est, suā  
que sponte in aruis, & inter dumeta prouenit.

FORMA.

Exiguus frutex est, tenuis, angustis foliis, floribus  
vel candidis, vel in candido cœruleis aut puniceis,  
seminibus in siliquis sine septo cylindraccis, quæ ad-  
modum pisa, se inuicem tangentibus.

LOCVS.

Latatur loco macro, non humido, quia plerunq;  
luxuria corrumpitur.

TEMPVS.

Floret Iunio & Iulio mensibus, iisdemq; semina  
proferit.

TEMPERAMENTVM.

Desiccatur quidem Eruum excessu secundo intensio,  
so, calefacit verò primo.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Capitis grauitatem facit Eruum, ventre turbat,  
sanguinemq; per vrinam ducit si comedatur. Coctū  
tamen



tamen appositum boues saginat. Farina eius bonam facit aluum, vrinam cit, corporis colorem commendat. Frequentior in esu aut potu sanguinem cum torminibus per aluum & vesicam ducit. Vlcerum cum melle purgat, & lentigines, & asperitatem cutis in facie, eiusdemque maculas & reliquum corpus. Nomas, gangrenasque cohibet, & mammarum duritias emollit. Fera vlcerum, carbunculos, fauosque rupit. In vino macerata canum, hominum, viperarumque morsus illita sanat. Cum aceto autem difficultates vrinae, tormina & tenesmos lenit. Prodest etiam iis qui cibo non nutriuntur, nucis magnitudine fixata & cum melle sumpta. Decoctum eius fouendo peritiones, & in corpore pruritus sanat.

## EX GALENO.

Orobis quatenus amaritudinis est particeps, eas tenus incidit, extergit, atque obstructions expedit. Caterum si sumatur copiose, sanguinem per vrinas euocat. Hominum cibis prorsus hoc semen damnatur: est enim & insuauissimum & prauis succi. Eruo autem instar lupini preparato ex melle vitimur, ut medicamento crassos pulmonis thoracisque humores expurgante. Candidum minus est medicamentosum, quam id quod ad flauum aut pallidum colorem tendit.

## DE ORE OSELINO.

## CAP. CCXVII.

PLANTARVM HISTORIAE

NOMINA.

*gemen? potior?*

περσέλινον, ἢ πετροσέλινον ἄγριον Græc

O cis. Sylvestre Petroselinum, & Apium montanum latinis, officinis & barbaram sectan-

tibus medicinā Petroselinum dicitur. Id quod hinc

Petroseli- accidisse puto, quòd lingua Græcæ inscitia, Oreoz-  
num offi- selinum dictionem in Petroselinum mutauerint:  
cinarum vel quia simpliciter enunciauerint quod cum ad-  
Petroseli- iectione nominandum erat Petroselinum syluestre,  
num syl- ad differentiam nimirum Macedonici, quòd verè  
uestre. est Petroselinum veterum. Germani Peterfilgen

vocāt. Nos teutsch Feterfilgen, oder Peterlin  
(Galli du Perfil des montaignes) nominauimus,  
vt discerneretur à Macedonico, de quo suo  
dicemus loco.      F O R M A.

Caulem habet vnum dodrantalem à radice tenui  
exeuntem, circa quem ramuli & capitula Cicutæ  
similia, multò tamen tenuiora. In his semen  
oblongum, acre, tenue, odoratum, Cumino simile.  
Ex qua sanè descriptione sole clarius apparet, Petroselinum  
officinarum esse Oreoselinum veterum: caule enim vno  
prouenit dodrantali ex radice per tenui, qui per  
ambitum ramulos spargit capitulis Cicutæ, tametsi  
multò tenuioribus: in iis semen, acrimoniam gustu  
preferens, odoratum, tenue, Cumino proximum.

Dioscoridis exemplaribus Dioscoridis capitulorum Papaueris  
emēdatur fiat mentio: error enim haud exiguus subest, quòd  
scilicet

scilicet non *μικρότερον τῶν ἀρεμεφερῶν*, hoc est, *Papaueri* similia, sed *κωρεῖον*, id est, *Cicutæ* legendum sit. Id quod in primis confirmant ea quæ scribit *Plinius* libro decimonono capite octauo, in hunc modum: *Oreoselinum* est *Cicutæ* foliis, radice tenui, semine *Anethi*, minutiore tamen. Quod si tamē hæc sententia minus arriserit, nihil moror quin dicas *Petroselinum germanicum*, cum forma parum admodum à vero *Petroselino* distet, ut palam sit utriusque picturas intuenti.

## LOCVS.

Nascitur in locis petrosis & montanis, vnde etiā nomen accepit. In Germania verò nostrā in hortis passim plantatur.

## TEMPVS.

Iunio & Iulio mēse floribus & semine prægnās est. TEMPERAMENTVM.

Calidū est in secundo gradu extenso, siccum verò in medio tertii.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Semen & radix in vino pota vrinam cient. Menses etiam ducunt. Miscetur antidotis, necnon medicamentis vrinam cientibus & excalfaciētibus. Nō hallucinari nos oportet, existimante. *Oreoselinum* esse quod in petris prouenit: aliud enim ab hoc est *Petroselinum*.

## APPENDIX.

Vt cumque autem diligenter hoc monuerit *Dioscorides*,

PLANTARVM HISTORIAE

scorides, tamen cauere non potuit quin posteritas medicorum Orcoselinum esse Petroselinum certò crediderit.

EX GALENO.

Orcoselini similis Apio vis est.

EX PLINIO.

Orcoselinum vrinae & menstruis efficax. Eo etiam purgantur feminae è vino.

*Το νεροσπυριον  
vel βορσπεριον*

DE OIS. CAP. CCXVIII.

NOMINA.

**Sorbus.** **O** In Graecis, Sorbus Latinis, est arbor cuius fructus Graecis ὄρα καὶ οὐρα, Gale. teste, Latinis verò Sorba appellantur. Officinae Latinam nomenclaturam retinuerunt. Germanis Speierling, vel Sporopffel corrupta puto voce pro Sorbopffel (Gallis Vng Cormier) nominatur. Vel sic ab austeritate vocata sunt, quasi mâla austera.

GENERA.

Sorborum duo genera tradit Theophrastus lib. **Duo sunt** iij. de historia stirpium, cap. xv. feminam fructiferam, & masculam sterilem. Differre quoque fructibus idem scribit, quòd alia orbiculatum, alia ouata. **Theophrastum** ferant. Fructus autem orbiculati dulciores sentiuntur, ouati saepenumero acidi, minusq; odorati. **Plinius** lib. xv. ca. xxi. in Sorbo quatuor differentias quatuor **Plinius** latinos nosse memoriae prodidit: alii enim corum ait, rotunditas mali est, aliis turbinatio pyri, aliis oua-

ta species ceu málorum. Quartum genus tormina differens  
le appellant. Nos picturã eius generis damus, quod tias Sor-  
turbinatum pyri instar fructum edit, qui Germa- borum po-  
nis Sporbirn corrupta voce pro Sorbirn aut nit-  
quasi austerum pyrum dicitur.

## FORMA.

Sorbus arbor est procerã, recto caudice, cortice le-  
ui, pinguisculo, colore ad flauũ albicãte, cuius fo-  
lia pediculo singulari prolixo, neruaceoq; in versus  
condita, aë modo à lateribus exeuntia, tanquam  
ex omnibus vnum fiat, ad neruũ vsque laciniatũ,  
verum ampliusculo interuallo distantia. Omnibus  
ramulis in extremo pediculi folium impar promi-  
net, cuius accessione impar numerus efficitur. Figu-  
ra laurum tenuifoliam imitantur, verum ambitu  
ferrata, breuioraq; sunt, nec in extremum acutum  
mucronata, sed in rotundius orbiculata. Flos rac-  
matim singulari petiolo, è multis minutis & candi-  
dis constans. Fructus vel orbiculatus, vt dictũ est,  
vel ouatus, vel pyri instar turbinatus. Radices  
haud multas, nec altè descendentes, validas tamen  
& crassas & incorruptibiles agit.

## LOCVS.

Loca amat humida, montana & frigida, eodem  
Theophrasto autore.

## TEMPVS.

Autumno fructus suos Sorbus ostentat.

## TEMPERAMENTVM.

Adstring

PLANTARVM HISTORIAE

Adstringentem obtinet qualitatem Sorbus, sed multò imbecillio- rem quàm Mespilus.

VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Sorba malorum colorem referentia, necdum ma- turescentia, dissecta & in sole siccata, cum mādum tur aluum sistunt. Farina eorum cum mola teritur, polenta loco in eundem vsum sumitur. Potest idem & decoctum eorum.

EX GALENO.

Sorba quidem adstringunt, sed multo fortius Me spila quàm Sorba. Quamobrem alua fluenti in ci- bo accommodatissimè exhibentur. Sorba maiori cū voluptate sumuntur: prorsus enim initio nihil acer bi uti Mespila habent, sed succus eorum citra acer- bitatem duntaxat: austerus est. Illud porrò neminè puto latere, hæc omnia parçè, non largè vt ficus, vs- usq; esse comedenda. Nequaquam enim eis vt ci- bis, sed magis vt medicamentis egemus.

notre longespho  
de l'antiquité

DE OPHIOGLOSSO. CAP. CCXIX.

NOMINA.

ὄφιό-  
γλωσσος  
σου cur  
dicta.

**H**erba hæc appositissima voce Gracè ὄφιό- γλωσσου appellari potest, non quòd sic eam veteres aut recentiores Græci nominauerint, sed quòd cū Germanica nomenclatura optimè qua- dret. Neque enim certò constat an Græcis, & sub quo nomine herba illa cognita fuerit. Quapropter vt nouam ei inderemus appellationem necessum eo- rat: meliorem verò hac ipsa quam retulimus, inue-  
nire



nire haud potuimus. Latine Ophioglossum, aut lin *Lingua*  
*gua serpentina* dici potest: Germanice enim Na<sup>s</sup> *serpentina*.  
 terzunglin (Gallice Langue de Serpent) voca  
 tur, à forma & figura quam refert. Et singulis nano  
 que foliis singulari pediculo prodit, quod ligulam  
 serpentis forma sua referre videtur, vt pictura af  
 fabre monstrat. **FORMA.**

Folium vnicum obtinet pingue, digiti longitudine  
 Plantagini aquatica vocatae haud dissimile, è cui  
 ius sinu inferiore pediculus exit, cui quippiam her  
 bacei coloris insidet, quod serpentinae linguae voca  
 ti lapilli similitudinem refert.

**LOCVS.**

Copiose in monte prope Tubingam Austriaco no  
 minato provenit. Amat & alia prata in montanis  
 sita.

**TEMPVS.**

Maiο mense reperitur, subinde autem euanescit,  
 ac nusquam apparet.

**TEMPERAMENTVM.**

Citra caliditatem insignem exiccat, id quod gu  
 stus satis docet. **VIREs.**

Vulneraria est herba, maligna siquidem & cu  
 ratu difficilia vulnera sanat. Tumores etiam dis  
 cutit, & ferè Symphyti facultates obtinet.

**DE XANTHIO. CAP. CCXX.**

Xanthium ad portam Antoninam fre  
 quens, cancriorum ardori extinguendo  
 efficax.

NOMINA.

Lappa **Ξ**ανθιον, ἢ φάσγανον Græcè, Xanthium La  
 i inuersa. **Ξ**tinè nominatur. Ab herbariis nostræ tēpesta  
 Xanthion tis Lappa minor et Lappa inuersa vocatur. Germa  
 vnde dia nicè Bettlersleusz, oder Bubenleusz. Xanthion  
 Etum. dictū, quòd ξανθὸς, hoc est, flauos capillos faciat.

FORMA.

Caulē habet cubitalem, pinguem, angulosum,  
 & in ipso alas multas. Folia Atriplici similia, in  
 cisuras habentia, odore Nasturtii. Fructum rotundum  
 ceu grandem oliuam, aculeatum vt Platani  
 pila, contactu vestibus adhaerentem. Ex qua quidē  
 delineatione nemo non videt herbam cuius picturam  
 damus esse Xanthion, quòd illi omnes notæ ad  
 amussim respondeant. Caulē enim est cubitali, pin  
 gui, anguloso, crebras fundente alas, foliis Atriplici  
 cis incisuras habentibus, Nasturtiū manifestissimè  
 olentibus, fructu magnæ oliuæ modo, rotundo, vt  
 Platani pila spinoso, contactu vestes apprehenden  
 te. Nucleus qui in echinata pilula clauditur à pue  
 ris estur dulci & grato cibo.

LOCVS.

Nascitur letis & pinguibus locis, & lacubus pa  
 ludibusve exiccatis.

TEMPVS.

Fructus autumnno maturescit, quo sanè tempore  
 colligi debet.

TEMPERAMENTVM.

Cum

Cum discutiendi vires habeat, facile colligitur temperamento esse calido & sicco præditum, id quod ex sapore etiam, qui est amarus & subacris, deprehendi potest.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Potest fructus antequam penitus inarescat collectus, tusus, & in fictili vase reconditus, capillos flavos reddere, si quis cum vsus exigit, trybli pondus ex eo sumens, tepidâque aqua madefaciens, nitro prius capite præparato illinat. Alij cum vino tusum ipsum reponunt. Fructus etiam commode tumoribus illinitur.

## EX GALENO.

Xanthion vocatur etiam Phasganion. Fructus discutiendi facultatem obtinet.

## DE XYLO. CAP. CCXXI.

Cottonen Bôumel

## NOMINA.

**X**ylon & Gossipium Plinio & alijs Latinis dicitur. Græci, quod sciam, eius nusquam meminerunt. Barbaris ac Arabibus Cotum & Bôbax seu Bombasum, Germanis Baumuuoll (Gallicis Plante cotonier) appellatur. Linum eius cottonium vulgò vocatur, sicut lanugo ipsa cottonum. Ab huius generis planta vestes xylinae, & lina xylinea nominata sunt. Iurisconsulti lanam hanc ligneam nuncupant.

Gossipion.

Cotum.

Cottoniū.

Cottoniū.

Xylinae

vestes.

Lana lignea.

## FORMA.

Frutex est exiguus, folio vitii, sed minore, floribus

R. ij bus

PLANTARVM HISTORIAE

bus luteis in medio purpurascensibus, fructu barba  
te nuci simili, lanugine pleno, quae netur in linum  
candidissimū, mollissimumq;. Nux autem ipsa cum  
hifcens fatiscit, lanuginis globos representat.

LOCVS.

Superior pars Aegypti in Arabiam vergens, Pli-  
nio lib. xix. capite primo teste, fruticem hunc gi-  
gnit. In Creta etiā nascitur, & in Apulia, ac Mal-  
tha prope Siciliam insula. Nunc in Germania no-  
stra hortis plantatur, vt plurima alia peregrina, no-  
bis antea prorsus incognita.

TEMPVS.

Tam fertilis hic frutex est, vt simulatque ado-  
leuit, quod duorum mensium spacio accidit, nūquā  
desinat florem & fructum proferre, donec asperitas  
& inclementia hyemis impediatur.

TEMPERAMENTVM.

Arabes, vt annotauit Serapion, fruticis huius la-  
nuginem calidam & humidam esse statuunt.

VIREs. EX ARABIBVS.

Foliorum succus medetur infantium alui profusa-  
tio atque torminibus. Semen tussi & thoracis vi-  
tiis. Oleo seminis emaculantur lentigines & faciei  
pustulae. Semen etiam eius genitale semē procreat.

DE PARTHENIO. CAP. CCXXII.

NOMINA.

parth. blo mē

Παρθένιον, ἀμάρρακον, χαμαίμηλον Gra-  
cis: Parthenium, Amaracum, Solis oculus,  
Millofo.

Millefolium Latinis: Thuscis Cauta, officinis & Cauta. herbariis Cotula foetida dicitur. Germanis Krottē Cotula dill, Hundszblum, Vuuld Chamillen (Gallicè foetida. Espergoutte, ou Matricaire.) Cæterum cogitant hunc loco studiosi, Amaracum de quo nunc agimus diuersum esse ab eo quē alio nomine Sampson chon Græci vocant, vt suo loco fusius dicemus.

## FORMA.

Folia Coriandro similia habet tenuia. Flores per ambitum candidos, in medio luteos, odore graui & subuiroso, gustuq; amaro. Hæc Dioscoridis descriptio pulchrè et per omnia herba illi quæ hodie vulgò Cotula foetida nominatur, respondet. Siquidem ea foliis est Coriandri tenuibus, flore per ambitum albo, intus luteo, odore graui, & sapore amaro. Foliis autem Coriandri, non quidem iam erumpentis & paulò antè enati, necdum maturescētis, quæ sunt quadantenus lata & subrotunda, atque in extremitatibus incisa: sed maturi, cuius quidem in alto folia ad Chamæmeli aut Fœniculi foliorum formam accedunt, capillataq; sunt, constare scias. Sic enim vtriusque folia similia sunt, vt Coriandrum Parthenij, & rursus Parthenium Coriandri prorsus referre folia videatur. Quod vt disertè inueneret Diosco.  $\Phi\upsilon\lambda\lambda\alpha\ \lambda\epsilon\omega\tau\omicron\lambda$ , id est, folia tenuia dixit, vt scilicet hac voce latiora, quæ in infima sunt Coriandri parte, secluderet. Quod autè de ijs foliis Dioscorides locutus sit, ex tractandi ordine abundè li-

R ij quet.

PLANTARVM HISTORIAE

quet. De tribus siquidē herbis, Chamæmelo, Parthenio & Buphthalmo, quæ sanè inter se congenere res, atque foliis admodum similes sunt, ordine agit, quod nunquam fecisset, si nulla inter has similitudo intercederet foliorum, addere etiam florum. Buphthalmium tamen foliis ad Fœniculi formam propius quàm reliquæ duæ accedit. Sententiam hanc nostram confirmat, quòd aliqui Parthenium, ob similitudinem quam habet cum Anthemide, Chamæmelon dixerint. Tam similis enim est Chamæmelo, ut frequenter etiam ab imperitis pro illa capatur. His accedit & hoc, quòd ob foliorum tenuitatem nonnullis Millefolium appellatū sit Parthenium, quod fieri minimè potuisset si ad latiora Coriandri folia Dioscorides respexisset. Præterea esse

Cotula Parthenium Cotulam, nomen quod illi Thufci in vox vnde diderunt satis declarat: Cautam enim appellauerunt, vnde diminutiuum Cautula deductum est, & tandem corrupta voce Cotula. Fœtidam autem esse, grauis odor qui in ea omnium maximè sentitur, euidenter declarat. Nequaquã itaque ea esse herba

Parthenium non potest, quam Matricariam vulgò vocant, ut Heronius molans, & alij multi docti viri huc sequentes putant: quòd huius folia latiora sint, quàm ut cū Chamæmeli, Buphthalmi aut Coriandri tenuibus foliis comparari queant, tãtum abest ut similia sint. Huc accedit, quòd omnium maximè euertere videtur aduersariorum sententiam: nemo vnquam ex recentioribus

tioribus



tioribus *Matricaria* herbe bilis & pituitæ per inferna tractricem facultatem tribuit, quam tamen *Parthenio* *Dioscorides*, *Paulus*, & alij veteres assignant, vt etiam hoc nomine *Parthenium* nõ possit esse *Matricaria* herba dicta vulgò.

## LOCVS.

Nascitur inter segetes & iuxta semitas, intermixta ferè semper *Chamamelo*. In hortorũ etiam sepibus, *Plinio* teste, prouenit.

## TEMPVS.

Primo statim vere, Maio potissimum mense, erũpit, ac totam æstatem durat.

## TEMPERAMENTVM.

Haud instrenuè, *Galeno* autore qui *Amaracũ* vocat, calefacit, nõ autè vehemèter desiccatur. Itaq; in caliditate tertij est ordinis, in siccitate vero secundi.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Sicca cum *oxymelite*, aut sale pota, non secus atque *Epithimum* bilem atram & pituitam per inferna ducit. *Asthmaticis* & *melancholicis* prodest. Herba ipsa floribus deãtis à *calculosis* & *asthmaticis* vtiliter bibitur. Decoctum eius ad incidendum prodest in vuluæ duritia & inflammatione. Allinitur cum floribus sacris ignibus, & inflammationi.

## EX PAVLO.

*Parthenium* aridum in potu sumptum atram bilem per inferna deducit.

## EX PLINIO.

R. iij

Sicca

PLANTARVM HISTORIAE

Siccatum cum melle & aceto potum, bilem trahit atram. Ob hoc contra vertigines utilis & calenosis. Ad insidendum decoctum in duritia vulvarum & inflammationibus. Illinitur & sacro igni, item strumis cum axungia inueterata. Magi contra tertianas sinistra manu euelli eam iubent, diciturque cuius causa vellatur, nec respicere: dein eius folium egi lingua subiicere ut mox in cyatho aque deuoretur.

Superstitionis.

DE POLYGONATO.

CAP. CCXXIII.

NOMINA.

**P**olygonon & ἑξάγωνον Græcis, Polygonatum Latinis dicitur. Officinis, item herbariis & vulgo, Sigillu Salomonis, Germanis Vuciszuurtz, (Galilei Signet de Salomon) hoc est, radix alba nominatur. Polygonatum autem à radice geniculorum frequentibus nodis ex internallis tumente appellatum. lauerunt.

GENERA.

Duo eius genera damus. Vnum verum, latioribus foliis: alterum multò angustioribus, quemadmodum pictura graphicè ostendit. A foliis vtrique nomina sunt indita.

FORMA.

Frutex est cubito altior, folia lauro similia habet, latiora tamen & leuiora, sapore mali cotoneæ aut punicæ: gustatum enim adstrictionem quandam

dam respicit. Per singulos foliorum exortus cãdidos flores promit numero maiore quã folia, supputa-  
 tione à radice facta. Radicem habet candidam,  
 mollem, longam, geniculis plenam, densam, graueo-  
 lentem digiti crassitudinem obtinentem. Iam si sin-  
 gulas Salomonũ sigilli notas libeat proficui, Sigillum  
 mnes, ne vna quidem reclamante, adesse cõperies. Salomon  
 Nanque in montibus gignitur, frutice cubito pro- nium.  
 ceriore, foliis lauri latioribus, & leuioribus, quæ gu-  
 stata quendam mali cotoneæ aut puniceæ saporem  
 referant cum aliqua adstrictione. Flores per singu-  
 las foliorum eruptiones exiliunt candidi, qui folia  
 numero longè superent, à radice ad cacumen suppu-  
 tata. Siquidem bini, terni, aut plures ab vnoquoque  
 foliorum sinu prodeunt. Radix illa candida, mol-  
 lis, longa, crebris nodis articulata, densa, grauius  
 olens, digitali crassitudine. Floribus excusis bacca  
 pisi fere magnitudine dependent, ex viridi nigri-  
 cantes, & in quendam ordinem digestæ.

## LOCVS.

Nascitur in montibus.

## TEMPVS.

Maiò mense floret, quo etiã tempore carpi debet.

## TEMPERAMENTVM.

Polygonatum mistam habet qualitatem. Est eo-  
 nim in eo adstrictionis pariter & acrimoniæ quip-  
 piam, necnon fastidiosæ cuiusdam amaritatis ex-  
 plicatu difficilis.

PLANTARVM HISTORIAE

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Radix illita vulneribus auxiliatur. Quinetiam  
vultus maculas delet & aufert.

EX GALENO.

Radice[m] Polygonati quidam vulneribus illinunt.  
Sunt etiam qui illo neuos maculasque in facie de-  
tergant.

APPENDIX.

Hodie quoque mulieres sigillo Salomonis sibi faciem  
extergunt & fucant, ut planè nullum subsit dubium,  
quin Polygonatum esse constanter credamus.

DE POLYPODIO. CAP.

CCXXIII.

NOMINA.

**Π**ΟΛΥΠΟΔΙΟΥ Græcè, Polypodium, Filicula  
Latine, officinae Græcam appellationem re-  
tinuerunt, Germanicè Engelsufz, Baumfarr,  
Droffuuritz, (Gallicè du Polypode) vocatur.  
Polypodio nomen à radice quæ polyporum modo  
cirros obtinet, inditum est. Filiculam autem Latini à  
similitudine foliorum cum Filice nuncupauerunt.

FORMA.

Herba est palmi altitudine, Filici similis, subhir-  
suta, incisuris diuisa, non tamen alicò tenuibus. Ra-  
dix illi est hirsuta, cirros polyporum modo habens,  
minimi digiti crassitudine. Derasa hæc intus viri-  
dis est, acerba, gustu subdulcis. Parte auersa folia  
fuluis maculis notata, sine semine.

epith. varen  
Coombrey

Polypod  
dium vnde  
dictum.  
Filicula.

## LOCVS.

Gignitur in muscosis petris, & in agrestibus quercuum truncis.

## TEMPVS.

Radix in fine Augusti carpenda.

## TEMPERAMENTVM.

Polypodium dulcem simul & austeram habet vincentem qualitatem, vt facultatis sit admodum desiccantis, citra morsum tamen.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Purgandi vim obtinet. Coquitur autem cū gallyna, aut piscibus, aut Beta, aut Malua ad purgationem. Arida aqua mulsæ insparsa, bilem & pituitam ducit. Radix trita & illita luxatis cōfort, & ad fissuras quæ inter digitos sunt.

## EX PAULO.

Polypodium exiccat admodum citra morsum, & potum per inferna purgat.

## EX PLINIO.

Radix in vsu. Exprimitur succus aqua madesa Etæ, & ipsa concisa inspergitur oleri, & Beta, & Maluæ, vel salsamento, vel cum pulicula coquitur ad aluum leniter soluendam vel in febrî. Detrahit bilem & pituitam. Stomachum offendit. Aride farina indita naribus Polypum consumit. Illita luxatis medetur.

## DE PRASIO. CAP.

## CCXXV.

PLANTARVM HISTORIAE  
NOMINA.

**Marrubii** ΠΡΟΣΤΙΟΥ Græci, Marrubium Latinis, Præso-  
**Pasium.** **P**asium officinis vocatur. Germanis Andorn-  
das vueiblin, Vueisz Andorn, Marobel,  
Gottzuergez. (Gallis du Marrubium.)

FORMA.

Frutex est ab vna radice ramosus, subhirsutus,  
albicans, virgis quadrangulis. Folium pollicis aequa-  
le, subrotundum, hirsutum, rugosum, gustu amarū.  
Semen per intervalla in caulibus est. Flores asperi  
verticillorum figura. Hæc delineatio adamussim  
**Marrubii** Marrubio hodie dicto respōdet. Siquidem singulari  
radice, angulosis ramulis fruticat, lanuginosum:  
foliis ferè orbiculatis, pollicis magnitudine, incanis,  
hirtis, amaris, lacteo flore, verticillato cinctu cau-  
lem ex intervallo amplectente, cui succrescit teres  
& asperum semen.

LOCVS.

Nascitur circa domicilia collapsa, & inter ruderā

TEMPVS.

Colligitur herba in æstate, Iulio potissimū men-  
se, dum semine est prægnans.

TEMPERAMENTVM.

Marrubium in caliditate quidem secundi ordi-  
nis iam completi est, in siccitate verò terræ mediæ,  
aut completi.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Huius folia arida cum semine decocta in aqua,



aut viridium expressus succus, datur cum melle as-  
 thmaticis, tussientibus & tabidis. Crassa è thoras-  
 ce cum iride sicca ducunt. Datur mulieribus quæ  
 non purgantur, vt menstrua & secundas pellant.  
 Item difficile parietibus, his qui à serpentibus mor-  
 si sunt, & qui letale quid biberunt. Vesicæ tamen  
 & renibus nocent. Folia cū melle illita sordida vl-  
 cera purgant, pterygia nomasq; cohibent. Dolores  
 laterum mitigant. Ad eadem pollet ex foliis contu-  
 sis expressus succus & sole coactus. Cum vino &  
 melle illitus, oculorū claritatem exacuit. Morbum  
 regium per nares expurgat. Aurium doloribus per  
 se, aut cum rosaceo instillatus prodest.

## EX GALENO.

Præsum vt gustu amarum est, ita si quis vtatur  
 consentientem huic saponi actionem habet, iecur ac  
 lienem obstructione liberans, & thoracem puimo-  
 nemque expurgans, ac menses promouens. Sed &  
 illitum detergit ac discutit. Succo eius cum melle  
 ad aciei oculorum claritatem vtuntur. Quinetiam  
 & per nares morbum regium purgant, & ad aurium  
 dolores inueteratos adhibent, in quibus vtique ob-  
 structionem dissicere, meatumq; ipsum & explan-  
 tationes membranarum expurgare necesse est.

## EX PLINIO.

Huius folia semenq; cōtrita prosunt cōtra serpēs  
 tes, pectorum & lateris dolores, tussim veterem. His  
 qui sanguinem euiciūt eximie vtile, scapis eius cum  
 panico

PLANTARVM HISTORIAE

panico aqua decoctis, vt asperitas succi mitigetur. Imponitur strumis cum adipe, Sunt qui viridis semen, quantum duobus digitis capiant, cum farris pugillo decoctum, addito exiguo olei & salis, sorbere ieiunos ad tussim iubeant. Alij nihil comparant. In eadem causa Marrubij & Foeniculi succis ad sextarios ternos expressis, decoctisque ad sextarios duos, si cochlearij mensura in die sorbeatur in aqua cyatho. Virilium vitii tussum cum melle mirè prodest. Lichenas purgat ex aceto. Ruptis, conuulsis, nervorum contractionibus salutare. Potum aluum soluit cum sale & aceto. Item menstrua & secundas mulierum. Arida farina cum melle ad tussim siccam efficacissima est. Item ad gangrenas & pterygia. Succus verò articulis, & e naribus morbo regio, minuendèq; bili cum melle prodest. Item contra venena inter pauca potens. Ipsa herba stomachum & excreationes pectoris purgat. Cum iride & melle urinam ciet. Cauenda tamen exulcerata vesica, & renum vitii. Dicitur succus claritatem oculorum adiuuare.

DE PERISTEREONE.

CAP. CCXXVI.

NOMINA.

*Iscurus*  
 Verbenas  
 ca. **Π**ΕΡΙΣΤΕΡΕΩΝ, ἰσπὸς βοτάνης Græcè: Verbenas  
 Verbenas. ba Sagminalis Latine, herbariis & officinis Ver-  
 bena vocatur. Germanicè Eisenkraut, vel Eis-  
 fernhart,

fernhart, (Gallicè Veruaine,) hoc est, ferraria, quod nomen vt olim, sic hodie quoque habet. Peris Peristee stereon nomen inditum à columbis, qui in ea versa reon curri plurimum delectantur. Hierobotane autem, hoc dicta est, sacra herba ideo dicta, quòd ea olim apud Ro= Hierobomanos domus purgabatur, familia lustrabatur, Iotane. nis mensa ad sacrificium & epulas verrebatur, & faciales in sacris legationibus illa coronabatur, vel vt Dioscorides inquit, quod in expiationibus suspensa & alligata mire utilis sit. Sagminalis verò, quòd Sagminas inter sagmina, hoc est, gramina ex loco sacro, praesertim arce Capitolij, cù sua terra euulsa, primum hæc honorem haberet.

## G E N E R A.

Duo Verbenacæ & Græci & Latini fecerunt genera. Dioscorides & alij Græci à plantæ habitu rectam & supinam. Plinius à sexu marem & femineam. Recta Dioscoridis, est Plinij mas, alioq; nomine Crista gallinacea, à serratis foliis quæ gallinacæ Crista gallicæ formam referunt, dicitur. Recta autem nomine linacæ nata est, quòd rectis ramulis assurgat. Supina autem Dioscoridis, apud Plinium femina est, Romaniq; Cinnamalis vocatur. Supinam verò vocarunt, quòd semper humi supinè procumbat. Germani etiã per sexum genera illa distinguunt, vocantque rectam Verbenacam Eisenkraut das mennle, supinam verò das Vueible.

## F O R M A.

Recta

PLANTARVM HISTORIAE

**Recta.** Recta siue mas herba est altitudinis palmi, alia quando etiam maioris. Folia huic incisa, subalbida, e caule prodeuntia, qui ei vnus est magna ex parte; quemadmodum & radix vna. Flos luteus, quo solo ferè à femina differre videtur. Hæc descriptio pulchrè Verbenacæ mari respondet: est enim herba do dratalis, interdum verò procerior, quemadmodum ea est que in Germania nostra provenit: nunquam enim aut rarissimè palmi altitudinem nõ excedit.

**Supina.**

Folia habet incisuris diuisa, albescentia, erumpentia è caule. Singularis denique illi, vt plurimū, caulis & radix vna. Supina seu femina ramos profert cubitales, aliquando etiam maiores, angulosos, circa quos folia sunt per interualla quernis similia, angustiora tamen & minora per ambitum incisa, colore subcaesio. Radicem habet oblongam, tenuem. Flores purpureos, tenues. Cuius iterum delineationis nota, Verbenæ femine adamussim conueniunt. Siquidem multis statim à radice angulosis coliculis constat, comæ subtus incana, folio querno nõ dissimili, nisi quòd minus est & angustius, multis per ambitum incisuris, flosculo ex albore & purpura versicolore. Quibus omnibus manuscripti codicis, qui Peristereon interpretatur Verbenam, accedit testimonium, & cõmunis omnium consensus, à quo sine manifestis coniecturis & rationibus nõquam est discedendum.

LOCVS.

Vtraque

Vtraque in planis & aquis locis prouenit.

## TEMPVS.

Mas citius quàm femina apparet. Colligi debent, potissimum femina, circa Canis ortum, nam hoc tempore floret.

## TEMPERAMENTVM.

Vtraque desiccet & adstringit.

## VIRE. EX DIOSCORIDF.

Rectè Verbenacæ folia cum rosacco, aut adipe suillo recenti apposita, vuluarum dolores finire putantur. Ignem sacrum cum aceto illita reprimunt. Putrescentia vlcera cohibent. Vulnera glutinant, veteraque ex melle ad cicatricem perducunt. Supinae autem folia & radix in vino pota illitaq; aduersus reptilia serpentesve faciunt. Eadem drachma pondere cum thuris obolis tribus, & vini veteris hemina, quadragenis diebus ieiuno contra regium morbum bibuntur. Vetera cedemata, & inflammationes illita mitigant. Sordida vlcera purgant. Tota autem herba in vino decocta tōsillarum crustas abrumpit, & oris nomas gargarissata cohibet. Fertur sparsa aqua triclinio qua maduerit, latiores conuiuas fieri. Datur potandum in tertianis febribus tertium à terra geniculum cum adiacētibus foliis: quartanis, quartum.

## EX GALENO.

Vim habet adeò desiccantē vt vulnera glutinet.

## EX AETIO.

S

Verbenaca

PLANTARVM HISTORIAE

Verbenaca recta ad capitis dolores summo praesidio esse testatur Archigæes, si ea coronetur patiens, aut si teratur cum aceto & rosaceo & illinatur, aut oleo decoquatur, ac foueatur caput. Nec tantum capitis dolores sedat, sed capillos quoque fluentes compefcit. Radicis decoctum calidum ore retentum dentium dolores mitigat, ac mobiles firmat, orisq; vlceribus medetur. Ad colicos radices semicontusas in aqua ad dimidiam decoquito, & diebus quinque decoctum potandum dato: efficacissimum id esse experientia compertum est. Facit & ad calculos atq; ad inchoantem elephantiasim, si cum melle propinetur. Vtere itidem ad epilepticos, & ad quotidiana, quartanaeue febre laborantes. Ad podagricos vero & coxædicum morbo affectos, vino decocta exhibetur. Succus è radice expressi collutio ad fistulas commodissima est. Et si mororum liquori ac melli mixtus exuratur, et acidus illinatur, fistulas sanat. Potest etiam melle assumi, & fistula tanquam collyrium iniici, ac mirum in modum prodest.

EX PLINIO.

Aiuunt si aqua spargatur triclinio qua maduerit Verbenaca, letiores conuictus fieri. Aduersus serpentes conteritur ex vino. Omnibus visceribus medetur, lateribus, pulmonibus, iecinoribus, thoraci, peculiariter autem pulmonibus, & quos ab iis phthisis tentat. Dysenterias emendat ex aqua data carentibus febre, aut ex vino aminæo cochlearibus quinque,



quinque additis in cyathis tribus vini.

## EX SIMEONE SETHI.

Verbenaca recta facit ad capitis dolores & defluentes capillos inuncta. Dentium dolores sedat, & motos atque concussos confirmat. Oris ulcera sanat. Decoctum eius colicos & calculosos iuuat. Potat iis qui primum elephantia laborare incipiunt, & comitiali morbo affectis succurrit. Item quotidiana & quartana laborantes similiter iuuat. Podagricos verò & coxendicis morbo captos, vulneratosque illita sanat.

## DE PTERIDE. CAP. CCXXVII.

## NOMINA.

**P**ΤΩΡΙΣ, ἢ ΠΤΩΡΙΟΝ Græcis, Filix Latinis dicitur. noant van?  
marin' cy  
rethicy  
Tur. Officinæ Latino nomine vtuntur. Germanicè Valdfarr, (Gallicè Feuchiere.) Pteris Pteris cur autem & pterion ab alis auium, quarum formã in dicta ramulis disposita eius folia referunt, Græcis dicitur. pennatus enim, & pennatis foliis frutex Filix est.

## GENERA.

Duo Filicis sunt genera, mas scilicet & femina. Mas Græcis simpliciter ΠΤΩΡΙΣ Latinis Filix mas, Pteris. Germanis Vualdfarr meunle dicitur. Femina Græcis ΘΗΛΥΠΤΩΡΙΣ, Latinis Filix femina, Germanis Thelyptenis Vualdfarr Vueible appellatur. ris.

## FORMA.

Filix mascula folia habet sine caule, sine flore, sicut Filix mascula femine, ex vno pediculo cubitali longitudine cula.

S ij excuntia,

PLANTARVM HISTORIAE

excumbentia, incisa, alarum auiū modo explicita, odore subgrauia. Radicem in terra superficie foris nigrā, crassam, oblongam, adnascencias appendicesve multas habentem. Ex qua siquidem descriptione satis constat hanc quam sub hoc nomine pictam damus herbam, esse Filicem masculam: hæc enim neque caulem (quod enim in ea supra terram extollitur, pediculi foliorum, nō caulis rationem obtinet) neque florem, neque semen habet: folia ex vno pediculo cubitali à terra statim, aut ex stipite eius excunt, vtroque latere pinnata, subgravi odore. Radix denique illi est per summa cossitum nigra, & vt Theophrastus ait, crassa, oblonga, multis adnatis & capillamentis fibrata, atque, vt summatim dicam, omnes illi notæ adamussim respondent. Filix scemina folia priori similia obtinet, non tamen vno singulari q; pediculo vt illa hærentia, sed adnascentes ramulos multos altioresq; habentia. Radix illi longa, obliqua, in nigro colore subflaua, aliquādo verò rubescens. Quæ descriptio iterum per omnia cum ea herba cuius picturam exhibemus ita conuenit, vt nulla prorsus sit nota quæ illi non respondeat.

Filix scemina.

LOCVS.

Nascuntur vbiq; sed maximè in montibus, syluis & saxosis locis.

TEMPVS.

Effodiuntur Vergiliis occidentibus, hoc est, autumno.

TEM

## TEMPERAMENTVM.

*Amaræ sunt Filices, paululum habentes adstric-  
tionis, vt euidentissimum sit has calefacere &  
exsiccare posse.*

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

*Filicis masculæ radix pellit latos lumbricos pō-  
dere drachmarum quatuor cum aqua mulsa pota.  
Melius autem si cum Scammonia, aut veratri nigri  
quatuor obolis detur: veruntamen oportet sumē-  
tes allia præsumpsisse. Licnosis vt restituantur pro-  
dest pota. Radix etiam cum axungia illita contra  
ictus ab harundine factos utilis est. Eius autē hæc  
probatio. Peribit Filix quam per ambitū copiosior  
harundo coronet: & cōtra euanescet harundo, quā  
obsepiens multa Filix in orbem cinxerit. Fæminæ  
radices cum melle in eclegmate sumptæ, latos lum-  
bricos pellunt. Cum vino autem pondere triū dra-  
chmarum pota, rotundos lumbricos eiciunt. Mulie-  
ribus datæ sterilitatem faciunt. Et si prægnans su-  
mat, abortum. Sicca & in farinam trita, humi-  
dis & iis quæ difficulter sanantur vlceribus insper-  
guntur. Medentur iumentorum ceruicibus. Folia e-  
ius nuper prodeuntia olerum modo elixa comedū-  
tur, aluumq; molliunt.*

## EX GALENO.

*Filix mas radicem habet maximè vtilem: latū  
enim lumbricum interficit, si quis eam quatuor  
drachmarum pondere in aqua mulsa sumpserit. Ad*

S ij eundem

PLANTARVM HISTORIAE

eundem modum facti quidem viuum necare, more tuum autem eiicere mirum non est. Ulceribus imposita valenter desiccandi facultatem obtinet, non tamen mordax est. Similem ei vim habet Thelypteris nominata.

EX THEOPHRASTO.

Thelypteris seu femina Filix contra lumbricos ventris & latos & graciles vtilis est. Contra latos quidem cum melle mixta, contra tenues autem in vino dulci cum polenta data. Quinetiam mulieri si detur, pregnantibus quidem abortum: simpliciter autem feminis sterilitatem facere affirmant.

EX PLINIO.

Vsus radicis in trimatu tantum, neque ante neque postea. Pellunt interancorum animalia. Ex his tineas cum melle, cetera ex vino dulci triduo potae. Vtraque stomacho inutilissima. Aluum soluit, primo bilem trahens, mox aquam. Melius tineas cum Scammonij pari pondere. Radix eius duum obolorum pondere ex aqua, post unius diei abstinentiam bibitur, melle preguustato, contra rheumatismos. Neutra danda feminis, quoniam grauidis abortu, ceteris sterilitatem facit. Farina earum ulceribus tetrivis inspergitur. lumentorum quoque cervicibus. Folia cimicem necant, serpentem non recipiunt, ideo substerni vtile est in locis suspectis. Vstae etiam fugant nidore.

APPENDIX.

Falsum

Falsum & commentitium haud dubiè est quicquid neoterici aliqui de Filicis semine fabulantur: Filix se quòd scilicet vna solstitiali nocte floreat, eademque mine pro hora cum desloruit maturum in terram semen ea sus caret. dat, ideoq; nisi quispiã tunc affuerit, nec videri florè, nec colligi semen posse, tum quia incredibilia sunt, tum quòd omnes, Theophrastus scilicet, Galenus, Dioscorides, Plinius, sterilem & sine semine dixerunt. Neque etiã medici vel Arabes vel Persæ, ad magicas vanitates nati, seminis huius meminerunt. Quapropter omnia hæc aegyptiarum cõmentia esse videntur humane ignorantie ad questum impudenter illudentium, quæ certè vel vna hac ratione abundè satis confutari possunt, quòd cuncta illa fieri & obseruari natali nocte diui Ioannis Baptiste præcipiunt, cum natalis ea nox & solstitialis illa duodecim dierum numero nunc inter se distent.

DE PEUCEDANO. CAP.

CCXXVIII.

NOMINA.

νευκενος φενικη  
vel sulphureo nocte

**P**ΕΥΚΕΔΑΝΟΣ. Græcis, Peucedanus Latinis, of Fœnicus. sicinis et herbariis nostræ ætatis Fœniculus lus porci porcini dicitur. Germanis Harstrang, Seuufen = nus. chel, oder Schuuefeluurtz, (Gallis Peucedane = Peucedane, ou queu porceau,) quòd lachryma è radice nus vnde sulphuri aut thuri similis exudet. Peucedanum autè dicta. nomè inuenit à pinu quæ græcis πινια dicitur, cui Pinastellæ folio par est. Hinc posteriores latini Pinastellum lus.

S iij

cum

PLANTARVM HISTORIAE

eum vocauerunt.

FORMA.

Caulē emittit tenuem, macilentum, Fœniculo similem comam habet circa radicem copiosam & densam. Florem luteum, radicem foris nigram, intus albam, graui odore, crassam, liquore plenā. Hæ sanè omnes notæ, nulla prorsus reclamante, huic quam pictam exhibemus herbæ conueniunt. Officina<sup>ris</sup> Peucedani<sup>us</sup> non dunt herbas, Peucedanum ostendunt radice non succosa, sed lignosa, nec graui odore, sed iucundo: unde satis constare potest verum non esse.

LOCVS.

Cignitur in montibus opacis, potissimum in monte prope Tubingam, cui olim arx imposita fuit, in itinere versus Rotenburgum sito.

TEMPVS.

Floret Iulio & Augusto mensibus, atq; deinceps semen producit. Radix foditur exitu autumni.

TEMPERAMENTVM.

Calefacit ordine secundo iam completo: desiccatur verò tertio iam incipiente.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Radice adhuc tenera Peucedani cultrillo incisa liquor effunditur, profluensq; statim in umbra reponitur: in sole siquidem languescit. Facit cum colligitur capitis dolores & vertigines, nisi quis antea rosaceo nares præungat, & caput irrigat. Radix assata



*assata inutilis fit. Colligitur & ex caulibus & ex radice sicut è Mandragora liquor atque succus. Mius tamen efficax succo liquor, & velocius expirat. Interdum etiam concreta inuenitur lachryma thuri similis, caulibus radicibusque adherens. Ex aceto & rosaceo inunctus lethargicis, phreneticis, vertiginosis, comitialibus, diurnis capitis doloribus, resolutis, ischiadicis, conuulsis: in vniuersumque neruorum affectionibus ex oleo & aceto inungitur. Strangulatis vuluæ laborantes olfactus, soporeque profundo correptos reuocat. Suffitu serpentes fugat. Aurium doloribus cum rosaceo instillatus prodest. Causis dentium erosio inditus eorundem dolores mitigat. Contra tussim in ouo sumptus facit. Difficultati spirandi, torminibus & inflationibus subuenit. Aluum leniter mollit. Lienem minuit. Difficiles partus egregiè adiuuat. Ad vesicæ renique dolores & distentiones potus confert. Aperit vuluam. Radix ad eadem utilis est, sed inefficacior. Eius decoctum bibitur. Sicca trita sordida purgat vlcera, ossiumque squamas detrahit, veteraque cicatrice obducit. Ceratis malagmatisque calesfaciendi vi præditis miscetur. Eligi debet recens, non cariosum, solidum, odoris plenum. Succus ad portiones amaræ amygdalis, aut ruta, aut pane calido, aut anetho dissoluitur.*

## EX GALENO.

*Peucedani radice quidem maximè, sed tamen etiam*

PLANTARVM HISTORIAE

etiam succo & liquore vtimur. Sunt autem hęc omnia eiusdem specie facultatis, sed valēior liquor, admodum exalfaciens & digerens. Quare affectibus omnibus circa nervos cōsistētibus cōuenire creditur, tū morbis in pulmone & thorace ex crassitudine atque viscositate humorum factis. Et intrō quidem in corpus sumpta, sed tamen etiam olfactus profunt. Porro quōd incidat atque extenuet, sepe etiam dentium perforatorum dolores cavitati impositus protinus sedavit, quia videlicet est tenuium partium, & exalfactorius. Quinetiam lienes induratos iuuat, nempe incidendo, digerendo & extenuando crassos humores. Sed & radice ad hęc vti licebit, quę & squamas ab ossibus celerrimē detrahit, quia videlicet validē desiccet, minus tamen quā succus exalfaciēs. Et vlceribus malignis arida illita optimum est remedium: ipsa enim expurgat, carnem generat, & ad cicatricem perducit.

EX PLINIO.

Pucedani radices conciduntur in quaternos digitos ossis cultellis, funduntq; succū in umbra, capite prius & naribus rosaceo perunctis, ne vertigo sentiat. Et alius succus inuenitur caulibus adhęcrens, incisq; manat. Probatum crassitudine mellea, colore ruffo, odore suauiter graui, seruens gustu. Et hic in usu & radix, & decoctū eius pluribus medicamentis. Succo tamen efficacissimo, qui resoluatur amaris amygdalis, aut ruta, bibiturque contra serpētes,



PLANTARVM HISTORIAE

qualis amygdalis. LOCVS.

Passim in hortis, vineis potissimū, nascitur. Gaudet autem aquosis.

TEMPVS.

Floret primo statim vere, fructus verò eius autumni ferè exitu maturescit, celerrimè marcescens.

TEMPERAMENTVM.

Persica arbor in germinibus & foliis vincetem amarā qualitatem habet, vt hoc nomine calidā esse nemo dubitare possit. Fructus eius in secundo ordine frigidus & humidus existit.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Persica poma stomacho grata sunt, matura bonā faciunt aluum, cruda verò aluum constringūt. Siccata vehementius adstringūt. Siccorum decoctum haustum stomachi & ventris fluxiones sistit.

EX GALENO.

Folia Persicæ trita & super umbilicum imposta lumbricos necant. Alioqui sanè etiam discutiens medicamentum est. Pomorum verò eius succus & veluti caro facile corrumpitur, omninoq; noxā infert, quapropter haud post alios cibos vltimoq; sicut nonnulli solent, illa offerri oportet: nam in summo natantia corrumpuntur. Huius verò, quod omnibus commune est, meminisse oportet: quæcunq; vitiosi succi, quæ humida & lubrica sunt, facile que descendunt seceduntve, præ aliis comedenda esse: sic enim & ipsa celeriter subeunt, & aliis præeunt, ac  
quasi

quasi iter muniunt. Postremo autem sumpta, vnâ  
secum alia quoque in corruptionem trahunt.

EX PLINIO VALERIANO.

Persicorum cibus est quidem stomacho inutilis,  
eò quòd citò succus eius inacescat, & caro eque in  
digestione vitietur, verùm minimè grauis, dum nõ  
diutius in intestinis moratur, et ad ima semper exi-  
tu celeri festinat. Persicorum cibus negatur à medi-  
cis membra nutrire. Sed & Galenus suadet nõquã  
omnino post cibum sumere, corrumpi affirmans si  
cibus cæteris imatent. Persicorum folia trita & im-  
posita ventris animalia perimunt & expellunt. Eas-  
dem sicca & in puluerè trusa, recentes plagas cruen-  
torum vulnerum claudunt. Nucleus Persicorum ca-  
pitis dolori cum oleo & aceto tritus illinitur: quan-  
uis quidam cum solo vesaceo terere maluerint. Gum-  
mi gutta quam Persici truncus illachrymat, fluenti-  
ali medetur. Eadem mixta cum vino etiam in  
vesica lapillos frangit. Trita ex aceto impetigines  
reprimit. Decocta cum croco tumores faucium mi-  
tigat. Asperam arteriæ canalem leniorè facit. Ex-  
creantibus sanguinem miro modo subuenit. Thoracis  
obstrictos sinus reserat: vitia pulmonis expur-  
gat.

APPENDIX.

Flores Persicæ saccharo conditi, instar rosarum  
aut violarum, aluum haud leuiter mouent atque  
subducunt.

PLANTARVM HISTORIAE  
DE PEPLO. CAP. CCXXX.  
NOMINA.

*Esula rotunda.* Πέπλος Græcis, Peplos Latinis, officinis & vulgò *Esula rotunda*, Germanis *Teufelz-milch*, (Gallis *Reuille matin des Vignes*) appellatur. **FORMA.**

Exiguus frutex est albo liquore plenus: foliis paruis vt *Ruta*, latioribus tamen. Tota eius coma dodrantalis, rotunda, humi fusa: semine sub foliis paruo & rotundo, minore quàm candidi papaueris. Radice vna, ex qua totus frutex prouenit.

**LOCVS.**

Nascitur in hortis & vineis.

**TEMPVS.**

Colligitur mæsisibus, siccaturque in umbra, & continue vertitur.

**TEMPERAMENTVM.**

Idem cum *Tithymallis* habet temperamētum, atque adeò ex quarto calefacientium ordine est.

**VIRES. EX DIOSCORIDE.**

Herba ipsa multos habet vsus, radix verò inutilis. Semen eius tusum, feruidaq; aqua madefactum reconditur. Pituitam & bilem acetabuli pondere cum hydromelitis cyatho potū discit. Opsonis mixta herba aluum conturbat. Conditur in muria.

**EX GALENO.**

Peplos frutex liquorem similem *Tithymallis* habet, cum in aliis, tum quia purgat cum illi.



## EX AETIO.

Pituitam ac bilem ducit acetabuli mensura cum mulsa cyatho bibitum Peplisemen. Sale etiam herba maceratur, flatusq; discutit, ut Hippocrates asserit. Summopere igitur confert flatuosis affectibus qui in melancholia dominantur, item diuturnis lenis & uteri & coli flatibus, tumefactisq; cedematibus in abdomine.

## EX PLINIO.

Semine Pepli potio alius soluitur, bilis ac pituita detrahitur. Media portio est acetabuli mensura, in aquae mulsa heminis tribus. Et cibus inspergitur opsoniisq; ad molliendam a'uum.

## DE PILOSELLA. CAP. CCXXXI.

## NOMINA.

*muyshorub*

**Q**uo nomine veteribus Graecis aut Latinis nominata sit haec herba, ingenuè fateor me ignorare. Neque enim est  $\mu\upsilon\delta\sigma\ \delta\upsilon\sigma$  Dioscoridis. Cum itaque Graeco & Latino nomine destitueremur, barbaro uti nobis necesse fuit, nisi plane herbam hanc vulneribus glutinandis mirè utilem, praeterire voluissimus. Herbarii itaque nostra Pilosella etatis à copiosis pilis quibus vestitur, Pilosella, Ger unde diamani Meuszorlin, vocant. Ela.

## G E N E R A.

Duo eius herbae genera reperiuntur, in nullo ferè nisi floribus distantia. Vnum genus maioribus foliis, & quae se à solo sustollunt, floribusq; luteis, maior

ior

PLANTARVM HISTORIAE

Minor.

ior Pilosella nominatur, Germanis propriè Nagelkraut. Alterum minoribus foliis, in terra sessilibus, floribus purpureis, & quasi in pappum evanescentibus, Germanis Meuszoilin, oder Hasenpfatlin peculiariter appellatur. Sic etiam suam Pilosellam manuscriptus herbarius in maiorem & minorem digessit. **FORMA.**

Herba est foliis in terram graminis modo sparsis, pilosis, albicantibus à terra, supernè virentibus, floribus luteis aut purpureis, radice in exilitatè multam extenuata. Ex qua descriptione sole clarius sit, non est Pilosella. **Myosotis** eam herbam quæ à Græcis Myosotis, à Latinis autem Auricula muris dicitur, non esse Pilosellam: nam, ut reliqua taceam, neque maior neque minor Pilosella cœruleum flosculum velut Anagallis obtinet: ut non parum errent herbarij nostri temporis muris non ris qui Pilosellam alio nomine Muris auriculam apellari tradunt. **LOCVS.**

**Auricula** nascitur vtrunque genus locis montosis & collibus terrenis. Maior autem inuenitur etiam in asperis & incultis agrorum limitibus. **TEMPVS.**

Maior & Iunio potissimum mense florent. Minor tamen Pilosella paulò post initia Iunij mēsis dispersit, & nusquam subinde inuenitur. **TEMPERAMENTVM.**

Esse calidas & siccas Pilosellas gustus palàm declarat: habet enī adstrictionē cū exigua quadā acris

acrimonia cōiunctā, vt hoc nomine ad purificanda  
ac subinde glutinanda vulnera sint mirifice vtilis.  
VIRES. EX RECENTIORIBVS.

Ferunt foliorum farinā vulnera mirum in mo-  
dum glutinare. Herbe recētis succū exprimunt ad  
cohibendos quartanæ febris horrores. Eodē tingunt  
gladiatorum aciem, vt omne ferrum aliud domet, se-  
cetq̄: ferrum enim quod huius succo cōmaduit tā-  
tam contrahere duritiā, tamq̄; magnum induere  
robur produnt, vt chalybis aciem respuat. Has cer-  
tē omnes facultates manuscriptus herbarius Pilo-  
selle adscribit. Recentiores huius herbe radicē Ma-  
io mense effossam, siccata, & in puluerem redā-  
tā, ac subinde potam, aut in cibo datam, effica-  
cissimū esse aduersus ramicem remedium tradunt.  
DE PIMPINELLA. CAP. CCXXXII.

Neutra ex his Pimpinellis nostram ex-  
primit, quæ est odore cucumeris, coliculis  
rubentibus, & flosculis in capitello purpu-  
rascentibus, quam post sanguisorbain vo-  
cat.

## NOMINA.

**V**T appellata sit Græcis aut latinis herba hæc *Beneruel* vel  
quam hodie vulgus herbariorum & officinæ *Pimpernel*  
Pimpinellam vocant, nondū nobis certō scire licuit.  
Sunt qui Pampinulam & Bipemullam nomināt.  
Germani Bibinellē & Bibernellen (Galli Pim *Päpinula*  
pinelle, ou Pimprenelle) appellant.

## GENERA.

T Duūm

PLANTARVM HISTORIAE

32004 c5

Herb. pimp  
mell

Duam est generum Pimpinella. Vna maior, radice admodum longa, foliis multifariam scissis, Sifaro haud dissimilibus, caulibus angulosis, floribusque in summo exiguis & candidis. Altera minor, caulibus rufescentibus, foliisque minoribus, & non dissectis multifariam, sed serratis tantum, alias priori per omnia similis.

FORMA.

Herba est folio mucronato, dissecto, aut in extremitatibus serrato, caulibus ab eadem radice binis aut trinis, angulosis, & interdum rubentibus, in quorum summo nascuntur flores minuti & candidi, & iis deciditibus semen exiguum Oreoselini semini simile. Radice crassa, longa, & subrubente, acri admodum.

LOCVS.

Lucis & opacis locis minus, in pratis autem maris, affatum citra cultum erumpit.

TEMPVS.

Aestate in autumnum vsque floret.

TEMPERAMENTVM.

Quum acrimoniam non exiguam in gustu praeseferat, haud dubie in secundo ordine calida & sicca erit, imò secundum calefaciendi ordinem excedere credibile est, & ad tertium ferè accedere.

VIREs. EX RECENTIORIBVS.

Pimpinellæ succus bibitur contra serpentium morsus. Ex vino pota calculos terit. Straguriam etiam decocta

decocta leuat. Succus eius potus omne venenū discutit. Aqua eius ignis vi expressa oculorum caliginē discutit. Hæ sunt facultates quas illi antiquus herbarius tribuit. Alii tradunt succum eiuslem faciei maculas detergere posse. Est autē radicis Pimpinellæ tum vsus præcipuus, quum sciuentis populi latim pestilentie contagia arcere conamur: vnicū enim venenis aduersatur, & corpora ab hac luce vindicat, vt adfirmant, si tantum in ore teneatur. Quod certè non potest ea quam hodie Sanguisorba vocant herba. Quare mirum in modum errant, qui hanc cum Pimpinella confundunt, vt fusi suo dicemus loco.

## DE PASTORIA BURSA.

CAP. CCXXXIII.

NOMINA.

Tischendreyt

**Q**uo nomine herba quam vulgus Pastorianam bursum appellat, Græcis & Latinis medicis dicta sit, ignorare me ingenuè fateor. Bursa autem sunt qui peram etiam pastoris nominant, à foliis perapaculis in exigua vulgæ similitudinem compressis, turbinata cordis effigie. Germanis Deschelkraut & dicta. Hirtenseckel vocatur.

## FORMA.

Herba raro pede altior, ramosa, Eruce folia habens, at minora. Flores exiguos, candidos. Semen in vulgæ minutum & nigrum. Radicem candidam & oblongam.

PLANTARVM HISTORIAE

LOCVS.

Nascitur propter vias passim, & in parietinis.

TEMPVS.

Iunio & Iulio mensibus legitur.

TEMPERAMENTVM.

Refrigerat & adstringit.

VIRES. EX RECENTIORIBVS.

Ex aceto trita collectionū inflammationes refrigerat, ac eò confluētes humores cohibet. Imponitur sacris ignibus, & quibus stomachus aestuat. Succus eius purulentis auribus infunditur. Cruenta sanat vulnera. Medetur dysentericis, sanguinem excreantibus, neque non muliebri profluvio. Manuscriptus herbarius addit hanc sanguinem è naribus profluētem sistere mirificè posse. Herbam quoque manu tantum gestatam, mox idem efficere tradit. Quid multa? mirè efficax est in comprimendis omnibus sanguinis eruptionibus.

DE PEDE LEONIS. CAP. CCXXXIII.

NOMINA.

**Q**uam vulgus herbariorum Pedem leonis nominat, non est Dioscoridis Leontopodion, id quod descriptio satis monstrat. Quo vero nomine Graecis & Latinis appellata sit, mihi nōdum constat. Sunt ex barbaris qui Alchimillam, Pes leonis alii etiam qui plantam leonis nominant. Sic autē herbario dicta, quòd folia habeat instar leonini pedis lata & rotunda. Germanis Synnau Louentapē, Lo-  
uenfufz,

Synnau  
L. uen. f. u. p. o. e. t.

Leontopodion Dioscoridis non est herbariorum.



uenfusz, & vnser frauue mantel (Gallis Pied de Lion) vocatur.

## FORMA.

Dodrantalís est herba, folia lata, crispa & rotunda octo serratis incisuris distincta, non tamen ad pediculus vsque, qui statim è radice exeunt, fissa habens. Flores item exiguos & luteos profert. Radicem digito crassiore, & sesquipalmo longiore, subrubescens.

## LOCVS.

Pasim in prati, in alto potissimū sitis, nascitur.

## TEMPVS.

Maiο mense erumpit, ac inter Iunii initia floret.

## TEMPERAMENTVM.

Folia & radix adstrictione vehementi participant, atque adeò exiccant. Recentiores id ipsum in secundo efficere ordine tradunt.

## VIRESEX RECENTIORIBVS.

Vulneribus glutinandis aptissima est. Decocto enim illius lauantur vtiliter omnia vulnera. Linteū quoque in eo madefactum illis commodè imponitur. Mulierum mammas impense laxas linteū decocto eiusdem intinctum & impositum, duras solidasq; efficit. Decoctum denique hoc epotum interanea vulnera, rupturasque glutinat. Et quod diu mirum est, tanta eius plantæ in glutinando vis est, vt ramices intestinorum, in pueris potissimum, sanare possit.

PLANTARVM HISTORIAE  
DE POLYGONO MARE.  
CAP. CCXXXV.

noctis g<sup>o</sup> ab

Polygonum mas herba innocentium vulgò dicitur, quod Parisiis in Cœmiterio Innocentibus sacro luxuriat.

NOMINA.

Seminalis *ολύγονον ἀρρεν* Græcè. Proserpinaca, Seminalis à seminis multitudine, & Sanguinalis à cohibendo sanguine nominatur. Officinis corrigiola & Centumnodia. Germanicè V-ueggatz, Dennygratz, Vuedritt appellatur. Corrigio = Polygonon à geniculorum frequentia, & multitudine dictum est. FORMA.

Herba est ramis tenuibus, teneris, copiosis, geniculis intersectis, in terra graminis modo repētibus. Foliis Rutæ similibus, longioribus tamen. Iuxta singula folia semine, vnde masculum vocatur. Flore albo aut puniceo. LOCVS.

Nascitur passim, quotidieq; pedibus conculcatur, sua sponte in aggeribus & semitis proueniens.

TEMPVS.

Aestate floret, quo etiam tempore legitur.

TEMPERAMENTVM.

Vti adstrictionem quandam obtinet Polygonum, in sanè vincit in eo aqueum frigidum, vt videlicet secundi sit ordinis medicaminum refrigerantium, aut etiam quodammodo in initio tertii. Est etiam exiccatorium.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Vim habet adstringendi & refrigerandi succus Polygoni potus. Prodest sanguinem expuëribus, & alui defluxionibus, cholericis & vrine stillicidio. Vrinam enim euidenter ducit. Cũ vino potus venenatorum moribus auxiliatur. Valet etiã ad febrũ circuitus vna hora ante accessionem sumptus. Muliebri profluuium appositus sistit. Aurium doloribus, & purulentis auribus instillatus confert. Cum vino decoctus melle adiecto, eximiè ad genitalium vlcera facit. Folia contra stomachi ardorẽ, sanguinis reiectionem, herpes, ignes sacros, inflammationes, œdemata, & vulnera recentia illuminantur.

## EX GALENO.

Polygonum iis sanè quibus stomachus æstu feruet extrinsecus illitum auxiliatur: veluti etiã ignes sacros & calidas phlegmonas inuat. Porrò tale cõsit, & fluxiones reprimat, & hac ratione videtur exiccatorium esse. Quare cum herpetum, tum vlcerrum, aliorumq; bonum est remedium: efficacissimũ autem inflammatione & fluxione laborantiũ paritium. Est & cruentorum vulnerum glutinatorium. Sed & aurium vlcerebus prodest: & si vel satis puris insit, hoc tamen etiam desiccet. Easdem ob facultates & muliebri profluuiũ, & dysenteriam, & sanguinis eiectiones, & vndeunque aliunde immoderatiores impetus sistit. Refert Dioscorides quòd & vrinam prouocet exhibitum stillicidio affectis.

PLANTARVM HISTORIAE

Non tamen affectum exactè discriminat in quo da-  
ri ipsum expediat.

EX PLINIO.

Succus eius infusus naribus supprimit sanguinè,  
& potus cum vino, cuiuslibet partis profluuiū ex-  
creatimesq; cruentas inhibet. Vis eius spissare ac  
refrigerare. Semen aluum largius sumptum soluit,  
vrinam ciet, rheumatismos cohibet: qui si nō fuerit,  
nō prodest. Stomachi feruori folia imponuntur. Ve-  
sicæ dolori illinuntur, & ignibus sacris. Succus &  
auribus purulentis instillatur, & oculorum dolori  
per se. Dabatur et in febribus ante accessiones, duos  
bus cyathis in tertianis quartanisve præcipuè. Itē  
cholericis, dysentericis, & in solutione stomachi.

DE PEGANO. CAP. CCXXXVI.

NOMINA.

**Π**ήγανον κινθέριον Græcè, Ruta hortēsis La-  
tinè: officinæ retinuerunt nomen Latinum:  
Rauten & Vucinrauté Germanicè (Gallicè de  
la Rue) vocatur. Peganon Græci, Plutarcho libro  
tertio sui symposii teste, à facultate, quòd calore sic  
citatèque genituram coagularet, dixerunt: Πήγανον  
Idē enim coagulare, & quasi in glaciem contrahere est. Hinc vterum gestantibus inimica etiā  
coronis inserta putatur.

FORMA.

Frutex est Ruta hortensis grauiissimi odoris, sem-  
per ferè virens: folio exiguo, penè rotundo, cæsii col-  
loris,

Raymone

Peganon  
vnde di-  
ctum.

loris, denso, surculosis ramis: flore luteo, angulosis calycibus, in quibus semen album continetur.

## LOCVS.

Prouenit passim in hortis, amat aprica & sicca loca.

## TEMPVS.

Floret aestate, semē autem Autumno maturescit, quo etiam tempore carpendum venit.

## TEMPERAMENTVM.

Gustu non solum acri, sed & amaro est, ex tertio ordine exalfacientium, & siccū desiccantium.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Vrit, calfacit, exulcerat, urinā mouet, menstrua que ducit. Aluum sistit pota & comesta. Letalium venenorum antidotum est, si semen acetabuli mensura in vino bibatur. Folia per se ante cibum sumpta, & cum nucibus iuglandibus, aridisq; sicis, inefficacia venena reddunt. Contra serpentes similiter sumpta profunt. Genituram tam in cibo quam potu extinguit. Coctum cum anetho sicco, tormina sistit. Facit etiam ad lateris thoracisq; dolores, difficultatem spirandi, tusses, pulmonis inflammationem, coxendicum, articulorumq; cruciatus, rigores circuitibus certis repetentium febrium, vti praedictum est, pota. Ad inflationes coli, vteri & recti intestini, decocta cum oleo & infusa. Vulnæ strangulatu liberat trita cum melle, si à genitali vsq; ad sedem imponatur. Feruefacta cum oleo & pota, lubricos excutit. Articulorum doloribus cum melle,  
aque

PLANTARVM HISTORIAE

aquæ inter cutem, quæ hypofarca dicitur, cum fici illinitur. Eisdem pota auxiliatur, in vino decocta ad dimidias partes, & si ea abstergantur. Crusta, saleq; condita ac comesta, visus aciem exacuit, & oculorum dolores cum polenta illita sedat. Cum rosaceo & aceto capitis doloribus succurrit. Sanguinis narium profusio trita & imposta sistit. Testium inflammationibus cum Lawri foliis illita, & exanthematis cum myrto & cerato prodest. Cum vino autem, pipere & nitro confrieta, albæ vitiliginis medetur. Cum iisdem illita thymos & myrmecias tollit. Cum melle & alumine imposta lichenibus prodest. Succus in malicorio calfactus & instillatus aurium doloribus succurrit. Oculorû hebetudinibus cum succo Fœniculi & melle inunctus subuenit. Ignis sacros, herpes & achores cum aceto, cerussa & rosaceo inunctus sanat. Ceparum & aliorum acrimoniam commanducata domat.

EX GALENO.

Ruta incidere atque digerere crassos lentosque humores potest. Ob eam autem vim & urinas mouet. Quinetiam tenuium est partium, flatuq; extinguit. Quare ad inflationes prodest, ac Veneris appetitum cohibet. Discutit atque exiccac stremit: est enim ex eorum medicamentorum numero quæ valenter exiccant.

EX PLINIO.

Quæcumque Ruta & per se pro antidoto valet,  
foliis



foliis tritis & ex vino sumptis. Cōtra aconitū max-  
ximè & ixiā. Item fungos, siue in potu detur, siue  
in cibo. Simili modo cōtra serpentium icūs, utpote  
quū mustela dimicatur & cū his, Rutam prius edē-  
do se mimiānt. Valēt & contra scorpionū icūs, &  
araneorū, apium, crabronum, vesparum aculeos, &  
cātharidas, ac salamādras, canisve rabiosi morsus,  
acetabuli mēsurā si succus è vino bibitur, & folia  
trita vel cōmanducata imponuntur cū melle et sa-  
le, vel cū aceto & pice decocta. Succo verò perun-  
ctos, aut etiā habētes, negāt feriri ab his maleficiis.  
Serpētēsq; si vratur Ruta, nidorē fugere. Efficacis-  
sima tamē est syluestris radix cū vino sumpta: eādē  
adiiciūt efficaciorē esse sub dio potam. Pythagoras  
oculis noxiā putauit falso, quoniā sculptores & pi-  
flores hoc cibo utūtur oculorū causa. Cū pane quo-  
que vel nasturtio satinae atq; syluestris propter vi-  
sum. Vt aiūt, multi succo eius cū melle attrito inū-  
cti discussērunt caligines, vel cū lacte mulieris pue-  
rum enixa, vel puro succo angulis oculorum tactis.  
Epiphoras cum potentia imposito. Lenit autem ca-  
pitis dolores pota cum vino, aut cum aceto & rosa-  
ceo illita. Si verò sint cephalæa, cū farina hordea-  
cea, vel aceto. Eadē cruditates discutit, mox infla-  
tiones, dolores stomachi veteres. Vulvas aperit, cor-  
rigitq; conuersas, illita in melle toto vētre & pectora-  
re. Hydropicis cum sicu, & decocta ad dimidias  
parte, potaque ex vino. Sic bibitur & ad pectoris  
dolores

PLANTARVM HISTORIAE

dolores laterumq; & lumborum, tusses, suspiria, pulmonum, iecinorum, renum vitia, horrores frigidos. Ad crapulae grauedines decoquuntur folia poturis. Et in cibo vel cruda vel decocta cōditāve prodest. Item torminibus in Hyssopo decocta, & cum vino. Sic & sanguinem sistit interiorem, & narium indita: sic & collutis dentibus prodest. Auribus quoque in dolore succus infunditur, custodito vt diximus modo. E syluestri vero contra tarditatē & sonitum cum rosaceo, vel cum laureo oleo, aut cum inno & melle. Succus & phreneticis ex aceto trita instillatur in tempora & cerebrū. Adiecerunt alii qui & Serpyllum, & Laurum, illinentes capita & colla. Dederunt & lethargicis ex aceto olfaciendū. Dederunt & comitialibus bibendum decocta succum in cyathis quatuor ante accessiones, quarum frigus intolerabile est. Alsiosisq; crudam dari in cibo. Urinam quoque vel cruentam pellit. Fœminarum etiam purgationes, secundasq; etiam emortuos partus, vt Hippocrati videtur, ex vino dulci nigro pota. Itaque illitam & vuluarum causa etiā suffire iubet. Diocles & cardiacis imponit ex aceto & melle cum farina hordeacea. Et contra ileū decocta farina in oleo, & velleribus collecta. Multi verò & cōtra purulentas excreationes sicca drachmas duas, sulphuris vnā & dimidiam sumi censent. Et cōtra cruentas, ramos tres in vino decoctos. Datur & dysentericis cum caseo in vino contrita.

Dederunt

Dederunt & cum bitumine infriētā potioni propter anhelitum. Ex alto lapsis seminis tres vncias, ex olei libra, vini que sextario. Illinitur cum oleo coctis foliis partibus quas frigus adusserit. Si vrinā mouet, vt Hippocrati videtur, mirum est quosdam dare velut inhibentem potui contra incōtinentiam vrinæ. Psoras & lepras cum melle & alumine illita emendat. Item vitiligines vel rugas, strumas, & similia, cum hircino & adipe suillo, ac taurino seuo. Item ignem sacrum ex aceto & oleo, vel psimythio. Carbum uū ex aceto. Nonnulli laſerpitiū vnā illini iubent, sine quo epinyctidas pustulas purāt. Imponunt & mammis turgētibus decoctā, & pituitæ eruptionibus cum cera. Testium verò epiphoris cum ramis laureæ teneris, ad eō peculiari in visceribus his effectū, vt gluestri Ruta cū axūgia veteri illitos ramices sanari prodāt. Fracta quoque membra semine trito cū cera imposito. Radix Rutæ sanguinē oculis suffusum, & in toto corpore cicatrices aut maculas illita emendat. Ex reliquis quoque quæ traduntur, mirum est, cum feruentem Rutæ naturam esse conueniat, fasciculum eius in rosacco decoctum addita vncia aloes, perunctis sudorem reprimere. Atēmq; generationes impediri hoc cibo, ideo profluuiū genitali datur, & Venerem crebrò per somnia imaginantibus. Præcauendū est gravidis, abstineāt hoc cibo, necari enim partus inuenio. Eadem ex omnibus satis quadrupedum quoque

PLANTARVM HISTORIAE

que morbis in maximo vsu est, siue difficilè spirantibus, siue cõtra maleficorum animalium ietus, infusa per nares ex vino: aut si sanguisugam exhaurerit, ex aceto, & quocũque in simili morborum genere ut in homine temperato.

EX SIMEONE SETHI.

Incidit crassos & tenaces humores, perque vrinam vacuat, & ad inflationes conducit, appetentiamque Veneris compefcit, ac strenuè exiccat. Ad inflatas aquas inter cutem, & anasarcam, morsus à vipera, succum Papaueris aut aconitum bibentes, colicòsque, pota & iniecta. Traditur quòd comest. & visum acuet, ob id antiqui pictores hanc assidue degustabant. Nonnulli & succum eius melli cõmiscentes, medicamentum ad oculorum aciem acuetiam conficiunt. Succurrit difficultati vrinae si cum oleo coquatur, & ea vesica foueatur. Item difficulter spirantes cum melle data, confestim iuuat. Lethargicis pota, & per clysteres iniecta remediũ sit. Intestina corroborat, non solum caliditate, sed proprietate quadã. Fertur etiam quòd si pregnans mulier ex eius succo bibat, abortiat. Et si in dies quindecim folia assumat, idem facit. Obstructiones iecoris & lienis tollit. Si ieiunus quisquam ipsam assumpserit, eò die à veneno non laedetur.

DE POTENTILLA.

CAP. CCXXXVII.

NOMI

## NOMINA.

Argemone

**Q**uo nomine Græci & Latini hanc herbam appellarint, à nullo, quòd sciam, adhuc proditum est. Recentiores herbarii Potent. Potentilla. tillam, aliqui ob similitudinẽ Agrimoniam & Tanacetum sylvestre nuncupant. Germani, quòd herba illa anseres in cibo delectetur, Gensetich (Gallic Tanaisi sauage) vocant.

## FORMA.

Herba Eupatorio, quòd Agrimoniam hodie vocant, hanc dissimilis. Caules ex vna radice multos profert, humili serrat. Folia Eupatorio similia, superne viridia, inferne candicantia. Flores luteos singulari pediculo pendent. Radicem extrinsecus rufescentem, intus candidam.

## LOCVS.

Nascitur passim circa semitas & loca aquosa, atque in fluuiorum ripis ac marginibus.

## TEMPVS.

Aestate floret, quo etiam tempore legi debet.

## TEMPERAMENTVM.

Quoniam folia eius & radix adstringant, temperamento à Pentaphyllo seu Quinquefolio nihil differre videtur. Quare hæc, potissimum autem eius radix, ex tertio ordine desiccatoria est, minimũque euidenti caliditatis habet. Errat itaq; mirũ in modũ recentiores, qui hanc humidã esse statuunt, nisi Potentilla alia moti ratione, quã quòd in humidis locis nõ est huc proueniat: mida.

PLANTARVM HISTORIAE

proueniat: quasi verò Nasturtiū aquaticum, quod Sifymbrium cardamine Dioscoridi vocetur, haud obstante quòd in aquosis nascitur, non etiam in tertio deficiet ordine. Debuisset certè illos ab hac sententia detertere non leuis illa adstrictio, quæ certissimus est siccitatis index: adstringentia enim, Galieno libro quarto de simplicibus medicamentis facultate capite sexto teste, terrena sunt & crassa corporis consistencia, atque adeò sicca.

VIRE S.

Recentiores potentillam fluxionibus & puncturis oculorum prodesse, recentia vulnera glutinare, & exedentia sanare, mulierum mensiua compescere, artus & membra confirmare, rectè tradunt: nam id ipsum posse, adstrictio, quæ in hac herba haud modica est, ab eundem docet. Et cū habeat Quinquifolij temperamentum, eius etiam facultates obtineat necesse est. Dentium itaque dolorem finit. Exedentia oris vlcera sanat. Dysentericis & alui profluuiis, coxendicis articularumque doloribus subuenit. Sanguinis eruptiones sistit, aliæque potest quæ à Dioscoride Quinquifolio tribuuntur. Quòd verò adiciunt hanc etiam lubricos exterminare posse, id Herbarij minus rectè faciunt. Ea siquidè facultas non huic, Potentillæ sed illi inest herbae quæ verè Tanacetū dicitur, quæ cū Tanacetū quidè est tertia, ut suo diximus loco, Artemisia speculo confusio. Proinde nō sine magno errore, Potentillæ cū ea derunt. quæ propriè Tanacetū vocatur herba confuderunt.



## NOMINA.

**N**ondum nobis constat quo nomine hæc herba veteribus tum Græcis tum Latinis appellata sit. Vulgus tamen medicorum & herbariorum Prunellam nominant. Germani Braunellen oder Gottheyl. Prunella.

## FORMA.

Caulis habet in medio striatos, pingues & hirsutos: folia Ocimo similia, coloris herbacei, & acuminata. Flores in summis caulibus spicatos, Lavandule vocata herba non dissimiles. Radicem tenuem, multis capillamentis fibratam.

## LOCVS.

Nascitur passim in pratis.

## TEMPVS.

Maior & Iunior mensibus floret.

## TEMPERAMENTVM.

Calidam & siccam esse constat, id quod ex gustu patet: glutinosa enim admodum & modicè amara est.

## VIRE S.

Vulnerariam esse herbam evidentissimum est. Succum eius cum aceto & rosaceo mixtum, vehementes capitis dolores sedare recentiores vno consensu tradunt, si tempore ex eo inungantur. Aphthas & oris vlcera, fauciumque vitia succus eiusdem sanat.

by fonges & amy  
vyslat

PLANTARVM HISTORIAE  
DE PENTAPHYLLO.  
CAP. CCXXXIX.  
NOMINA.

ΕΥΤΑΦΥΛΛΟΝ Græcis, *Quinquefolium Lat-*  
II *inis & officinis, Germanis Funff finger-*  
*kraut, oder Funffblatt (Gallis Quinte-*  
*Quinque- fueille) appellatur. Nomen à numero foliorū ha-*  
*folium vn bet: in vnoquoque enim pediculo quinq; esse depre-*  
*de dictū. henduntur.* GENERA.

Etsi Dioscorides vnum duntaxat Pentaphylli ge-  
nus faciat, tamen nos ad nostras respicientes terras  
Marius Pē tria eius genera in vniuersum produximus. Vnum  
taphyllū. quod maius appellauimus, prorsus ad Dioscoridis  
piclurā accedens, vt hoc nomine verum esse *Quin-*  
*quefolium putemus. Estq; duūm generum: vnum*  
*quod pallidos seu candidos flores obtinet, hinc est*  
*quod Quinquefolium maius candidum appellau-*  
*rimus, Germanicè grosz Vueilz Funff finger-*  
*kraut. Alterum floribus ornatur auri colorem emu-*  
*lantibus, seu luteis. Nos vt discernemus à priori,*  
*Quinquefolium maius luteum nominauimus. Dio-*  
*scorides etiā hæc duo genera innuere videtur, cum*  
*inquit florem habere vel candidum vel auri emu-*  
*lum. Tertiu minus diximus, quod priori haud dis-*  
*simile est, non tamen passim vt illud quinquefolia*  
*obtinens. Hoc cum nō haberemus aliud nomen quo*  
*ipsum appellaremus, inter quinquefolij genera con-*  
*numeyare placuit. Videtur verò Hippocrates etiā*  
duo

grosz vueilz  
vyslat

grosz vueilz  
vyslat

Minus.  
vyslat

duo Quinquefolii generari videntur, vnum humilius, alterum procerius, vt hoc nomine nobis etiam liceat minus & maius statuere.

## FORMA.

Ramulos habet festucarum instar graciles, doradriatales, & in iis semen. Folia Menthae similia, in singulis pediculis quina, raro plura, per ambitum serrae modo incisa: florem in candido pallidum, auri aemulum, Radicem subrubram, oblongam, Elleboro nigro crassiore. Ex qua sane descriptione omnibus liquet, maius Quinquefolium esse legitimum. Ex vna siquidem radice subrubra & oblonga, ramulos profert tenues, ac prorsus festucaceos, & in iis semen, folia Menthae, quina in singulis pediculis, per ambitum serrae modo crenata, florem luteum, aut aureum. Quibus accedunt natalis locus (in riguis enim nascitur) & immensa adstringendi facultas: quae quidem singula verum esse Quinquefolium docent. Adeoque mirari satis non possum, cur nonnulli adulterina haec esse Pentaphylla sibi persuaserint.

Maius  
Quinque-  
folium est  
verum Pen-  
taphyllo.

## LOCVS.

Prouenit aquosis locis, & iuxta aqueductus. Interdum etiam in incultis, siccis & arenosis locis.

## TEMPVS.

Floret Maio & Iulio mensibus potissimum.

## TEMPERAMENTVM.

Vtriusque certe folia, flores & radices vehementer adstringunt: atque adeo, vt Galenus ait, radix,

PLANTARVM HISTORIAE

cuius multus est vsus, ex tertio est ordine desiccantium, minimum habens euidentis caliditatis.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Radici<sup>s</sup> Quinquefolij decoctum ad tertias depressum deductumve, si in ore retineatur, detum dolores sedat. Putrescentia oris vlcera collutione sistit. Arteriae asperitates gargarizatum emendat. Contra alui profluvia, & dysenterias auxiliatur. Item articulorum & coxendicum dolores potum sanat. Cocta in aceto & illita, herpes cohibet. Strumas discutit, duritias, oedemata, aneurysmata, abscessus erysipelata, digitorum pterygia, condylomata, scabiesque sanat. Tenebrae radici<sup>s</sup> succus, contra icteris pulmonisq; affectiones & venena prodest. Folia cum hydromelite, aut vino diluto, & exiguo pipere, contra febrium circuitus bibuntur: in quartana quidem quaternorum ramulorum folia, in tertiana vero trium, in quotidiana vnus. Tricenis diebus posita comitiali morbo medentur. Succus foliorum per dies aliquot trium cyathorum mensura potus, celesiter regium morbum sanat. Vulneribus ac fistulis cum sale & melle illita medentur. Enterocelicis, id est, intestinorum ramice laborantibus succurrunt. Sanguinis eruptiones potum & illitum Quinquefolium sistit. Inciditur ad expiationes lustrationesve, sanguinis profluvia & castimonias.

EX GALENO.

Pentaphylli radix desiccatur vehementer, minimum

num verò acris est : quare in multo est vsu, velut alia quoque omnia, quæ quum sint tenuium partium, citra morsum desiccant.

## EX PLINIO.

Quinquefolium adhibetur purgandis domibus. Strumis medetur, & pectoris vitiis. Idem ischiadicis bibitur & imponitur. Panos sanat. Impositum articulis vtilissimum. Fistulis quæ in omni parte serpunt auxilio est cum sale & melle. Phalangio aduersatur, lichenas emendat. Succus de Quinquefolio potus cyathis tribus angina medetur. Idem iecinoris & pulmonis vitiis, sanguinemque reiciētibus, cuiuscunque sanguinis vitio intus occurrat. Multi supra omnia laudant ad deploratos dysentericos Quinquefolium, decoctis in lacte radicibus & potis. Item decoctum ad tertias in vino iëtericis dari atque illini vtilissimum est. Eius folia ex aqua comitiales sanant. Item contrita ex vino sumpta triginta diebus in betonica farina pōdo denariorum tredecim cū aceti scillitici cyatho, comitialibus morbis liberant. Celerrimè succus regio morbo medetur, tribus cyathis cū sale & melle potus. Quinquefolij folia quidam terna tertianis dedere, quaterna quartanis, plura cæteris, omnibus obolis tribus cum pipere ex aqua mulsæ.

## DE PISIS. CAP.

CCXL.

V ij

NO

PLANTARVM HISTORIAE

NOMINA.

Γ ΣΟΥ, ἢ Λέκυθος Græcè, Pisum Latinè dicitur.  
 II tur. Officinis hoc nomine notum. Germanicè Erbsz, oder Erueyssen, (Gallicè Pisum Pois.) Sic autem à Pisa loco in quo olim copiosissimè quare dicitur nascèbatur, nominatum est.  
 Etum.

GENERA.

Duo apud nos genera Pisorum reperiuntur. Vnū in aruis caducum, humi serpens, quod genus Germani Klein feld Erueyssen nominant. Huius, utpote vulgaris, picturam haud damus. Alterum in altum scandit, arboribus aut palis quibus accubet adfixis, quibus sese capreolis vinciens illigat. Hoc Germani Grosz garten Erueyssen vocant. Genus hoc pictum exhibemus. FORM A.

Caules in terrā spargit concauos, ramososq; præ tenui surculo: folio frequenti præter cæterorum morem longiusculo: flore papilionis formæ, circa umbilicum purpureo: siliqua oblonga seu cylindræa: gravis rotundis, & ut Plinius lib. xviii. cap. xij. ait, angulos multos inæquales habentibus: radice imbecilla: ut mirari satis non possim, unde plerisque suspicio orta sit, ut Pisum nostrum legitimum esse dubitauerint. Scio autem esse qui legumē hoc quod hodie passim Pisum appellatur, putent esse Cicer arietinum, quod scilicet valvula seu siliquæ eius cornu arietini formam habeant. Quorum certè sententiam probare non possum, quòd, Plinio teste, Cicer



*cer arietinum sic non sit dictum, quia valuula est  
figiem arietini cornu exprimant, sed quia legumen  
ipsum seu granum Ciceris arietino capiti simile sit.  
Eam autem formam legumen hoc quod Pisum no-  
minamus non refert.*

## LOCVS.

*Apricis gaudet locis, frigorum nanque impatiens-  
tissimum. Tepidum itaque locum, & coelum fre-  
quentis humoris desiderat.*

## TEMPVS.

*Iunio & Iulio mē<sup>ib</sup>us floret, & subinde etiam  
semina in valuulis profert.*

## TEMPERAMENTVM.

*Quum Pisum simile quid tota substantia cum fa-  
ba, vt testatur Galenus, obtineat, necesse est vt non  
multum à medio temperamento in refrigerado &  
exiccando recedat.*

## VIRES. EX GALENO.

*Simile quid tota substantia cum fabis obtinent  
Pisa, nec alio quàm illæ modo manduntur. In duobus  
autem euariant. Nō enim similiter ac fabæ in-  
flant, nec abstergendi facultatem habent, ideoq; se-  
gnius quàm illæ per aluum secedunt.*

## EX PAVLO.

*Pisum molle quidem & laxum est, non tamen  
adeò inflat.*

DE POLYTRICHO APV<sup>s</sup>

LEIANO. CAP. CCXLI.

gule polytrichon

# PLANTARVM HISTORIAE

## NOMINA.

**N**on temerè adiectum est Apulei, ne scilicet quispiam Dioscoridis & aliorum Græcorum Polytrichon intelligeret Polytrichon, quòd sanè forma ab eochi Apulei quod nunc describimus alienissimum est. Germanicè à colore aures quam habet, Guldiner Vuidertthon vocatur. Officinis incognita est hæc herba. Polytrichon dicta est à ramulis, qui capillorum instar tenues sunt.

## GENERA.

Duo Polytrichi Apuleiani damus genera. Vnù maius, alterum minus: neque enim differunt nisi sola magnitudine.

## FORMA.

Ramulos habet capillorum instar tenues, colore aurum referetes, circumq; hos folia multa capillacea, in summo capitula lentis aqua: icæ ferè forma, eiusdem cum ramulis coloris.

## LOCVS.

Maius nascitur in pratis humidis & vliginosiss. Minus in petris ac muris humidis.

## TEMPVS.

Mense Iulio vtrunque reperitur.

## TEMPERAMENTVM.

In caliditate & frigiditate symmetra sunt: desiccant tamen, extenuant & digerunt.

## VIREs.

Decoctum eorūdem in aqua aut lixiuia capillorum

rum radices firmat, ideoq; in alopecia caput glabri  
capillis vestit. Potum, viscosorum crassorumq; è tho  
race pulmoneq; excretionibus non mediocriter cõ  
fert: lapides frangit, & vrinas ducit. Morbo regio  
corruptis & lienosis auxiliatur. Strumas discutit,  
& in summa eadem quæ Adiantum potest. Recen  
tiores superstitione quadam ducti illis multa rudi  
cula & incredibilia tribuunt.

DE PERSICARIA. CAP. CCXLII.  
NOMINA.

**N**on clàm me est quàm variè à multis diuis  
natum sit, quo nomine Persicaria vocata ve Persicæ  
teribus sit. Sed mea quidem sentètia in vniuersum via  
omnes coniecturis vsi non satis firmis, decepti sunt.  
Et ego quidem fateor ingenuè, nec mihi constare  
num à veteribus descripta sit, tantum abest vt sci  
re queam quo illam appellauerint nomine. Vulgus  
herbariorum vno consensu hodie, quòd folia Persicæ Persicæ  
cæ habeat, Persicariã nominant. Germani Flohe ria vnde  
kraut, (Galli Curaige.) dicta.

FORMA.

Folia Persicæ arboris habet, fusca in medio mas  
cula plumbaginè ve: caule geniculato, rubente, lon  
go: flore spiceo, primùm cãdido, dehinc purpureo:  
semine minuto, radice lutea, numerosa.

LOCVS.

In humidis & palustribus locis frequentius pro  
uenit.

TEMPVS.

Iulio

PLANTARVM HISTORIAE

Julio & Augusto mensibus floribus ornatur.

TEMPERAMENTVM.

Frigidam & admodum siccam esse gustus abundè monstrat: mirificè enim gustata adstringit.

VIRE S.

Vulnerariam herbam esse temperamentum eius satis docet. Rectè itaque iuniores medici in vulneribus, & maximè fistulis curandis vtuntur. Vtilis haud dubiè in dysenteria, aliisq; malis quæ refrigerationem & adstrictionem requirunt.

DE PERFOLIATA.

CAP. CCXLIII.

NOMINA.

**A**N hæc herba veteribus cognita fuerit Græcis & Latinis, affirmare certò non possum. Ego planè Cotyledonem putarem Dioscoridis, nisi radix in diuersam me traheret sententiam, quæ oline instar rotunda non est. Hodie tamen, quòd caulis eius singula folia dissecat atque penetrat, Perfoliata ab omnibus appellatur. Germanicè Durchurchsz, & Bruchuertzt dicitur.

FORMA.

Caulis illi rotundus, rubescens, folia singula penetrans, quæ Pisorum foliis haud dissimilia sunt, tenuia admodum & glabra. In summo coliculorum capitula, & in iis flores lutei, & semina formã ferè Tithymalli, quam vulgo Esulam nominant, præ se ferentia. Radix candida, sibiris capillata.

Doornas  
Boeke wortel  
D'wppergat

Perfoliata  
cur dicitur  
eta.

## LOCVS.

Nascitur in hortis sata, & interdum sua sponte  
in arenosis locis prouenit.

## TEMPVS.

Floret Iulio mense, & subinde semina producit.

## TEMPERAMENTVM.

Amara modicè est & adstringit, vt hinc colligi  
liceat calidam & siccam esse.

## VIRE S.

Vulneribus et vlceribus tam externis quàm in-  
ternis curandis aptissima est herba: hæc enim glu-  
tinat. Valet autem potissimum ad ramices puero-  
rum sanandos. Auxiliatur etiam exulcerationibus  
et prominentiis vmbilici. Plurimus huius apud chi-  
rurgos vsus.

## DE PORRO. CAP. CCXLIIII.

## NOMINA.

Πόρου Græcis, Porrum Latinis & offic-  
cinis, Germa. Lauch (Gallis Poureau)  
appellatur. Porru autem dictum putant,  
quòd porro cat, & longè latè que grassetur.

Porru vna  
de dictu.

## GENERA.

Porri duo genera signauit antiquitas. Vnum ca-  
pitatum, sic nominatū quòd eius radix in caput in-  
crescat atq; exuberet. Alterum sectiuum, cui fron-  
dens coma super terram emnens aufertur amputa-  
turve. Hoc Germani pulchrè ad nomen Latinum  
alludètes, Schnittlauch nomināt, et Bryszlauch.

Capitatu  
Porrum.  
Sectiuu.  
Byszlauch

FOR.

PLANTARVM HISTORIAE  
FORMA.

Capitatum simplici capite ex albae cervicis angustis extuberante constat fronde super terram carinata, & in angulum oblonga. Sectiuo verò caulis est longus, intus cauus, multis in vertice floribus acervatim collectis, & in speciem absoluti orbis conglomeratis, id quod in bimo accidit: quod etiam semmentescit, sparso per eius cacumen semine, & emoritur. Radix candicans, crassa, multis fibris capillata, ac tunicis quibusdam vestita.

LOCVS.

Laeto solo gaudet, odit rigua.

TEMPVS.

Duodeuigesimo die à satu prorumpit, bimatūmque perfert.

TEMPERAMENTVM.

Calefacit & extenuat perinde atque cepa, vt eius facultatibus euidentius innotescet. Simeon Sethi calidum & siccum in secundo facit ordine.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Porum capitatum inflationem facit. Noxiū succum creat, difficilia insomniaparit. Vrinam ciet. Aluo accommodum. Extenuat. Oculorum obscuritatem facit. Menses pellit, vesicam exulceratam, renesq; ledit. Cum ptisana verò coctum & comestum, ea quæ in thorace sunt educit. Coma eius in aqua maris & aceto cocta, in defensionibus ad praeclosurenes yulua & duritias, vtilis habetur. Vna & altera



altera aqua coctum, aut aqua frigida maceratum,  
 dulcescit, & multò minus inflat. Semen acrius est,  
 & quandam adstrictoriam vim habet. Quare suc-  
 cus eius cum aceto, addito thure aut māna, sangui-  
 nem, maxime è naribus prorumpentem, sistit. Ve-  
 nerè stimulat. Contra omnia thoracis vitia pro de-  
 lictu, efficax est, & ad tabem comestum. Purgat  
 etiam arteriam. Sed si assidue estur, visus obscuri-  
 tatē inducit. Stomacho aduersatur. Succus ex mel-  
 le potus, contra bestiarum morsus auxilio est. Idem  
 quoque illitus potest. Cum aceto, thure & lacte,  
 aut rosaceo instillatus, aurium doloribus & soni-  
 tui prodest. Varos tollunt folia, cum rhoe opsonio-  
 rum illita. Epinyelidi medentur. Crustas ex sale il-  
 lita rumpūt. Veteres sanguinis reiectiones cohibent  
 seminis drachmæ binæ cum equali baccariū Myr-  
 ti pondere potæ.

## EX GALENO.

Corpus calcfacit, & crassos in eo humores exten-  
 nuat, glutinososq; incidit. Bis tamē aut ter in aqua  
 decoctum, acrimonia spoliatur: quanquam ne sic  
 quidem vim perdit extenuandi.

## EX AETIO.

Porri capitati acris saporis veluti & cepe sunt,  
 cuius ratione corpus calcfaciunt, crassosq; humores  
 attenuant, ac lentos incidunt, urinam pronocāt, san-  
 guinem purgant. Præstantissimus vsus corū qui bis  
 coquuntur: ita enim acrimoniam deponunt, neque  
 amplius

## PLANTARVM HISTORIAE

amplius deprauatum succum retinent.

### EX PAULO.

Porrus mali succi est & acre. Vt autē Dioscorides ait, graua facit insomnia, aluūque bonam, vrinā cit & extenuat. Habet & abstergerendi vim aliquam, cum ptisana: siquidem coctum, ea quae in thorace sunt educit. Semē verò eius nephriticis miscetur medicamentis. Folia etiam nonnihil adstringunt, ob eamq; causam succus ipsorum sanguinem suppressit.

### EX PLINIO.

Porro sectiuo profluvia sanguinis sisti in naribus, contrito eo obturatis, vel gallae mixto, aut mentha. Item ex abortu profluvia, potu succo cum lacte mulierū. Tussi etiā veteri, ac pectoris & pulmonis vitis medetur. Allitis foliis sanantur ambusta, epinyo etides: ita vocatur vlcus aciem hebetans, & angulo oculi perpetim humor emanans. Quidam eodem nomine appellant pustulas linentes, ac noctibus inquietantes. Et alia vlcera cum melle trito. Vel bestiarum morsus ex aceto. Item serpentium. Aurium verò vitia cum felle caprino, vel pari mēsurā mulsi. Stridores cum lacte mulieris. Capitis dolores si in nares fundatur, dormitur iſve in aurem, duobus succi cochlearibus, vno mellis. Succus & ad serpētium scorpionumq; iclus in potu bibitur cum mero, & ad lumborum dolores cum vini hemina potus. Sanguinem verò excreantibus & phthificis, destillationibus

bus longis, vel succus, vel ex ipso cibus prodest. Itē morbo regiō, vel hydropicis. Et ad renum dolores, cum ptisana succo acetabuli mensura. Idem modus cū melle, vuluas purgat. Testus verò editur & contra fungorum venena, imponitur & vulneribus. Venerem stimulat, sitim sedat, ebrietatē discutit. Sed oculorum aciem hebetare traditur, inflationē quoque facere, quæ tamen stomacho non noceat, ventremq; molliat. Capitato maior est ad eadem effectus. Sanguinem reiciētib; succus eius cum caule aut thuris farina, vel acacia datur. Hippocrates & sine alia mixtura dari iubet, vuluasq; contra Etas aperiri putat. Fecunditatem etiam foeminarum hoc cibo augeri. Contritū ex melle vlcera purgare. Tussim & destillationes thoracis. Pulmonis et arteriæ sanat vitia, datum in sorbitione ptisana: vel crudū, præter capita, sine pane, ita vt alternis diebus sumatur: vel si purulenta excreentur. Sic voci vel Veneri, somnūque multum confert. Capita bis aqua mutata cocta, aluū sistunt, & inflationes veteres. Cortex decoctus illitusq; insicit canos.

## EX SIMEONE SETHI.

Vrinam cit, & mali succi est. Assiduè comestum visus hebetudinē efficit. Difficilia inuehit somnia, & stomacho nocet. Semen genitale calefacit, & capitis dolores excitat. Iecur, renes & vesicam lædit. Cōfert ad hæmorrhoidas. Bis verò aqua coctū, & aceto, & gario & oleo, cuminoq; cōditū, salubre est

PLANTARVM HISTORIAE

his qui frigido sunt stomacho.

Longeurenyx

DE PVLMONARIA. CAP.

CCXLV.

NOMINA.

**V**T veteribus Græcis & Latinis nominata sit hæc herba, nōdum scire licuit. Hodierni temporis medici & herbarū Pulmonariam vocāt, Germani Lungēkraut, (Galli Herbe à Poulmō.) Pulmonaria sic et utem haud dubiè appellari cœpit, quòd pulmonaria cur nonnum vitis, exulcerationibus potissimum corundè, minata. præsens remedium sit.

FORMA.

Folia mollia habet, inuicem incumbentia, leniter laciniata, cauis multis prædita, superiore parte viridia, inferiore in luteo albicantia, ac veluti pūctis aut pustulis quibusdam notata, atque hoc nomine aliquam pulmonis humani formam referentia: vnde et etiam Pulmonariam dictam esse coniecimus.

LOCVS.

Provenit in quercu arbove, & saxosis locis.

TEMPVS.

Tota æstate inuenitur locis iam monstratis.

TEMPERAMENTVM.

Recētiores frigidā & humidam esse, mea quidē sentētia, falso statuunt admodū enim adstringit, ut hoc nomine idem cum quercu in qua nascitur habeat temperamentū. Desiccat itaque et paulo infra media calefacit, in genere eorum qua tepida sunt.

## VIRE S.

Desiccandi & adstringendi facultatem obtinet, quamobrem vulnera recentia glutinat, potissimum autem pulmonis. Ad incipientes quoque ac crescentes phlegmonas utilis: nam quæ iam vehementes sunt, adstringentia respuunt. Confert autem haud dubiè etiam ad muliebrem profluuium, & sanguinis expuitiones, & diurnos alui fluores.

## DE PTARMICE. CAP.

*Wild. Bertram*

## CCXLVI.

## NOMINA.

**P**ΤΑΡΜΙΣ Græcis, Sternutamentaria Latine dici potest. Sunt qui sylvestre Pyrethri nominent, quod scilicet Pyrethri modo, quammitius, linguam vellicet. Atque hinc est quod nonnulli pro vero Pyrethro seducti eius titillante acrimonia, descriperint. Germanis Vuilder Bertram appellari potest. Ptarmice dicta est, quod flores eius naribus obiecti sternutamenta eliciunt.

Sternuta-

mentaria

Sylvestre

Pyrethri

Ptarmice

cur dicta.

## FORMA.

Breuis frutex est, parvis, multis, teretibus, & Abrotono similibus ramulis, circa quos folia multa, oblonga, oleaginis similia. In summo Chamæmeli capitulum, paruum, rotundum, olfactu acre, sternutamenta ciens, vnde nomen inuenit. Hactenus Dioscorides. Quod si itaq; naturam atque imaginem eius fruticis rectè expendas, vndiquaque ei plantæ cuius picturam damus, hæc descriptio quadrabit.

PLANTARVM HISTORIAE

Nā surculis fruticat exiguis, multis, rotūdis, Abro-  
tono non dissimilibus, lentè rufescentibus, qui foliis  
frequentibus, longiusculis, oleæ similibus, angustis,  
vtrinque leniter serratis ambiūt, cacumine Anthem-  
midis umbellam obtinente, quæ acri suo odore na-  
res feriens sternutamentum irritat.

LOCVS.

Inuenitur sepius in mōtib. altis & saxosis locis.

TEMPVS.

Floret æstate: radix eius extremo effoditur au-  
tumno.

TEMPERAMENTVM.

Eius temperies est calida & sicca, viridis etiam  
num ordine secundo, siccata tertio.

VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Folia cum floribus illita sugillata emendare poss-  
sunt. Flores sternutamenta efficacissimè mouent.

EX GALENO.

Ptarmices flores ciendæ sternutationis vim ob-  
tinent, vnde & herbæ nomen. Sugillata & reli-  
quas ecchymosets discutit.

EX PAVLO.

Ptarmices folia sternutamenta mouent. Totus  
autem frutex viridis sugillata, liuoresque alios  
disiicit.

DE PYRETHRO. CAP. CCXLVII.

NOMINA.

**Π**ύρεθρον Græcè, Saluaris Latinè dicitur.  
Officina Græcā appellationem retinuerūt.  
Germanicè

*Pertway*



Germanicè Bertram, (Gallicè Pied dalexandri, Pyrethron  
ou pied de liandre) nominatur. Pyrethron autē cur dictū  
à feruido, ac ignis simili, qui in eius radice est sapor Saluarius  
re, Græci dixerunt. Saluarius verò, quòd mansa vel herba qua  
ore tantum detenta eius radix, copiosam saliuam re nomi-  
eliciat, Romanis appellata est. nata.

## FORMA.

Herba est caulem foliaq; syluestris Dauci, & Fœ-  
niculi instar proferens. Umbellam Anetho similem  
orbiculatam. Radicem pollicis crassitudine, lon-  
gam, sapore feruidissimam. Hæc Dioscorides. Vbi  
nobis monendus venit lector, Pyrethrum nostri solū  
non ex omni parte huic descriptioni respondere. Nō Pyrethron  
enim umbellam anetho similem, sed anthemidis nostrum  
potius orbiculatū capitulū, quod Ptarmici tribuit Ptarmices  
Dioscorides, habere deprehenditur. Cætera omnia flores ob-  
ad amussim respondent. Siquidem habet Pyrethron tinet.  
caules & folia Dauci syluestris & Fœniculi, radi-  
cem pollicis crassitudine, gustus ardentissimi.

## LOCVS.

In Germania nostra, quòd sciam, non nisi plan-  
tatum prouenit.

## TEMPVS.

Floret æstatis maxima parte.

## TEMPERAMENTVM.

Excalfacit & siccatur in tertio ordine, vel ut  
aliqui putant, in quarto.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

X ij Pituitam

PLANTARVM HISTORIAE

Pituitam elicit radix : ideoq; dentium doloribus decocta in aceto, colluto inde ore, auxiliatur. Mansa pituitam extrahit. Sudores ciet, inuncta ex o'co, Diuturnis rigorib. efficax. Contra refrigeratas partes corporis ac resolutas eximie conducit.

EX GALENO.

Pyrethri radice potissimum vtitur vrentem facultatem obtinente, qua vtique dentium etiam refrigeratoriu dolores mitigat. Et ad rigores ante circuitum cum oleo infricatur. Ad haec stupidos & resolutos adiuvat.

EX PAVLO.

Pyrethri radix adurentem potestatem occupat, dentium qui frigori patuerunt dolores lenit. Item ad febrium rigores ante circuitum infricatur cum oleo. Ad haec iis quorum corpora ex refrigeratione stupent, & resoluta sunt, efficacissime adhibetur.

DE PYXO. CAP. CCXLVIII.

NOMINA.

**Πύξος** Graecis, *Buxus* Latinis, Germanis *Buchszbaum* (Gallis *Du Bouys*) dicitur.

FORMA.

Arbor immortalis coma virens: folio Myrti, exiguo, subrotundo: flore herbaceo: semine rufo & rotundo, omnibus animantibus inuiso.

LOCVS.

Gaudet frigidis & apricis, plurimaq; vbiq; *Buxus*.

TEMPVS.

Perpetua

Buxus

Perpetua fronde viret, neque ei vlllo tempore decidunt folia. Quo nomine potissimum hanc celebrat germanica illa cantilena, eiusdem ac Salicis contentionem continens.

## TEMPERAMENTVM.

Recentiores temperatam eius arboris essentiam esse statuunt, id quod ob multas causas, quas recensere superuacuum est, non videtur verisimile. Haud dubie verò adstringit, atque adeo exiccat.

## VIRE S.

Non admodum magnus Buxi in medicina vsus est. Folia eius in lixivio decocta rufant, aut flavescere efficiunt cupillos. Scobem eius decoctam in aqua alui profluuiū sanare tradunt. Somnum capere sub hac arbore, cerebro vehementer incomodat, quod eius odor natura prorsus aduersetur. Ferunt serpentes vulneratas eius radice degustata, statim sanitatem recuperare.

## DE PETASITE. CAP. CCXLIX.

## NOMINA.

*Pestilente wortel*

Π *ετασίτης* Græcis, Petasites Latinis appellatur. Officinis penitus ignota. Germanis Pestilêrtz uurtz nominatur, quod nimirum eius radix presentaneum sit contra pestilentialia febres remediū. Petasites autem à petaso, quare diculum significante, dicta est, quod folium eius petadiculo superpositum, petasi modo amplum, ut fungus dependeat.

PLANTARVM HISTORIAE  
FORMA.

Pediculus est cubito maior, crassitudine pollicis, in quo petasi figura folium magnū, vt fungus dependet. Ex qua sanè descriptione satis perspicuum sit, herbā cuius picturam damus esse Petasitem. Hæc enim statim inter initia Martii, flores suos in albo purpureos, agglomeratos, & botri figurā referentes profert, citra quidē folia, quod Dioscorides omisit. Hi marcescētes sine fructu abeunt ac decidunt. Postea purpureos emittit pediculos, cauos, hirsutos, quibus folia superposita sunt magna, pilei ampli figuram obtinentia, supernè viridia, infernè verò candicantia, quæ in tantam crescunt amplitudinē, vt vnum interdū, orbicularem mensam prorsus tegat. Radix illi crassa & longa, intus candida, vna hemēter odorata & amara. Quibus accedit, quòd vires huius herbæ à viribus Petasites, vt ex sequentibus patebit, non discrepent: vt hoc nomine nihil euidentius sit, quàm eam herbam esse planè veterū Petasitem.      LOCVS.

Nascitur copiosissimè in pratis humidis & iuxta riuulos sitis.      TEMPVS.

Initio Martii mensis, vt comprehensum est, floribus suis conspicua est herba, qui Aprili imminente statim citra fructum decidunt. Quo factò folia cum pediculis suis prodeunt.

TEMPERAMENTVM.

Ex tertio est ordine desiccantium, id quod amaritudo

ritudo eius, quàm gustu deprehendimus, facile monstrat.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Facit ad maligna & phagedænica vlcera tristum & illitum.

## EX GALENO.

Ad maligna & phagedænica vlcera, ea vtütur. Idem etiam de Petasite tradit Paulus.

## APPENDIX.

Experimento comprobatum est radicem hæc misericè conferre pestilentialibus febribus, quò d sudorem vehemèter moueat, si in puluerem redacta cü vino sumatur. Nec minori efficacia bibitur à mulieribus quas vteri tormina & præfocationes exercēt. Valet etiam vnicè ad enecandos lumbricos. Succurrit quoque iis qui spiritus difficultate laborant. Ducit vrinam & menses. Efficax est ad vülnera præhumida, & ad reliquas cutis fæditates. Hæc vero posse, amaritudo eius euidentissimè docet, cuius quidem hæ sunt facultates, vt ex iis quæ sæpe iam diximus, & Galenus lib. iij. de simpl. medica. facul. cap. xvj. fusius docet, manifestum est.

## DE PERICLYMENO. CAP. CCL.

## NOMINA.

Sylua ma

**P**ερικλύμενον Græcis, Voluerum maius Lat. *ter.*  
 timis, Scribonio Largo Sylua mater, vulgò Caprifolium & Mater sylua, & nonnullis Liliolum. Liliolum inter spinas dicitur. Germanis Geysblatt, Speck liu inter oder spinas.

PLANTARVM HISTORIAE

Periclymenon oder Vualdgilgen, & Zeunling (Gallis Cheurefeuille.) Sic sanè dictum, quòd circumuoluens vnde dictum. do ad se vicinas arbores aut frutices vocet.

FORMA.

Simplex frutex est, ex interuallis folia spargens ipsum amplectentia, subcandida, Hederæ similia: flores candidos, Fabæ similes, subrotundos, quasi in folium procumbentes: semen durum, & quod difficile vellitur: radicem crassam, rotundam. Ex qua quidem descriptione perspicuum sit, fruticem què pictum exhibemus esse Periclymenon: siquidem caulibus suis vicina amplectitur, gemina per interualla umbilicata folia habens, à terra cæsis, superne herbofis ad Hederæ similitudinem: flores albos, Fabæ non dissimiles, subrotundos, potissimum antequam dehiscant, baccas hederaceas aut Ruscii, radicem crassam.

LOCVS.

Nascitur in aruis ac sepibus, conuoluens se vicinis fruticibus. Nunc in hortis etiam passim plantatur.

TEMPVS.

Floret Iunio & Iulio mensibus.

TEMPERAMENTVM.

Vehementer calefacit & desiccatur, id quod gustu etiam ipso deprehenditur. Folia siquidem acrimoniam quandam præ se ferunt gustata.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Huius semen postquam maturuit collectum, &



in vmbra siccatum, drachmæ pondere datur in vi-  
no quadraginta diebus, vt lienē minuat absumat  
ve, & lassitudinem discutiat. Orthopnceæ & sin-  
gultui prodest. Vrinam cit à sexto die cruentam.  
Partum accelerat. Habent easdem vires & folia:  
quæ trigintaseptem diebus pota, sterilitatē facere  
produunt. In periodicis febribus cum oleo inūcta,  
earum horrores mitigant.

## EX GALENO.

Periclymeni utilis est tum fructus, tum folia, a-  
dè vehementer incidenti, & excalescentis fa-  
cultatis, vt si plusculum bibantur, urinam sangui-  
nolentam efficiant. Principio quidam urinam tan-  
tū mouent: porrò foris cum oleo illita calfaciunt.  
Iuant & lienosos, & difficulter spirantes. Compe-  
tens potionis mensura est, drachmæ vnius pondus  
cū vino. Cæterūm desiccatur quoque semen. Et qui-  
dam aiunt, si copiosius bibatur, sterilitatem omni-  
no bibentibus asferre. Sunt etiam qui certum dierū  
numerum ad talem potionem præfiniunt, quemad-  
modum Dioscorides, qui septem & triginta dies eos  
tradi refert. Hic quoque cruentam urinam reddi  
à sexto die memorat.

## EX PLINIO.

Semen eius in vmbra siccatum tunditur, & in  
pastillos digeritur. Hi resoluti dantur in vini albi  
cyathis tribus, tricenis diebus ad lienem, eumq; vri-  
na cruenta, aut per aluum absumit, quod intelli-  
gitur

PLANTARVM HISTORIAE

tur à decimo statim die. Vrinam cient & folia decocta, quæ & orthopnoicis profunt.

APPENDIX.

Ex iam commemoratis facultatibus nemo non intelligit fruticem hunc esse Periclymenon: cum enim gustu acrimoniam præ se ferat, necesse est omnia hæc quæ veteres Periclymeno tribuunt, possit. Quibus accedit, quòd recentiores etiã herbarii suo Caprifolio easdem vires assignent. Exiccare enim ipsum tradunt vlcera humida & sordida, sanare impetigines, & alias cutis fœditates, licnem absumere, difficultati spirandi conferre, partus celeritatem facere, calculos pellere, faciei maculas abstergere, & alia posse quæ non attinet referre.

DE PYRO. CAP. CCLII.

NOMINA.

**Π**υρὸς Græcis, Triticum Latinis dicitur. Officina antiquum latinum nomen retinuerunt. Germana. Vueyssen (Gal. Ble, ou formêt) appellatur. Triticum vero dicitur, quod tritum ex spicis sit, vt autor est Marcus Varro.

GENERA.

Tritici summa genera tria obseruant qui frumētaria rei periti sunt. Primum quod Robus dicitur, quoniam & pondere & nitore præset, Germanis simpliciter Vueyssen nominatur. Secundum trimestre, & nonnullis Sitanium dicitur. Trimestre quidem, quod tertio ferè satum mense maturescat:

id quod tamen nostro in orbe non fit, in quo Martio mense satum, quinto tandem, hoc est, Iulio mense metitur. Germanis Amelkorn dicitur, haud dubiè non alia ratione, nisi quòd ex hoc genere tritici amyllum optimum conficiatur. Eius picturam dare hoc tempore non potuimus. Tertium genus tritici, non vndiquaque notum Germanis Vuelscher V-ueyssen, & Vueyssenkolb dicitur. Tertium.  
vomst.  
weyt

## FORMA.

Primum tritici genus culmo est quàm hordeum altiore, tribus geniculis constāte, folio arūdineo, spica à foliis remotiore, incondita, & in nullos versus disposita. Exeritur in arca, vt alia quadam frumēta. Alterum culmo, geniculis, granūq; priori simile, nec ab eo differt, nisi quòd spicam multis arīstis vallatam, & in duos versus dispositam obtinet.

Tertium genicula habet quaterna, aliās præcedenti per omnia propemodum simile.

## LOCVS.

Pasim provenit Triticum primi & secundi generis. Postremum in Alsatia, & agro Tubingensi gignitur.

## TEMPVS.

Floret, vt alia ferè omnia frumenta, Iunio mense: in Iulio autem metitur.

## TEMPERAMENTVM.

Triticum vt medicamentum foris impositum, primi est ordinis excalescentiū, nō tamē nec resiccare, nec humectare manifestò potest. Porro quod ex

PLANTARVM HISTORIAE

eo conficitur amyliū, eo tū frigidius est, tum siccius.  
 VIRES. EX DIOSCORIDE.

Optimum ad secundæ valetudinis vsū Triti-  
 cum habetur quod recens & iam perfectè adultū,  
 & colorem māli refert. Crudum in cibis rotundos  
 lumbricos gignit. Canum morsibus prodest māsum  
 & illitum. Cōfectus ex eius similagine panis, plus  
 alit quam cibarius, quem Græci στυγομισθὸν vo-  
 cant. E Sitanii farina panis leuiorem cibum præ-  
 bet, & qui faciliè in membra demandetur. Farina  
 eius cum hyoscyami succo illinitur aduersus neruo-  
 rum fluxiones. Item contra intestinorum inflatio-  
 nes. Lentigines ex oxymelite tollit. Furfures autem  
 acri in aceto elixi & calentes illiti, lepras pellunt.  
 Incipientes etiam inflammationes omnes illiti le-  
 niunt. In Rutæ verò decocto elixi, mammas turgen-  
 tes sedant. Viperarum ictibus auxiliantur, & tor-  
 minosis prosunt. Confectum ex farina triticea fer-  
 mentum calefaciendi extrahendiq; vim habet. Pri-  
 uatim quæ in plantis pedum sunt extenuat. Cete-  
 ra tubercula, furunculosq; ex sale concoquit, & a-  
 perit. Sitanii farina contra venenatos ictus cū ace-  
 to aut vino commodè illinitur. Eadem si decocta in  
 glutini modum delingatur, cruenta excreantibus  
 succurrit. Contra tussim & exasperatam arteriā,  
 cum menta & butyro decocta efficax est. Tritici  
 pollens si ex aqua mulsa, aut hydrelæo decoquatur,  
 omnem discutit inflammationem. Panis & cū me-  
 licrato

licrato coctus & crudus inflammationes omnes illitus mulcet, cum emolliat, & quadantenus refrigeret, mixtus herbis succisq; quibusdam. Vetus autem & aridus per se, adiectisq; aliis quibusdam, citam alium cohibet. Recens muria maceratus & illitus, vetustas impetigines sanat. Glutinum ex similagine & polline, quo chartæ glutinantur, sanguinem excrcantibus prodest, si liquidius ac tepidum cochlearis mensura detur sorbendum.

## EX GALENO.

Triticum quiddam lentoris, & obstruentis naturæ habet. Quod verò ex pane fit cataplasma, vim obtinet magis digerentem, quam quod ex Tritico: nimirum quum & salem & fermentum panis adiuncta habeat: quippe cum fermentum vim habet attrahendi digerendiq; ea quæ in alto resident. Plura de Tritico petenda erunt ex capite primo, libri primi de alimentorum facultatibus, quo in loco variæ panis species exponuntur.

## EX PLINIO.

Grana Tritici ferro combusta, iis quæ frigus vserit presentaneo sunt remedio. Farina ex aceto coacta, nervorum contractionibus auxiliatur: cum rosaceo verò & sico sicca myxisq; decoctis. Item suppuratis nervis cum hyoscyami succo illinitur. Ex aceto & melle lentigini. Furfures tonsillis faucibusq; gargarizatione profunt. Sex. Pompeius pratoris viri pater, Hispaniæ citerioris princeps, quum horreis  
suis

PLANTARVM HISTORIAE

ſuis ventilandis præſideret, correptus dolore podag-  
 græ, merſit in Triticū ſeſe ſuper genua, leuatiſque  
 ſiccatis pedibus mirabili modo, hoc poſtea remedio  
 uſus eſt. Vis tanta eſt, ut cados plenos ſiccet. P. aleã  
 quoque tritici vel hordei calidam imponi ramicū  
 incommodis experti iubent, quãque decoctæ ſunt  
 aqua foueri.

DE POTAMOGETONE.

CAP. CCLII.

NOMINA.

ΠΟΤΑΜΟΓΕΪΤΩΝ, ἢ ΣΑΧΥΪΤΗΣ Græcè, Fontas  
 lis & Potamogeton Latinis dicitur. Offici-  
 nis ignota eſt herba. Germanis Samkt aut  
 Potamoge vocatur. Potamogeton autem quaſi fluminibus vi-  
 cina dicta eſt: ſiquidem aquoſis & paluſtribus lo-  
 cis naſci amat. Stachyites verò quaſi ſpicata, ob  
 cauẽ quẽ ex ſe mittit floribus & ſemine ſpicatū.

FORMA.

Folium Betæ ſimile habet, denſum, & paulum  
 extra aquam eminent. Ex qua quidem breui ad-  
 modum delineatione ſatis intelligi poteſt, herbã cui-  
 uſ picturam damus eſſe Potamogetona. Cauẽ nã  
 que rotundum habet, geniculus interſectum, è qui-  
 bus pediculi exeunt foliis Betæ aut Plantaginis ve-  
 ſtiti, paulum ſupra aquam eminentibus. Flores etiã  
 ſpicatos, Plantaginis inſtar, profert ac ſubinde ſemẽ.  
 Quid multa? folia huius herbæ planè referunt fo-  
 lium Indum vocatum officinis.

Fontyn xij  
 Sact xij

Potamoge  
 ton vnde.  
 Stachyis  
 tes.



## LOCVS.

Nascitur in lacustribus & aquosis locis.

## TEMPVS.

Floribus prægnans est Iulio mense.

## TEMPERAMENTVM.

Refrigerat & exiccat, vt gustus etiã abunde docet. VIRES. EX DIOSCORIDE.

Refrigerat & adstringit: pruritibus, vlceribusq; vetustis, & iis quæ pascendo serpunt, confert.

## EX GALENO.

Adstringit & refrigerat similiter Polygono, sed essentia eius crassior quàm Polygoni est.

## EX PLINIO.

Potamogeto ex vino dysentericis & cæliacis medetur. Peculiariter refrigerat, spissat. Vsus in foliis, cruribus vitiosis utilia, & contra vlcerum nomas, cum melle vel aceto,

## DE PEDE ANSERINO.

## CAP. CCLIII.

## NOMINA.

**Q**uo nomine veteribus tum Græcis tum Latinis sit appellata hæc plâta, nondum cognoscere potui: quapropter nouam vt illi non mēclaturã inderẽ necesse fuit. Aliã autẽ & cōmodiorẽ non licuit inuenire præter eam, quã alludetes ad germanicã appellationẽ imposuimus. Nã si fo-  
 Pes anseri  
 lia eius spectes in ambitu laciniata, planè anserini nus cur di  
 pedis formam ac similitudinẽ representant. Hinc etã  
 apposi

PLANTARVM HISTORIAE

appositissimè Germanis nostris vocata est Gensz-  
fuzl, oder Genszfuzl. Quà verò eadem her-  
ba suis inimica admodum sit, atque adeò mortem  
inferat, factum est vt à muliereulis etiam sit nomi-  
nata Seutod, & Schuueinszto. Etsi verò in  
officinis eius herba nullus sit vsus, tamen quia pas-  
sim nascitur, & temerè fortassis à nonnullis vires  
eius ignorantibus vsurpari posset, eà silentio trās-  
ire nolimus, quò scilicet facultas tam vulgaris  
herbae omnibus patefieret.

FORMA.

Caulem profert cubitalem, striatum: folia ad Ha-  
licacabi formam accedentia, in ambitu tamen la-  
ciniata, atque adeò anserini pedis speciem referen-  
tia: flores exiguos rubentes, semè racematim, velut  
ti in atriplice syluestri, singulis ramis insidēs: ra-  
dicem obliquam, multasq; adnascencias habetē.

LOCVS.

Pasim in hortis, aliisq; locis vbi simum reponit-  
tur, nasci solet.

TEMPVS.

Iunio mense potissimum floret.

TEMPERAMENTVM.

Haud dubiè in secundo refrigerat ordine, non se-  
cus atque Solanum hortense.

VIRE S.

Suis exitiū affert herba hæc comesta, id quod  
experientia cognitum est. In humano corpore idem  
potest

potest quod Solanum hortense. Quare facultates e-  
iusdem suo queres loco.

## DE PETROSELINO.

CAP. CCLIIII. *νικουμ-πετροσέλιον*NOMINA. *Θεον. Ερην*

ετροσέλιον Græcis, Apium saxatile Lati- Apium sa-  
nis, & Petroselinum appellatur. Germanicè xatile.

W frembder Petersilien Gallicè Persil, ou  
Persil des Roches & lieux pierreux) nomina-

ri commodè, ad alterius quod Oreoselinum est, ut  
suo diximus loco, differentiam, potest. Officina eius Officina-  
herba cuius nunc picturâ damus semine pro Amo- rû erratû.  
mo vtuntur, non tamen sine magno errore, quî con-

stet omnibus, modo conferre inter se vtriusque hi-  
storiâ non pigeat, Amomum ab ea herba esse diuersi-

ssimum. Nos vt tandem sciremus è qua stirpe semê  
hoc decerperetur, terræ illud mandauimus, & hæc  
cuius pictura formam ostendit herba erupit, quam  
nos verum esse Petroselinum, vt paulò post ostende-

mus, credimus. F O R M A.

Petroselinum, inquit Dioscorides, semen Ammi  
simile obtinet: odoratius tamè, acre, & aroma olês.

Breuis quidem delineatio hæc est, atque imperfec-

ta, vt nihil mirum sit, nos hæctenus quod verû es-

set Petroselinum nõ potuisse cognoscere. Meritò itaq;

que hoc loco, vt compluribus etiam aliis, Dioscori- Dioscori-  
des negligentia insimulari potest, vt qui mancas ac des negli-  
mutilas plarâsq; posteritati relinquere stirpiû hi- gentia in-  
storias

PLANTARVM HISTORIAE

simulas  
147.

storias voluerit. Si verò quispiam paucas etiã has  
notas expendat, haud dubiè herbam hanc cuius pi-  
cturam oculis subiecimus, Petroselinum esse compe-  
riet. Semen enim eius Ammi tam simile est, vt ab  
eo vix discerni queat: odoratius etiam existit, & ac-  
cre, ac aroma olet. In summa, nulla est nota quæ illi  
non respõdeat, vt hoc nomine verum Petroselinum  
esse credã. Quinetiam tota eius herbe forma, quæ  
nò multũ à nostro & Germanico Petroselino abest,  
atque odor, Selini speciẽ esse docent, vt pro Petroselino  
vsurpare hanc ipsam officinã tutò possint: semẽ  
enim quo hodie vtuntur, non Macedonicum Petro-  
selinum, sed Hipposelinũ, vt suo diximus loco, exi-  
stet.

LOCVS.

In Macedonia frequens optimumq; nascitur, hinc  
Macedonicum dicitur: inque saxis & præruptis  
potissimum locis, vnde cœpit appellari Petroseli-  
num. Nascitur & aliis in locis, vt lib. i. de antido-  
tis testatur Galenus, at minus laudatum.

TEMPVS.

Floret Augusto mense, atque subinde semen pro-  
fert.

TEMPERAMENTVM.

Petroselinum vt gustũ acce est cum amaritudi-  
dine, sic & in operibus calidum. Fuerit itaque &  
ipsum tertii ordinis tum excalfacientium, tum de-  
siccantium.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Vrinam cit, & mensũtrua ducit. Stomachi & co-  
li

in inflammationibus auxiliatur, & torminibus. Latum quoque, renum & vesicæ doloribus in potu sumptum succurrit. Miscetur antidotis urinæ cientibus.

## EX GALENO.

Petroselini semen maximè vsui est, quum tota etiam herba vnà cum radice similem, sed imbecillio rem facultatem sortiatur. Incidendi etiam vim habet: hinc menses & urinas largiter prouocat. Flatus quoque extinguit.

## APPENDIX.

Sunt qui hanc herbam quam pro Petroselino datus, Sisona esse putent: quorum sententiæ cur non magnopere repugnem, facit in primis Dioscorides, qui Sisona perinde atque Petroselinum suis notis haud descripsit. Dein quod viribus non discrepent, atque adò in vsu huius aut illius nullum sit periculum. Nos tamen nostram sententiam propter adductas paulò antè rationes deserere, nisi euidenti bus coniecti argumentis, non possumus.

## DE ROSA. CAP. CCLV.

## NOMINA.

**P**όσον Græcè, Rosa Latinè, officinis eodem serua to nomine appellatur. Germanicè Rosen (Gallicè Rose.) Rhodon autem Græcis, Plutarcho Rhodon autore, nominatur, quòd largum odoris effluuium emittat. Rhodon cur dictū.

## GENERA.

Theophrastus libro sexto, cap. vi. de plantarū historia,

PLANTARVM HISTORIAE

storia, genera rosarum multa esse tradit, quæ foliorum multitudi-  
ne, paucitate, asperitate, leuitate, colore & odore differunt. Plinius etiam li. xxi. cap. iiii.  
ex loci diuersitate multa rosarum genera colligit. Nos simpliciter duo duntaxat illarum genera faci-  
ciemus, syluestres scilicet & domesticas. Syluestres, quæ etiã Canina rosa vocatur, asperiores tũ virgũ,  
tũ foliis sunt, ac odore, colore, magnitudine à dome-  
sticis superantur. Germani Heydrosen, & Vuil-  
drosen vocant. In utroque verò genere duplices  
existunt, punicea nimirum & candida. Nos vtrum-  
que genus vna pictura complexi sumus.

FORMA.

Vulgò omnibus nota est rosa. Virgas siquidẽ fuscis maculis tinctas, & aculeis plenas emittit: folia  
incisuris diuisa, nigricantia & aspera. Germinat  
primum inclusa granoso cortice, quo mox intumes-  
cente, & in virides alabastros fastigiato, paulatim  
rubeſcens dehiscit, ac sese pandit, in calycis medio  
sui stantis complexa luteos apices staminaq; capil-  
lamentiſ infidentia, quæ propriè flores dicuntur. Syl-  
uestris spongiolas etiam producit, quas pleræq; officina  
Germaniæ nostræ, non sine deſtando errore  
pro Bedegar vsurpant: fructum quoque parit rotun-  
dum, initio viridem, dein puniceum.

LOCVS.

Domestica passim in hortis prouenit. Syluestris  
etiã nusquã non in cãpestribus & dumetis nascitur.



## TEMPVS.

Rosa vt nouissima inter vernos flores erūpit, ita etiā statim deficit. Decerpēda itaque erit Iunio mēse vbi primū erupit, ne mox nusquam compareat.

## TEMPERAMENTVM.

Rosarum vis ex aquea calida substantia duabus aliis qualitatibus, adstringenti videlicet & amara mīsta, composita est. Flos earum magis etiam ipsis Rosis adstringit, ac proinde sanè exiccatorius est.

## VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Rosa refrigerat & adstringit, sed sicca magis adstringit. Succus recentibus foliis exprimendus, detracto forfice vngue. Sic appellatur quod cādidū Vnguis. est in folio: reliquū mortario premi & teri debet in vmbra donec densetur, & ita ad oculorū circūlitio nes recondi. Siccantur etiam folia in vmbra crebro versata, ne mucescant. Ex aridis rosis in vino decoctis expressus liquor, ad capitis, oculorū, aurīū, gingivarū, sedis, recti intestini ac vuluæ dolores penna illitus, collutus infususve, cōducit. Eadē sine expressione cōtusa & illita, præcordiorū inflātionibus, stomachi humiditati, et sacris ignibus medetur. Sicca ac trita femorib. insperguntur. Misceri solent cōpositionib. quas antheras vocant, & vulnerariis antidotis. Vruntur folia ad honestandas palpebras. Flos qui in mediis Rosis inuenitur siccatus, gingiuarum fluxionibus efficaciter inspergitur. Capita porta, aluū profluente, & sanguinis reiectiones sistunt.

## PLANTARVM HISTORIAE

## EX PLINIO.

Vsus succi ad aures, oris vlcera, gingiuas, tōsillas, gargarizatu: stomachum, vuluas, sedis vitia, capitis dolores. In febre per se, vel cū aceto ad somnos, naufeas. Folia vruntur in calliblepharum. E siccis fœmina asperguntur. Epiphoras quoque aridas leniunt. Flos somnum facit. Inhibet fluxiones mulierum maximè albas, in posca potus, et sanguinis excreationes. Stomachi quoque dolores, quantū in vini cyathis tribus. Semen his optimū crocinum, nec anniculo vetustius, & in umbra siccatur. Nigrum inutile. Dentium dolori illinitur. Vrinā ciet. Stomacho imponitur. Item igni sacro non veteri. Naribus subditum caput purgat. Capita pota, sanguinem & ventrē sistūt. Ungues Rosæ epiphoris salubres sunt: vlcera enim oculorum Rosa sordescūt, præterquàm in iis epiphoræ, ita vt arida cum pane imponatur. Folia quidem vitii stomachi, rosionibus, & vitii vëtris, & intestinorum, & præcordiis utilissima vel illita. Cibo quoque Lapatî modo coniungitur. Cauendus quoque in iis situs celeriter insidens. Et aridis & expressis aliquis vsus. Diapasmata inde sunt ad sudores coercendos, ita vt à balneis inarescant corpora, dein frigida abluantur. Syluestris cum adipe vsino alopecias mirificè emendat.

## EX SIMEONE SETHI.

Odorata calidis capitibus prodest, humida verò offendit, eaq; destillationi obnoxia reddit. Sumpta verò

verò ad febres ex flava bile procreatas iuvat, & roborat stomachum & iccur. Proprietate autem quadam testes lædit, prohibetq; acres exhalationes ne in caput ferantur.

## APPENDIX.

Spongiolæ ac fructus Cynorrhodi seu syluestris Rose mirificè valent contra calculū, & vrine difficultates, si lenigatæ in puluerem exhibeantur.

DE RAPHANO. CAP. CCLVI.  
NOMINA. ραδις

**Ρ**άφανος, ἢ ῥάφανις Græcis: Raphanus, Radix, Radicula Latinis (Gallis Raue, ou Re- fort) dicitur. Hæc autè generis sunt nomina, idè- que errant non pauci nostræ ætatis medici & herbarii, qui Radiculae nomen ad satiuum duntaxat Raphanum transferunt. Raphanus autem sibi nomen ἀπὸ τοῦ ῥά φάειν, id est, quòd facile apparet, adsciuit: nam die tertio à satu profilit. Radicis verò nomen sibi arrogauit, quòd ceteras amplitudine corporis superet, vel quàm paucissimis magnitudine cedat. Etenim plerumque in tantam molem coalescit, vt frigidis locis quibus gaudet, sicut in Germania, Plinio lib. xix. cap. v. teste, infantium puerorum magnitudinem æquet. Et memini me suspendæ magnitudinis Raphanos Erfordie, Turingie celeberrimo oppido, vidisse.

Raphanus vnde dictus.  
Radix.

## G E N E R A.

Raphani Græci duo faciunt genera, satini & syluestris,

Y iij



## TEMPVS.

Cum frigoris patientissimus sit Raphanus, non solum æstate, verum etiã hyeme colligi potest. Estq; illius vsus quotidianus. Floret æstate.

## TEMPERAMENTVM.

Raphanis satius excalefacit quidem ordine tertio, desiccatur verò secundo. Sylvestris autem in vtroque efficacior est. Quin & semen ipsum planta efficacius est.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Raphanus satius excalefacit, status gignit, oris suavis est, sed stomacho inimicus. Ruētus & urinam cit. Bonã facit aluum. Si quis à cibo ipsum sumpserit, distributioni eius magis cõferet. Præsumptus autẽ, cibum subleuat. Prodest ante cibum datus vomituris. Sensus exacuit. Decoctus cõtra veterẽ tussim, & crassitiem in thorace natam prodest. Cortex eius cum oxymelite sumptus maiori efficacia vomitiones citat. Hydropicis utilis. Illitus lienosis etiam confert. Cum melle ea quæ serpendo pascunt sistit. Sugillata tollit. Contra viperarũ iētus auxiliatur. Alopecias pilis explet. Lentigines cũ farina loliacea exterit. His qui à fungis strangulantur subuenit. Menses trahit. Scimen eius vomitum proritat, urinamq; mouet. Cum aceto potum lienem extenuat. Coctũ cũ oxymelite calido angina laborantibus vtiliter gargarizatur. Cõtra Cerastris morsum ex aceto potum auxilio est. Cum aceto illitum

gangrenas

PLANTARVM HISTORIAE

gangrenas efficaciter difrumpit fcarificatve. Syl<sup>u</sup>  
ueſtris tam folia quam radix olerum modo in ci-  
bo coquuntur. Excalefacit autem, vrinam cit, & fluo-  
ſus eſt. EX GALENO.

Facultas in eſt Raphano diſcutiēdi, itaq; ad ſugila-  
lata, & alios id genus liuores ob eam facultatē con-  
ducit. Radix eius ex eorū numero eſt quæ opſonij  
potius quam nutrimenti nomine frequenter come-  
duntur. Vis illi extenuatoria, cū qua conſpicuē vnā  
excalefacit: aquis enim in ea qualitas exuperat. Ver-  
no tempore caulem in altum aſſurgentem producere  
ſolet, cetera alia quæ nata ſunt ex caule ſecre. Hic  
elixus eſt ex oleo, garo & aceto, vt Rapæ caulis,  
Sinapi & Lactuæ. Et ſanè caulis hic magis quam  
crudus Raphanus nutrit, vt qui acrimoniam in a-  
qua deponat: quanquā minimā ſanè & ipſe alendi  
potestatē habeat. Quidā non ſolum caulem, ſed vnā  
Raphanos ipſos elixantes comedunt Raparum mo-  
do. Cæterum cum medicos, tū idiotas illos mirari  
ſubit, qui à cœna crudos eos concoctionis iuuandæ  
gratia edunt. Ipſi quidem ſe experientia id abundè  
compertum habere dicunt, nullus tamen exemplū  
illorum ſine dāmo imitari potuit. Haſtenus Gale-  
nus, cuius equidem verba eò libētius recitauimus,  
quòd vulgi errorē Raphanos à cœna comedentis le-  
pidè notare videātur. EX PLINIO.

Raphani decocti mane poti ad ternos cyathos,  
cōminuunt & eiiciunt calculos. Iidē in poſca deco-  
cti,



Et, contra serpentium morsus illinuntur. Ad tuſſim  
 etiam mane ieiunis prodeſt Raphanus cum melle.  
 Semen eorum toſtum, ipſumq; commäducatum ad  
 lagonoponon: In aqua foliis eius decoctis, bibere  
 vel ſuccum ipſius cyathis binis. Contra phlegmoni  
 ipſos illinire tuſos vtilis. Inchoantibus autem recen  
 tem corticem cum melle, veternoſis verò quam ac  
 corrinos mandere. Semenque toſtum, dein contri  
 tum cum melle ſuſpirioſis. Iidem & contra vene  
 na proſunt. Caterum ceraſtis, ſcorpionibus aduera  
 ſatur, vel ipſo ſemine infectis manibus impunè tra  
 ctantibus. Impoſito Raphano ſcorpionibus, moriū  
 tur. Salutare & contra fungorum aut hyoſcyami  
 venena æquè, vt Nicander tradit. Et contra ixiā  
 quoq; dari duo Apollodori iubent, ſed Citieus ſemē  
 ex aqua tritum, Tarentinus ſuccum. Lienem item  
 extenuant, iecinori proſunt & lumborum dolorib.  
 Hydropicis quoque ex aceto & ſinapi ſumpti, &  
 lethargicis. Praxagoras & ilioſis dandos cenſet. Plū  
 ſtonicus & colicis. Inteſtinorum vlcera ſanant. At  
 purulenta præcordiorū, ſi cum melle edantur. Qui  
 dam ad hæc coquere eos in luto illitos malunt, ſic et  
 ſceminas purgari. Ex aceto & melle ſumpti inteſti  
 norum animalia detrahunt. Item ad tertias deco  
 ctis eorum potio cum vino enterocælis proſunt. Sanguinem  
 quoque inutilem ſic extrahunt. Medius ad  
 hæc & ſanguinem excreantibus coctos dari iu  
 bet. Et puerperis ad lactis copiam augendam.

Hippo

PLANTARVM HISTORIAE

Hippocrates capillos mulierum defluos fricari Raphanis, & super umbilicum imponi, contra tormenta vulvae. Reducunt & cicatricem ad colorem. Semen quoque ex aqua impositum sistit vlcera quae phagedenas vocant. Democritus Venerem hoc cibo stimulari putat, ob id fortassis voci nocere alii qui tradiderunt. Folia quae in oblongis tantum nascuntur, excitare oculorum aciem dicuntur. Vbi vero acrior Raphani medicina admota sit, Hyssopum dari protinus imperant. Haec antipathia est. Et aurium grauitati succum Raphani instillant. Nam vomituris, summo cibo esse eos, vtilissimum est. Syluestris vine duntaxat eiciendae vtilior.

DE RIBE. CAP. CCLVII.  
NOMINA.

GRaecis cognitus fuerit nec ne frutex ille, nondum compertum habeo. Mauritanis & officinis hodie Ribes nominatur. Germanis S. Iohannsz treublin, oder Beerlin, quod scilicet circa diuisio Ioannis Baptistae diem fructus eius fruticis ad maturitatem pertingant.

FORMA.

Frutex est nullis spinis horridus, sed topiarius magis, vitis pusillae foliis, baccis rubentibus ex pediculis longis dependentibus refertus, ut pictura ipsa abunde docet. Vnde manifestum sit Mauritanorum Ribes a nostro diuersum esse, quod non vitis, sed lata potius, magna, rotunda & viridia folia habeat.

Quantum

acelbessen.  
Dre roet sy

Ribes.

Quamquam non lateat Arabes etiam in Ribes descriptione non admodum concordēs esse.

## LOCVS

Passim in hortis nascitur, ac eorundem pulvinos & arcus sepit.

## TEMPVS.

Circa diui Ioannis Baptistæ natales ferias, & Iulio potissimum mense, baccis ac vuis rubentibus frutex ille ornatur.

## TEMPERAMENTVM.

Folia & fructus vehementer adstringunt. Mauritani frigidum & siccum faciunt in secundo ordine.

## VIRE. EX MAVRITANIS.

Baccæ acido sapore placent. Refrigerant æstuatem stomachum: sitim restringunt, quæ cum alio, tum maxime febricitantes excruciat. Cibi fastidia discutunt, & appetentiam inuitant. Fœdam vêtis proluuiem cohibent. Vomitiones sistunt, stomachi firman. Alii profluuium quod bilis attulit, retinet: erosiones & vellicationes eiusdem tollunt. Sanguinis feruorem demulcent, & bilis acrimoniam dormant. Sepalsarii succum eius fructus condiunt, ad anni totius vsum, Rob de ribe appellantes.

## DE RHODIA RADICE.

## CAP. CCLVIII.

## NOMINA.

**P**ῥῶδα ῥίζα Græcè, Rodiaradix Latine nominatur. Officinis ignota, Germanicè Rosen-

PLANTARVM HISTORIAE

*Rhodia* uirtz vocatur. *Rhodium* autē tam Græci quā  
*radix cur* Latini dixerunt, quoniam contrita Rosas redolet.  
*dicta.* Quapropter rose, quas Græci ῥόδον nominant, non  
*Rhodus* insula, vt imperiti putant, huic radici no-  
 men fecerunt.

FORMA.

*Radix rhodia* Costo similis est, lænior tamen mi-  
 norisque ponderis, & inæqualis, odorem Rosarum  
 cum teritur reddens. Reliqua eius facies *Telephium*  
 refert, nisi quod flore & semine carere videtur, id  
 quod Galenus etiā asserit, & in Corollario suo an-  
 notauit *Hermolaus*. *Dioscorides* etiam illorum natu-  
 ram facit mentionem.

LOCVS.

Nascitur potissimum in Macedonia nunc in mul-  
 tis Germaniæ hortis plantatur.

TEMPVS.

*Radix* autumnō effodienda.

TEMPERAMENTVM.

*Rhodia* radix in calefaciēdo secundi ordinis, aut  
 certē tertij incipientis.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Vtilis est capitis doloribus, si madefacta fronti  
 & temporibus cum modico rosaceo imponitur.

EX GALENO.

Tenuium partium, & discutientis est facultatis.

DE SAMPVSCHO. CAP.

CCLIX.

## NOMINA.

ἄμαρυχορ, ἢ ἄμαύρηχορ Græcis: Maiorana Maiorana  
 rana, Amaracus Latinis: officina Latinã  
 appellatiõne retinuerunt, Germanis Ma-  
 ioran, vel Meyrã, (Gallis Mariolaine, ou Ma-  
 rone) dicitur. Anniadvertendum autem nos hic  
 de Amaraco ea loqui quæ incũdo placet odore. Duplex  
 plex enim Græcis Amaracus est. Vna quæ Diosco- Amaracus  
 ridi alio nomine Parthenium dicitur, ingrato pro-  
 fus & viroso odore prædita, meritoque ea de causa  
 hodie Cotula sterida nominata. Altera de qua hic  
 agimus, odorata, quam Sampsuchon Græci prius-  
 tim nominant. Id, ne imperitis vox illa τολύση-  
 μος imponeret, monendum esse duximus.

## FORMA.

Herba est Sampsuchum surculosa, per terrã ser-  
 pens: foliis hirsutis & rotundis, Calaminthæ tenuis  
 foliæ similibus, admodum odoratis. Hæc delineatio  
 ad amussim herbæ Maiorane vulgò dictæ fauet:  
 est enim surculis lentè rubentibus, foliis pilosis, &  
 rotundis, incundo odore, semine copioso, quod bul-  
 bulis quibusdam continet: flore candido & exiguo.  
 Serpit etiam per terram: verum id non ubique fit,  
 interdum enim rectã surgit in altum.

## LOCVS.

Passim in hortis & scetilib. vasis prouenit. Gau-  
 det autem locis vmbrosis, aqua & simo.

## TEMPVS.

Aestate

PLANTARVM HISTORIAE

Aestate dum floribus pręgnans est carpitur.

TEMPERAMENTVM.

Sampsuchū tenuiū partiū, & digerentis est facultatis: desiccatur enim & calefacit ordine tertio.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Calefaciendi vim obtinet, & coronamētis apta. Decoctum eius potum, incipiēti aquę inter cutem prodest, & iis quos vrinę difficultas, & tormina discruciat. Arida folia ex melle illita, sugillata tolerant. In pessa subdita menses ducunt. Cōtra scorpionis ictum ex sale & aceto illinuntur. Luxatis cerva to excepta imponūtur. Similiter & œdematis. Aduersus oculorum inflammationes cum polline polęta illinitur. Miscentur acopis & malagmatis calefaciendi gratia. EX PLINIO.

Sampsuchū scorpionibus aduersatur ex aceto & sale illitum. Menstruis quoque multum confert impositum. Minor est eidem potō vis. Cohibet oculorū epiphoras cum polęta. Succus decocti tormina discutit. Vrinis & hydropicis vtile. Mouet & nariū sternutamenta. Fit ex eo oleum quod Sampsuchinum vocatur, aut Amaracinum, ad excalfaciendos emolliendosq; nervos. Vulvas calefacit. Et folia sugillatis cum melle, & luxatis cum cerva profunt.

DE SPANACHIA. CAP. CCLX.

NOMINA.

Σπινάχια Gręcis recentioribus, Spinacia, vel Spinacem olus Latinis appellari potest. Arabica

Oleū Amaracinum.

Spinay



Arabice factionis principes Hispanach, hoc est, Hispanicum olus nominant. Germani Spinet, oder Spinnat (Gallis des Espinartz.) Spanachiam Spanas haud dubie ab oleris raritate dixerunt Græci: raro chia cur enim illo utebantur medici, quod cibo magis forsi dicta. tan, quam medicinæ nata esset, nec quicquam illustre sortita. Vel, quod etiã simile veri est, ab aliis nationibus emendicato spinaceo nomine. Spinacia Spinacia vulgò dicta est ab insigni seminis spiculatorum nota: vnde vocata. etsi enim herba ipsa glabra & mollis sit, semen ta-ta. men in spinas occalescit. Hispanicum verò olus non Hispania minauere forsitã quòd inde primum duxerit ori- cū olus. ginem, ad cæteras tandem nationes translata.

## FORMA.

Exit septem diebus à satù, folio primùm triangu- lo, molli, mox intybi, plerunquè quæ pediculo cohæret laciniato, incerti sapore, exigua radice, tenuibus capillamentis fibrata, caule cubitali, nonnunquam altiore, intus cavo: floribus in vertice rotundis, racematim cocuntibus, exiguis: semine spinulis horrido.

## LOCVS.

Nullum solum respuit, sed vbicunquè satum fuerit hic lætissimè prouenit.

## TEMPVS.

Seritur Septembri mense, non horrens hyemis frigora, vt verno tempore cibum suppeditare possit. Martio etiã mense seritur, Iunio autem & Iulio mensibus semen & flores profert.

Z

TEM

PLANTARVM HISTORIAE  
TEMPERAMENTVM.

*Spanachia primi refrigerantium & humectans  
tium ordinis est.* VIRES.

*Aluum emollit. Melius Atriplice suppeditat aliu-  
mentum, sed alio parū herens facile exigitur. Fla-  
tus colligit, & vomitiones concitat, nisi excremen-  
tius humor abiiciatur. Ventrem decoctæ ius pro-  
luit. Stomacho inutile. Et cæteras ferè omnes Atri-  
plicis vires sibi fertur arrogasse.*

DE SANICVLA. CAP. CCLXI.  
NOMINA.

*Sanichol*

**H**erba quam omnes hodie Saniculam vocāt,  
à nullo, quòd sciam, veterum descripta est,  
sed à recentioribus inuenta, vt multæ aliæ vulne-  
Diapēsia. rariæ herbe. Sunt autē qui Diapensiam nominent.  
Germanis Sanickel, (Gallis Sanicle) dicitur. No-  
Sanicula men Saniculam à Sanandis vulneribus traxisse  
cur dicta. vulgò constat.

GENERA.

*mannite*

*voght*

Duūm est generum. Vna quæ propriè appellatur  
Sanicula, ideoq; marem, vt certius esset discriminē,  
appellauimus Germanicè Sanickel mennle. Al-  
tera ab omnibus ferè herbariis pro specie Osteritū  
vulgò vocati habetur, sed falso, quando neq; in fo-  
liis, neque in radice vlla appareat acrimonia, sed  
perinde atque in mare Sanicula, amaritudo & ad-  
strictio. Germanis errore etiam quodam die klein  
Meisteruurtz nominatur. Nos eandē cum & fora  
214

ma & facultate ad veram Saniculam, quam mater fecimus, proximè accederet, Saniculam feminam nuncupauimus. Germanicè sanickle Vueible.

## FORMA.

Sanicula vera, atque adeo mas herba est folio vitis, aut Apij, in quinque partes dissecto, rubentibus. in sine sectionum maculis quibusdam: surculis quoque rubris ad radicem, quæ multis ei capillamentis fibrata subest: capitulis in summis coliculis pusillis, herbacei coloris & subnigris. Fœmina quod ad folia attinet priori similis, rubentibus tamen maculis caret, itemque rubris ad radicem surculis, quod in hæc singula candida sint. Flores in summo cãdidos, ac subinde semen striatum & oblongum profert.

## LOCVS.

Nascitur in syluis & vmbrosis locis.

## TEMPVS.

Carpenda cum suis capitulis Maio & Iunio mensibus.

## TEMPERAMENTVM.

Non est simplicis nature, sed, vt iudicio est gustus, adstringit simul & amara est, vt hoc nomine calefactoriam & exicatoriam esse nulli dubium sit. Statuunt autem calidam & siccam ordine secundo.

## VIRE S.

Saniculae herbae succum vulneratis in potu mirifice conferre experientia compertum est. Tumores quoque reprimere decoctam herbam impositam, aut

PLANTARVM HISTORIAE

eius succum illitum tam in homine quàm in peco-  
ribus constat. Neque enim aliud præsentius est au-  
xilium, cum ad fauces vel pulmones vitium decu-  
buit. Et in summa, omnia quæ Symphyton, præstat  
etiam Sanicula. Potissimum verò sanguinis sputo,  
dysenterie, renumq; vitiiis medetur.

DE SONCHO. CAP. CCLXII.

NOMINA.

*γνήσιον*  
**Σ**όνχος Græcè, Sonchus, Cicerbita Latine di-  
citur. Sunt qui Lactucellam & Lacteronem  
appellent, quòd scilicet caulis eius dissectus copioso  
diffuat lacte. Germanicè Mofz, oder Genz di-  
stel, (Gallicè Latteron, ou Palais au lieure) vo-  
catur. Sonchus autem sibi nomen vindicauit à τῶν  
*cur dicta.* τῶν σωφ χείρον, eò quòd salubrem fundat succum,  
 utpote qui sua sorbitione stomachi rosiones leniat,  
 & lactis abundantia nutritibus sumministret, ge-  
*Cicerbita* nitalibusq; locis collectione laborantibus præsidio  
 sit. Cicerbitæ tamen vocabulum, quo omnis Heru-  
 ria adhuc vitur, recens esse adiectitiumq;, & ex  
 non multo tempore Dioscoridi accreuisse videtur.

GENERA.

*Non aspe-  
ra.*  
*hasc lactuc*  
 Sonchus     Sonchi duo sunt genera. Alterum syluestrius, ac  
 aspera.     leatius, & nigrum, quod Genzdistel Germanicè  
 Non aspe-     vocatur. Alterum tenerius esculentumq;, ac minus  
 ra.     nigrum, Germanis Hasenkol dicitur. Et Apuleio  
 Lactuca leporina, quòd cum leporem animus defe-  
 cit astu, hac sibi herba mederi soleat.

## FORMA.

Cubitalis & angulosus Soncho caulis est, canus  
& aliquādo rubescens, & qui fractus copioso lacte  
manat. Folia habet per intervalla in ambitu scissa.  
Florē luteum, qui, vt Senecionis, brevi digestus abit  
in pappos, vaneſcitq; in lanugines.

## LOCVS.

Vbique ferè in maceriis hortorum, potissimum au-  
tem in vineis Sonchus provenit.

## TEMPVS.

Floret Iunio & Iulio mensibus Sonchus vterq;.

## TEMPERAMENTVM.

Temperamentum eius quodammodo mixtum  
est: constat enim ex aquea terreaq; essentia, vtraq;  
leuiter frigida. Nam & adstrictionis cuiusdam est  
particeps. Et siue cataplasmatibus in morem impona-  
tur, siue edatur, manifestè refrigerat. Postea verò  
quàm planè resiccatus fuerit, terreſtre eius tempe-  
ramentum redditur, modicam habens caliditatem.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Vis vtrique Soncho refrigeratoria, modicèque  
adstringens. Proinde stomacho aestuanti & inflam-  
mationibus illiti profunt. Succus eorum in sorbitio-  
ne datus stomachi rosiones morsusve mitigat, et la-  
ctis abundantiam efficit. In lana appositus, sedis ac  
vulvæ inflammationibus opitulatur. Tam herba  
quàm radix illita scorpionum icibus subuenit.

## EX GALENO.

Z iij

Sonchus

PLANTARVM HISTORIAE

Sonchus ubi adoleuerit, ex spinosis plantis est. Ceterum viridis etiamnum & tener estur perinde ut cetera olera syluestria.

EX PLINIO.

† alijs obolorum.

Albus qui è lacte nitor, utilis orthopnoicis Lactucarum modo. Erasistratus calculos per urinam pellico monstrat, & oris graueolentiam commanducato corrigi. Succus trium ꝑ cyathorum mensura in vino albo & oleo calefactus adiumat partus ita ut à potu ambulent grauidae. Datur & in sorbitione. Ipse caulis decoctus facit lactis abundantiam nutriticibus, coloremq; meliorem infantium: utilissimus iis quae lac sibi coire sentiant. Instillatur auribus succus, calidusque in stranguria bibitur, cyathi mensura: & in stomachi rossonibus cum semine Cucumeris, nucleisque pineis. Illinitur & sedis collectionibus. Bibitur contra serpentes scorpionesque, radix verò illinitur. Eademque decocta in oleo punicimàli calyce, aurium morbis praesidium est. Haec omnia ex albo. Cleomporus nigro prohibet vesci, ut morbos faciente, de albo consentiens. Agathocles etiam contra sanguinem tauri demonstrat succo eius uti. Refrigeratoriam tamen vim esse conuenit nigro, & hac causa imponendum cum polenta. Zeno radice albi stranguriam docet sanari.

DE SERIDE. CAP.

CCLXIII.

NO



## NOMINA.

Σ *Épis Græcis, Seris & Intubus Latinis vocatur. (Gallis Chicorée.) Reliqua quæ illi sunt nomina, in generũ distinctione mox dicemus.*

*End. m*

## G E N E R A.

*Serin Græci in duo fastigia partiuntur, in satiniã & syluestrem. Sic & Intubum Latini in duo genera digesserunt, in satium & erraticũ. Satiũ, qui non nisi cultu & humana diligentia provenit. Erraticum verò, qui sue spontis & liber, sub nullalitoris lege vagatur & errat, dixerũt. Satiũ Intubus, quem priuatim, Plinio lib. xx. cap. viij. teste,*

*Serin nominarunt veteres, in duas distrahitur species. Vna latiore folio cõstat, Lactuce similior. Hæc corrupta ab Intubo voce, In Hetruria passim Endiuiã appellatur. Et debet in omnibus pro vera Endiuiã vsurpari officinis. Nam qua hodie sub hac voce vtuntur, non est vera Endiuiã, sed Lactuca syluestris, vt suo diximus loco. Germanicè Endiuien vocari potest. Altera angustiora folia habet, et sub*

*amara est. Hæc diminutiuo à Seris nomine Seriola dicitur, quod deinde corripentes recentiores Scariolam fecerunt, Germanicè Scariol appellari poterit. Erraticus iterum Intybus in duas species, Plinio loco antea citato autore, degenerat. Vna, quæ Græcis ab insigni amaritudine πικρὴ, ἢ ἡ χόριον nominatur, Latinis autem Ambubeia.*

*Vulgus herbariorum & officinæ Cichoream vocant, Wild. & i*

PLANTARVM HISTORIAE

- Hedy-  
pnois.* vocant, Germani Vueguuartē, quasi viarum cu-  
stodem, vel Vueguueiſz, quod peregrinis quasi  
viam indicare videatur. Altera, quae latiore folio  
prodit, Plinio Hedypnois nominatur, haud dubiè nō  
alia ratione, nisi quod suauiter dormire, somnium  
que irreperere faciat. Vel, si paulò durior hæc vide-  
tur interpretatio, quod flos eius præter alias Seriz-  
des suauiter admodum spiret. Theophrasto libro se-  
ptimo de plātarum historia, capite septimo, & Plin-  
*Aphaca.* io lib. xxi. cap. xv. Aphaca alio nomine appella-  
tur: diuersa tamen ab ea quam suprà descripsimus,  
*Dens leo-  
nis.* & quae aliàs Vitia syluestris dicitur. Vulgò Dens  
leonis, quod folium sinuatim per lacinas denticu-  
*Rostrum  
porcini.* latum sit, & Rostrum porcinum nominatur. Offici-  
nis nostris, quae barbaris delectantur vocibus, *Taraxa-  
con.* raxacon, aut Altaraxacō dicitur, Germanis Kork-  
kraut, Pfaffenorlin, Pfaffenblatt.

FORMA.

- Satiuus* Satiuus Intubus caulem edit magnum, rotundū,  
*Intubus.* striatum, frequentibus surculis brachiatum. Germinat  
foliatu statim à radice venoso. Flos illi in ramu-  
sculis caeruleus, & nonnunquam etiam candidus  
emicat. Prima autem eius species, vt diximus  
folio latiore, altero angustiore constat. Erratici In-  
*Cichoriū.* tubi genus primum, quod Cichorium vocant, germinat  
à radice post Vergilias, folio Betæ laciniato, ferè  
semper in solo procumbente: caule magno, fistu-  
loso, frangi contumace, multis ramulis brachiato, ad

to, ad vinculum quoque lentis: flore cæruleo, interdū albo, particulatim vsq; in autumnū erūpente, qui nubilo etiam die solis exortu panditur, & cum eo circumagitur in occasum, noctū semper cōpressus, & interdū hiscēs. Hinc panditur rudissimus quorundam error, qui hanc herbam quam Germani Vueguuart nominant, Heliotropium esse contendunt, cum tamen primum folia repugnent, quæ nō sunt Ocimo similia, neque candida, sed nigricantia magis. Deinde non candidum, sed magna ex parte cæruleū florem habet. R. adix denique eius, vt Heliotropij, non inutilis, sed, experientia teste, mirè efficax. Quibus omnibus accedit manifesta cum aliis sativis intubis similitudo, quæ vna satis docet Intubum esse sylvestrem, & non Heliotropiū. Vt quorundam temeritatem non satis mirari queam, qui contra apertam veritatem, & omnium medicorum consensum, secus pronunciare audent. Alterū, quod Leonis dens nominatur, foliis multis constat, vtrinque denticulatis, in terra sessilibus, cauliculis dorantalibus, concavis, lenibus & enodibus, flore luteo, stipantibus in circulum foliolis coronato, qui senescens euanescit in lanuginem, quæ cum aura raptim fertur.

## LOCVS.

Satius non prouenit nisi in hortis cultu & diligentia humana: haud tamen difficulter vbi satus fuerit, emergit. Erratici prima species passim iuxta itinera

PLANTARVM HISTORIAE

itinerata nascitur. Altera in hortis, & passim ferè etiam sponte sua gignitur.

TEMPVS.

Satius Iunio & Iulio mensibus floret. Cichoriū eodem ferè tempore incipit florere, & in autumnū vsque durat. Hedyoidis in Martio erumpunt flores, & in astatem vsque perdurant.

TEMPERAMENTVM.

Seris olus est subamarum, & magis quod syluestre est, quod ob id ipsum Picrida quidā nuncupāt, quidam verò Cichorium appellant. Est autem ca sicca frigidaq; temperaturæ, vtrunque secundo abscisso. Porro domestica magis etiam quam syluestris refrigerat. Sed & humiditatis multæ admistio siccitatem extinguit. Vtraque autem adstringentis qualitatis particeps est.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Omnes adstringunt & refrigerant, & stomachū adiuvant. Aluum sistunt coctæ, si cum aceto assumantur. Syluestres autem stomacho meliores. Comestum imbecillum & aestuantem leniunt. Cardiacis per se aut cum polenta vtiliter illinuntur. Podagris & oculorum inflammationibus succurrunt. Herba & radix illita, percussis à scorpione subuenit. Ignibus sacris cum polenta medetur. Succus eorum cum cerusa & aceto vtiliter iis quæ refrigerationē desiderant inungitur.

EX PLINIO.

Intubi quoque non extra remedia sunt. Succus eorum cum rosaceo & aceto capitis dolores lenit. Idemq; cum vino potus, iccinoribus & vesicæ & epiphoris imponitur. Cichorium refrigerat. In cibo sumptum & illitū collectiones, succusq; decocti vētrem soluit. Iecinori & renibus, & stomacho prodest. Item si in aceto decoquatur, vrine tormina discutit. Item morbum regium è mulso si sine febre sit. Vesicā adiuuat. Mulierum purgationibus quidē decoctum in aqua adeo prodest, vt emortuos partus trahat. Adiciunt magi, succo totius cum oleo perunctos favorabiliores fieri, & quæ velint facilius impetrare. Hedyppnois stomachum dissolutum adstringit cocta: crudaq; sistit aluum. Et dysentericis prodest magis cū lente. Rupta & convulsa utroque genere iuuantur. Item quibus genitura valetudinis morbo effluat. Seris vtraque stomacho utilissima, præcipuè quem humor vexat. Cum aceto in cibo refrigerant vel illitæ, discutuntq; & alios quàm stomachi. Cū polenta syluestriū radices stomachi causa sorbentur, & cardiacis illinuntur super sinistram māmam ex aceto. Omnes hæ & podagricis vtilis, & sanguinem reiicientibus. Item quibus genitura fluit, alterno dierum potu.

## EX SIMEONE SETHI.

Stomacho bonum est Intubum, si cum aceto quis eo vtatur. Postquam decoctum est, aluum sistit. Obstructiones auferendi vim habet vt nullum aliud olus.

Hedyppnois  
idis facultates.

PLANTARVM HISTORIAE

olus. Sanguinis feruorem sedat, & inflammationes iecoris discutit, & ictericos inuat. Iecur proprietate quadam corroborat. Mediocriter somnum inducit. Tradunt quidam post venae sectionem, aut cucurbitas, si quis cum aceto utatur, iecinoris sanitatem conseruare. Veneris appetentiam extinguit, & semen genitale in iis qui frigidam habent temperaturam, minuit. Vtile est ad sanguinis excreationem. Huius etiam decoctum iecinori admodum vtile. Semen febres ex flaua bile ortas inuat: at lieni nocet.

pastinaca / pash  
ey carotky

DE STAPHYLINO.

CAP. CCLXIII,

NOMINA.

**Σ**ταφυλῖνος Græcè, Pastinaca Latinè dicitur. Germanicè Pastiney, oder Pastnachè Pastinaca (Gallicè Des Pastenades, ou Panetz.) Pastinaca verò nomen à pascendo dictum videtur: natura enim ei calens, sapor vehemens, alit corpus, & Venerem cit.

GENERA.

Duplex Pastinacæ genus. Vna enim satiuæ est, quæ iterum duorum est generum. Vni genus quod vulgò Carota dicitur, Germanicè Zam Pastiney, & rot Ruben. Alterum, quod quidam inter Rapa connumerant. Hinc est quod Germani Geel Ruben vocant. Syluestris altera, quæ propriè Staphylinus Græcis nominatur, Germanicè autem Vuild Pasteney, oder Vogelneß.

Carotky

pastinaca / pash  
ey carotky

wild: pash  
nahoy



## FORMA.

Folia Gingidii habet Pastinaca sylvestris, latiora tamen & subamara. Caulem rectum, asperumque, umbellam anetho similem obtinentem, in qua flores candidi, exiguum quiddam purpurei in medicis habentes, & ferè ad croceum accedētis. Radix digiti crassitudine, dodrantalis, odorata, quæ cocta manditur. Hortenses sylvestribus per omnia similes sunt, nisi quòd flores in medio purpureum quiddam non habeant, & radix vnus in suprema sui parte purpurea sit, alterius autem magis lutea.

## LOCVS.

Passim circa itinera, loca petrosa, & hortorum maceries sua sponte proueniunt erraticæ. Satinæ in hortis nascuntur.

## TEMPVS.

Iulio & Augusto mēsis flores & semina Dauco similia producit vtraque.

## TEMPERAMENTVM.

Calefacit & abstergit vtraque, magis tamen sylvestris.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Erraticæ semen potum aut appositum mēses ducit. Vrinæ difficultatibus, hydropicis, & pleuriticis in potu confert. Contra venenatorum morsus & ictus vtile. Ferunt non lædi à venenatis qui id præsumpserint. Conceptus adiuvat. Radix ipsa urinam cit, & Venerem stimulat. Fœtus ex vtero pellit apposita.

PLANTARVM HISTORIAE

posita. Folia trita cum melle imposita vlcera de pascentia expurgant. Hortensis Pastinaca cibo aptior est. Ad eadem, sed minori efficacia, prodest.

EX GALENO.

Pastinaca satiuā imbecillior, syluestris ad omnia potentior. Vrinās mouet, & menses prouocat cum herba quidem tota, tum maxime semen & radix. Habet porrò etiam absterforium in se quippiam: quā obrem pascentia vlcera quidam foliis eius cum melle, quò pura reddant, illinunt.

EX PLINIO.

Pastinacæ erraticæ semen contritum, & in vino potum, tumentem aluum, & suffocationes mulierum doloresq; lenit in tantū vt vuluās corrigat. Illitū quoq; è passo ventri carū prodest. Viris verò cū panis portione aqua tritum. Ex vino potum contra ventris dolores. Pellit & vrinam, & phagedenas vlcerū sistit recēs cum melle impositum. Vel arida farina inspersam radicem eius Dieuches contra icterici & lienis, ilium, lumborum & renū vitia, ex aqua mulsā dari iubet. Cleophrantus & dysenterici veteribus. Philistiō in lacte coquit, & ad strāguriā dat radicis vncias quatuor. Ex aqua hydropticis, similiter & opisthotonicis, & pleuriticis comitialibus. Habētes eā feriri à serpētibus negātur, aut qui ante gustauerint, non lēdi. Percussis imponitur cum axungia. Folia cōtra cruditates mādūtur. Orpheus amatorium inesse Staphylino dixit, fortassis

fortassis quoniam Venerem stimulari hoc cibo certum est: ideo conceptus adiuuare aliqui prodiderunt. Ad reliqua & satina pollet, efficacior tamen syluestris. Semen satine quoque cōtra scorpionum ictus, ex vino aut posca salutare est. Radice eius circum scalpi dentes, dolore liberantur.

## DE STRYCHNO. CAP. CCLXV.

Halicacabum peregrinum & Stramonia ex horto sancti Germani pratensis iam vulgaria multis sunt.

## NOMINA.

ῥήχυος Gracè, Galeno per vnus literæ abiectionem ῥήχυος, Solanū Latine, offi Solanum. cinis Solatrum, vulgò Cuculus, Vua lupina, Vua vulpis, Morellaque dicitur. Germanicè Morella. Nachtschatt. (Gallicè Morelle.)

## GENERA.

Quatuor, Dioscoride & Galeno autoribus, Solanum Solanum ni sunt genera. Primum hortense dicitur, quod sci hortense. licet olim in hortis cum aliis oleribus quæ edendo sunt, seminabatur. Hodie sua sponte, & inuitis cul- halicacabum ni toribus provenit. Nigrum alio nomine, à nigris nig- parvum, nigrum mirum foliis, aut in extrema maturitate fructu ni- quæ ger gro, appellatur. Germanis simpliciter Nachtschatt, (Gallis Morelle) vocatur. Secundum Halicacabum. quod priuatim Halicacabum nominatur. Vescicaria Vescicaria riam quoque vocant à folliculis quos producit, Vescicaria vescicarum

PLANTARVM HISTORIAE

vesicarum in animantibus speciem imitantibus, vel quòd vesicæ calculis medeatur. Officinæ Ara-

**Alkakēgi** bes secuta, corrupto Halicacabi nomine, Alkakēgi appellant. Germani nostri Iudenhutlin, oder

Docklin, Iudenkirschen, Schlutten, Boberellē, Rot Nachtschatten. (Galli Baganaudes.) Est præterea alia Halicacabi species nuperrimè inuenta, & aliunde in Germaniā allata, cuius nemo antiquorum scriptorum, quòd sciam, mentionem fecit.

Nos discriminis gratia Halicacabum peregrinum nominauimus. Germanicè Vuelsch Schlutten nō

**Solanum** ineptè nuncupauimus. Tertium solanum somnificū. sicum ab effectu scilicet nominant. Sunt qui Solatrum dormitorium vel marium dicant, quod rus-

**Solanum** pibus non lōgè à mari inueniatur. Quartū Græcis furiosum. *ἡμικύανον*, hoc est, furiosum nominatur, officinis Solatrum mortale.

FORMA.

**Hortense.** Solanum hortense frutex est esculentus, exilis, a-las multas habens, folia nigra, Ocimo maiora & latiora, fructum rotundum, viridem, cū autem maturauerit, nigrum, aut rufum. Flos huic cādicat.

**Halicaca** Halicacabum foliis priori simile, latioribus tamē. **bum.** Caules eius postquam increuerunt in terram inclinant. Fructum fert in folliculis rotundis vesicis similibus, rufum, rotundum, leuem, vuarū acinis similem, quo coronarij vtuntur texentes coronas. Peregrinum, planta est pergulis operiendis aptissima.

ma: latissime enim suis clauiculis sese diffundit. Folia habet oblonga, & laciniata. Flores candidos, vesiculosas Halicacabo similes, in quibus semen includitur pisces aut ciceribus simile, in cuius medio effigies veluti cordis humani insculpta & incisa apparet. **Somnificum** frutex est ramos habens multos, densos & lignosos, difficile fragiles, foliis pinguibus, refertos mali cotonei similitudine, florem rubrum, grandem. Semen in siliquis croceum. Radicem corticem habentem subrubrum, grandem. **Furiosum** folium obtinet Erucae simile, manus tamen, satis ad spinam quam Paderota vocant accedens. Caules à radice proceros decem aut duodecim emittit, vlnarum cubitorumve quatuor altitudine, capitulum effigie oliuae insidens, sed hissutum vt Platani pilule, manus tamen & latius. Florem nigrum, post hunc fructum racemosum, rotundum, nigrum, denis aut duodenis acinis constantem, Hederæ corymbis similibus, mollibus vt vna. Radicem candidam, crassam, cauam, cubitalē. Ceterum plantatur nunc in hortis Germaniæ herba Italica vocata Stramonium, & pomum spinosum, quam nonnulli inter Solani species numerant, non quod descriptioni respondeat, sed quod eius folia opii odorem referre videantur. Quare vt aliis occasionem daremus cogitandi de hac planta, hoc loco eius picturam inserere placuit. Flores huius herbe suauem Lili spirant odorem. Videtur viribus parum à posterioribus generibus sca-

PLANTARVM HISTORIAE

lani distare. Germa. à pomis appellare libuit,  
Stechend oderrauch opffelkraut.

LOCVS.

Hortense passim in opacis locis, & semitis obuiū est. Nascitur & in hortis. Halicacabū in vineis copiosissimè prouenit. Somnificum in saxosis nec procul à mari locis producitur. Furiosum in montanis, ac vento perflatis locis, & ubi Platani nascuntur.

TEMPVS.

Hortense tota ferè estate floret, autumno autem fructus eius maturescit. Halicacabum vesicas illas suas in fine Augusti, & inter initia Septēbris mensis colore primum viridi, mox paulatim rubescente profert.

TEMPERAMENTVM.

Hortense refrigerat & adstringit in secundo ordine, medium autem absolute in humectando & exiccando, Galeno lib. v. simp. cap. ix. teste. Idem faciunt Halicacabi folia. Somnificum tertii est refrigerantium ordinis. Manici seu furiosi cortex radice refrigerat secundo ordine incipiente, & desiccatur in secundo iam completo, & tertio incipiente.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Hortense refrigerandi facultatem obtinet, quæ propter folia ignibus sacris, herpetibus cum farina polentæ illita profunt. Per se autem trita & imposta agilopas, capitîsque dolores sanant. Stomacho æstuantî auxiliatur. Parotidas cum sale trita

&



& illita discutunt. Succus eius valet aduersus i-  
 gnes sacros, & herpetas, cū cerusa, rosaceo & li-  
 thargyro. Ad egilopias verò cum pane. Infantium  
 quoque ardori, quem syriasm vocant Græci, cum  
 rosacco perfusus proficit. Miscetur collyriis pro a-  
 qua aut ouo contra acres fluxiones ad inunctiones.  
 Aurium dolori instillatus prodest. Muliebria pro-  
 fluvia in lana appositus sistit. Succus fuluo galli-  
 narum in domibus oberrantium simo subactus &  
 linteo appositus egilopis remedio est. Halicacabū  
 vim vsunque hortensis Solani habet, verum non  
 comeditur. Fructus eius potus, eò quòd urinam mo-  
 uet, regium morbum expurgat. Vtrorumque herba  
 exprimitur, & succus siccatus in umbra reponitur,  
 ad eadē utilis. Sōnifici radicis cortex in vino drach-  
 mæ pondere potus, somnificam facultatem obtinet  
 Papaueris succo mitiorem. Fructus vehementer u-  
 rinam cit. Corymbi eius ferè duodecim hydropicis  
 dantur. Plures autē poti ecstasim faciunt. Remedio  
 est aqua mulsa copiosa potui data. Succus eius me-  
 dicamentis dolorem leuātibus & pastillis miscetur.  
 In vino decoctus & in ore retentus dentium dolori-  
 bus succurrit. Radicis succus cū melle inunctus ocu-  
 lorū hebetudines tollit. Furiosi radix in vino drach-  
 mæ vnius pondere pota, nō illepidas neque iniucun-  
 das imagines specieiſve efficit. Duarum verò drach-  
 marum pondere pota, ad tres vsque dies ecstasim af-  
 fert. Quatuor autem drachmæ haustæ interimunt.

PLANTARVM HISTORIAE

Remedio est aqua mulsu maiore copia pota, & vomitione reiecta.

EX GALENO.

Solanum esculentum quod in hortis nascitur, notum est omnibus, utunturq; illo ad ea omnia quae refrigerari & adstringi postulant. Ceterorum vero non esculentorum unum quidem nuncupatur Halicacabum fructum habens rufum, acino vuae tui figura, tum magnitudine ad similem, quo etiam ad coronas utuntur. Alterum autem fruticosum, quod somnificum, & tertium quod furiosum dicitur. Halicacabum igitur in foliorum facultate hortensi simile est, fructum habens cienda urinae idoneum: proinde multis compositis facultatibus quae ad iecur, ad vesicam & renes accommodantur, miscetur. Solani vero somnifici cortex radice si cum vino bibatur, somnum accersit drachmae pondere sumptus. Sed et ad caetera Papaveris succo persimilis est, nisi quod coctusque imbecillior est, ut ipse tertius habeatur ordinis refrigerantium, quum hic in quarto sit constitutus. Huius semen urinam mouendi facultatem habet. Si autem plus duodecim corymbis hauseris, dementiam furiamve adsciscet. Porro quod reliquum est ex dictis Solanis, ad medicationes quae intro in corpus adhibentur, inutile est. Nam si quatuor eius drachmae sumantur, mortem inferent: si pauciores, insaniam. Vna certe innoxie offertur, caeterum nec ipsa utile quid obtinet. Verum si foris corpori illinatur, ulcera

ulcera maligna & depascentia curat. Sed ad talia radice cortex optimus est.

## EX PLINIO.

Strychno, quam quidam Trychnon scripsere, uti-  
nam nec coronarum in Aegypto uterentur, quos imi-  
tat Hederæ florum similitudo, in duobus eius gene-  
ribus. Quorum alterum cui acini coccinei, granosi fol-  
liculi, Halicacabum vocant. Nostri autem vesica-  
riam, quoniam vesicæ & calculis prodest. Frutex  
est surculosus verius quam herba, folliculis magnis  
latisque, & turbinatis, grandi intus acino, qui matu-  
rescit Nouëbri mense. Tertio folia sunt Ocimi, mi-  
nimè diligenter demonstranda. Remedia enim, non  
venena tractamus: quippe insaniam facit paruo quo-  
que succo. Quanquam & Græci autores in iocum ver-  
tere. Drachmæ enim pondere lusum pudoris gigni  
dixerunt, species vanas imaginesque conspicuas obser-  
uari demonstrantes. Duplicatum hunc modum, legi-  
timam insaniam facere. Quicquid verò adiciatur po-  
deri, representari mortem. Hoc est venenum quod inno-  
centissimi autores simpliciter Dorycnion appellaue-  
re, ab eo quod cuspides in præliis tingerentur illo  
passim nascente. Quin & alterum genus soporiferum  
est, atque etiã opio velocius ad mortem. Laudatum  
verò à Diocle & Euenore: quippe presentaneum re-  
medium ad dentes mobiles firmandos, si collueren-  
tur: huic tamen exceptionem addidit, ne diutius  
id fieret: delirationem enim gigni eo. Comendatur &

Vesicaria

PLANTARVM HISTORIAE

in cibis tertium genus, licet præferatur hortensis sa-  
poribus. Et nihil esse corporis malorum, cui non sa-  
lutare sic Strychnos, Xenocrates prædicat. Somni-  
fici radicem bibunt qui sunt vaticinandi callentes,  
quòd furere ad confirmandas superstitiones aspici  
se volunt. Remedio est (id enim libetius retulerim)  
aqua copiosa mulsa calida potui data. Nec illud  
præteribo, aspidum naturæ Solanum somnificum in  
tantum aduersum, vt radice eius propius admota  
soporentur, illud sopore enecante vim earum. Ergo  
trita ex oleo percussis auxiliatur.

APPENDIX.

Quod nos somnificum esse dicimus Solanum, ali-  
qui hortense non sine maximo errore esse putat, plu-  
rimùmque suis conferre, ac easdem à letalibus  
morbis præseruare asserunt. Nos tamen non labor-  
ramus magnopere quomodo suis succurrat, sed  
quid in homine possit magis consideramus, quum  
constet pleraque aliis animatibus esse cibum, quæ  
homini venenum sunt. Experientia verò cognitum  
est, geminos pueros statim ex esu acinorū huius ge-  
neris Solani mortuos esse. Quod sanè exemplū nos  
mouet vt somniferum esse credamus, potissimum  
cum in vniuersum ferè illi descriptio quadret, vno  
hoc dempto, quòd semen non habet in siliquis cro-  
ceum. Sunt autem notæ quædam in hortensis etiam  
delineatione quæ illi non conueniunt. Neque enim  
exilis est frutex, sed propemodum arborescens: ne-  
que

que etiam florem candidum, sed spadiceum obtinet. Quòd verò ad flores & fructum attinet, videtur accedere ad historiam Solani furiosi, ut suspicio ferè sit duorum horum generum historias esse confusus: quam quidem auget Theophrastus, qui in eorundem descriptione nonnihil à Dioscoride variat. Quicquid verò sit, certum est Solani esse speciem, quod forma ipsa foliorum abundè docet: atque huic vehementem refrigerandi vim, maxime si paulò copiosius sumatur, inesse, ut hoc nomine pro somnifero Solano eius vsus medicis nullo periculo esse queat. Nos vulgi sententiam sequenti, appellauimus Dollkraut. Possent etiam Germanicè vocari Schlaf Nachtschatt. sunt qui Seukraut nominant. Quòd si tamen hæc nonnullis haud satisfecerint, certè necesse erit Mandragoræ speciem esse fateantur tertiam, quã pingit Theophrastus li. vi. de histo. planta. capite ü. iis verbis: ἰδιος δὲ ὀκαρπὸς τοῦ μανδραγόρου τῶ μίλας τε καὶ ῥαγῶδης καὶ οἰνώδης εἶναι τῶ χυμῶ, hoc est, fructus Mandragoræ peculiaris, quia niger, acinosusque & vinosus suo sapore sentitur. Hæ enim omnes notæ in fructu huius fruticis repertiuntur. Sed plura ea de re in capite de Mandragora diximus.

DE SYMPHYTO MAGNO.

CAP. CCLXVI.

AA iij

NO

NOMINA.

ὑμφύτον, ἢ ὑμφύτον μέγα Græcis, Sym-

phytū & Solidago latinis, officinis & her-  
bariis Consolida maior, Germanis Vual-

Symphy- turtz, Schuartzurtz, Schmerurtz, grosse  
tum cur beyneuell ( Gallis de la Consyre ) Nomen illi  
dictum. apud Græcos Latinosq; egregia constringendi &  
conglutinandi vis fecit. FORMA.

Caulē mittit binūm cubitorum, aut maiorem,  
leuem, crassum, angulosum, Sonchi modo inanem,  
circa quem folia sunt non magnis intervallis distan-  
tia, hirsuta, angusta, oblonga, ad Buglossi foliorū si-  
guram accedentia. Habet caulis secundum angu-  
los eminentias quasdam productas. Folium tenue  
ex singulis alis prodit. Flores lutei, & semen Ver-  
basci. Totus verò caulis & folia quandam lanugis-  
nem modicè asperam, tactu pruritus mouentē, ha-  
bent. Radices in superficie extrāve nigræ, intus can-  
didæ & glutinosæ, quarum est usus. Hæc siquidem  
delinatio adamussim huic herbæ quæ vulgò Cōso-

Consolida lida maior appellatur, cōpetere videtur, quòd nul-  
maior. la prorsus sit nota quæ illi non quadret. Sed obtru-  
det quispiam, florum colorem non respondere, quem  
Dioscorides luteum esse dicit, quum in nostra Cons-

Obiectio solida alius sit. Cui ita responsum volo. Coloris ista  
diluitur. in floribus diuersitas nō tanti momenti est, vt aliud  
à Consolida maiori Symphytō esse, conuincere possit:  
neque enim vbique terrarum, etiam earundem

herbas



herbarum, flores similes sunt. Exemplo cōt Buglosum, quod Boraginem hodie officinae vocant: hoc enim interdū albos, quos nos Norimbergæ & Culmachii sæpe vidimus: magna autem ex parte purpureos producit flores. Sic quoque Symphytum frequenter flore subrubro, vel leniter purpurascēte, vt Onoltzobachii, rarius candido conspicitur. Tubingæ tamē omnia flore albo visuntur. Luteis floribus nullum in Germania vidisse me memini. Quod autem alios quā luteos nomnunquam profert flores Symphytum, satis docet Apuleius in commentariolo illo quem de herbis conscripsit, qui illius flores nigros esse tradit, subrubros aut subpurpureos haud dubiè inuēs. Nos vna pictura vtrosque flores exhibemus, Germani candidis floribus Symphytum fœminam, subrubris verò marem appellant. Cæterum non est quod in Symphyti descriptione te perturbet aut remoretur, quòd idem caulis simul leuis & angulosus dicitur: id enim sic intelligendū venit, quòd caulis non perpetuò leuis aut angulosus sit, sed modo hunc, modò illum producat pro soli diuersitate.

## LOCVS.

Locis aquosis, palustribusq; abundè prouenit.

## TEMPVS.

Per integram æstatem floret. Radix tamen in autumno carpenda venit.

## TEMPERAMENTVM.

Modicè, ordine scilicet secundo, calefacit, exic-

PLANTARVM HISTORIAE

cat & contrahit.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Radices trita & pota cruenta expuentibus, ruptisq; profunt. Recentia vulnera illita glutinant. Carnes si vnà coquantur cogunt. Inflammationibus, sedis potissimum, cum Senecionis folis vtiliter illinuntur.

EX GALENO.

Symphytum magnum similem petraeo facultatem habet, non tamen gustantibus dulce, neque odorantibus odoratum apparet, sed iis sanè ab illo diuersum est. Ceterùm quatenus viscositatem quandam & mordacitatè obrinet, Scillae simile est. Vtitor eo ad omnia quae petraeo. Potest autem petraeum collectū in thorace, pulmoneq; pus expurgare. Habet etiam contrahendi vim, qua sanguinis eiectionibus auxiliatur. Enterocaelis imponitur, & ad cōuulsa & rupta cum oxymelite bibitur. In vino decoctum ad dysenteriam, & profluiū muliebri rubrum constringendum exhibetur.

EX PLINIO.

Symphyti radix illita, enterocaelas cohibet. Vulneribus sanandis tanta praestantia est, vt carnes quoque cū coquuntur, conglutinet addita, vnde & Graeci nomen imposuere. Ossibus quoque fractis medetur.

SYMPHYTI PETRAEI VIREs.

Quum Dioscorides & Galenus ad Symphyti facultates

cultates lectorem in Symphyti magni historia ab-  
 legent remittantq; necesse est, vt illas ordine conu-  
 meremus more quidem nostro, primū ex Dioscori-  
 de, deinde ex Galeno & Plinio.

## EX DIOSCORIDE.

Decoctum ius aqua mulsa & potū Symphytum  
 petræū, quæ in pulmone sunt expurgat. Sanguinem  
 reiciuntibus & renum doloribus cum aqua datur.  
 Ad dysenteria & rubra feminarum profluuia in  
 vino decoctum bibitur. Ad conuulsa & rupta ex ace-  
 to mulso sumitur. Comaducatum sitim arceat. Gut-  
 turis asperitatibus prodest. Recentia vulnera gluti-  
 nat, & intestinorum ramices illitum coerces. Car-  
 nes cum vnâ coquitur, conglutinat.

## EX GALENO.

Symphytū petræū ex cōtrariis constat facultati-  
 bus: habet enim incidēdi vim quampiā, qua colle-  
 ctum in thorace & pulmone pus expurgare potest.  
 Habet etiā quādam contrahendi facultatem, qua  
 eiectionibus sanguinis auxiliatur: & tertia ad eas  
 inest humiditas quædā nō immodicè calida, p̄ quā  
 gustantibus dulce apparet, & odoratu incundum.  
 Mansum sitim extinguit, & arteria asperitates sa-  
 nat. Porro secundum omnium dictarum virium mi-  
 stionē simul digerere abūdē potest, simulq; corpora  
 cōtrahere & cōstringere. Proinde enterocœliis im-  
 ponitur, & ad conuulsa & rupta cum oxymelite  
 bibitur. Caterū qui ipsum in vino decoctum ad  
 dysente

PLANTARVM HISTORIAE

dysenteriam, & rubrum muliebri profluuiū exhibent, tanquam desiccante & contrahente vtuntur. Qui verò ad nephritin renūmve dolorem, tanquam expurgante & incidente.

EX PLINIO.

Vtilissimum lateribus, lienibus, renibus, torminibus, pectoris pulmonibus, sanguinem reiicientibus, faucibus asperis. Bibitur radix trita, & in vino decocta, & aliquando superlinitur. Quin & commāducata sitim sedat, præcipueq; pulmonem refrigerat. Luxatis quoque imponitur & conuulsis, lienis, interaneis. Aluum sistit coacta in cineres. Detrahit quoque folliculis trita cum piperis nouem granis, & ex aqua pota. Vulneribus sanādis tāta præstantia est, vt carnes quoque cūm coquuntur, cōglutinet addita, vnde & Græci nomen imposuerunt. Osibus quoque fractis medetur.

DE SICY SATIVA.

CAP. CCLXVII.

NOMINA.

**Σ**ΙΚΥΣ, κῆ σῖκνος ἡμῶσ Græcis, Cucumis & Cucumer Latinis dicitur. Officinæ latinā appellationem retinuerunt. Aetius angurium etiā vocari tradit. Germani Cucumerū (Galli Concombre) vocant. Cucumer autem, vt Varroni placet, dicitur à curuore, quasi Curuimer. Sicyū verò Græci ex aduerso ἀπὸ τοῦ σῖκ' εἶναι κῆειν, quod scilicet appetentiam concumbendi minime stimulet,

Comman

Cucumer  
vnde dicitur  
Eius.  
Sicys.

let, nominasse videntur. Hinc celebratum Græcis  
 proverbum est, ut ex Athenæo annotavit Hermo Adagiū.  
 laus: Texens pallium mulier cucumerem deuoret, Textrices  
 quod textrices magna ex parte, si Aristoteli credi- magna ex  
 mus, impudicæ sint, & opportuna Veneri. Ut ergo parte imo  
 nis impetus infrenetur & elanguescat, adagium est pudica.  
 dendo cucumeres textricibus consulebat.

## G E N E R A.

Cucumerum genera sunt Pepones & Melopepo. Pepones.  
 nes in quos statim degenerant, figura tantum & Melopepo  
 quamitate inter se dissidentes. Siquidem qui ma. nes.  
 gnitudine excedunt, aut in longitudinem procedunt,  
 quales multis locis nascuntur, Pepones quondam  
 vocati fuerunt. Sed qui formam & effigiem mali  
 referunt, & humi rotundantur, Melopepones Græ-  
 cis vocantur, facto ex Pepone & malo nomine: ne-  
 que inter Pepones & Melopepones aliud quã quod  
 sumitur, ex figura quondam, ut diximus, discrimen  
 fuit. Totum hoc genus Palladius Melones, quasi Melones  
 μήλωνες, id est, pomeos, à malorum figura appella cur dicti.  
 uit, quo nomine maior pars hodie medicorum si-  
 mul cum officinis utitur. Sunt itaque in vniuer-  
 sum tria Cucumerum satiuorum genera. Pri-  
 mum genus absolute Cucumis, à nostræ ætatis her Cucumis.  
 bariis, cum adiectione Cucumis citrinus, hoc est, Cucumis  
 flavus, à colore quem habet cum maturuerit, appel-  
 latur. Actius, quod equidem sciam primus Anguria Anguria.  
 vocari tradit, quæ veteribus σίῳα, id est, Cucu-  
 meres

PLANTARVM HISTORIAE

meres nominantur. Horum sanè plura sunt genera, nos quatuor potiora commemorabimus, quorum etiam picturas exhibemus. Primi generis est vulgaris Cucumer, fructum obtinens oblongum & maculosum, Germanicè vocatur gemeyn Cucumern. Sunt qui illum priuatim Anguriam appellent. Ad quod sanè nomen alludentes Germani nostri, alio nomine Gurchen nominant. Alterius generis Cucumer est peregrinus, quem vulgus Turcicum nuncupat, priori multò maior ac procerior foliis, floribus & fructu, qui vt in primo nō est maculosus, sed tamen oblongus etiam. Germani Turckisch Cucumern appellant. Fructus eius admodum flavus existit. Hinc est quòd multi eundem priuatim Citrulum & Citrecolum, quasi citrinum, hoc est, flavum vocent. Huius semina alba & lata sunt. Terti generis Cucumer est qui marinus dicitur, Turcico, quòd ad folia, flores & semina attinget, ferè similis, nisi quòd in hoc omnia sunt minora. Fructus vero rotundus, vt pictura monstrat. Vulgus Zucco marin vocat. Germani meer Cucumer. Officinis perinde atque Turcicus ignotus. Quarti generis Cucumer est, quam officinae hodie Citrulum vocant. Folia habet ferè Colocynthidis, multifariam dissecta & incisa: fructum rotundum, herbacei coloris, & in eo semina lata, & colore spadicea, hoc est, in rufa atra. Nos officinas respicientes nominauimus hunc Cucumerem citrulum,

*Emericus 9 d. inc*

*Citreoli  
aut Citru  
li.*

*3. v. r. v. m. c.*

*Citrullus*



lum, Germanicè Citrullen. Alterum genus Cucu-  
 meris est, qui nunc simpliciter Pepon, ἀπὸ τοῦ πεπο = Pepo.  
 ποῦπεδοῦ, hoc est, maturescere dicitur. Is enim pepocery  
 mitis ac tener maturitate flaccescit. Germani Pfe-  
ben appellant. Tertium genus Cucumeris hodie  
 Melon ab omnibus vocatur, Germani Melaun noz Melon.  
 minant. A priore forma & suauitate differt: rotūz meloery  
 dior siquidem & māli cotonei quasi formam refe-  
 rens, mitiorq; existit. Discrimen hoc sentientes poste-  
 riores Græci σίκω simpliciter dixerunt, quem nos  
 priuatim modo Cucumerem vocamus. Adiecta au-  
 tem peponis voce, hūc quem nostra atas priuatim  
 Peponem nominat, σίκω πέπωνος, id est, Cucu-  
 merem Peponem dixerunt, mitem scilicet & ma-  
 turitate tenerum Cucumim inuuentes. Sub quo eū  
 etiam, quem à tereti ac rotunda māli effigie μύ-  
 λωνος peculiariter dixerunt, complexi sunt.

FORMA.

Cucumis sarmētis viticulisq; prælongis serpit, in Cucumis  
 ramósque vitis modo se diffundit, tamen ob caulis  
 infirmitatem humi spargitur, ni propius adsit cui  
 caducus incumbat: folio anguloso, flore luteo, fru-  
 ctu cartilagineo, & interdum maculoso, coloris tū  
 herbacei, tū citrini, tum nigri. Pepo vite serpit præ Pepo.  
 longa, flagellis vltro citroq; reptantibus, vitigineis  
 ferè frondibus, scabris, flore luteo, fructu cartila-  
 gineo, orbiculatim striato, prominulis puluino-  
 rum toris, strigilibus in vertice pomi & umbilico  
 coeuntis

## PLANTARVM HISTORIAE

cocunt. bus, ibidemq; stellatim decussatis, cute aspera velut lentiginibus occupata, carne intus suavis, seminibus in utero livatim digestis.

### LOCVS.

Pingui gaudet solo, loci q; apricis vberior prouenit Cucumis. Nascuntur & pepones bene cultis locis, eoque latius si subinde rigentur. Amant tamen aprica loca, & sole irradiata: ideoque cum annus est pluuiosus & nubilus, non aequè ut in siccis annis proueniunt. Libertate etiam gaudent, qua possint vtro vagari. Magna copia Peponum & Melonum apud Norimbergam, celeberrimum Germaniae nostrae oppidum, prouenit.

### TEMPVS.

Aestatis fine, iulio potissimum mense, maturescunt. Citius tamen Melones quam priuatim Cucumeres dicti.

### TEMPERAMENTVM.

In Cucumeribus superat humida & frigida temperies, non tamen vehementer, sed quasi in secundo censetur ordine. Attamen si quis aut semen aut radicem arefaciat, haud etiam humida fuerit natura, sed iam desiccantis, idq; in primo quodammodo ordine, aut in secundo incipiente.

### VIRE. EX DIOSCORIDE.

Satius Cucumis bonam facit aluum, stomachoque accommodatus est. Refrigerat nec corruptionem sentit. Prodest vesicae. Olfactu animo deficientes restituit.

restituit. Semen eius mediocriter urinam cit. Cum lacte aut passo vesicæ exulcerationibus subuenit. Folia eius cum vino illita, morsus canum sanant, cū melle verò epinyctidas. Peponis autem caro comesta urinam cit. Inflammationes oculorum illita sedat. Superior eius cortex contra adustionem infantium, quam siriāsim vocāt, syncipiti imponitur. Fronti vt oculorū fluxiones auertat, imponitur. Mixtus farine, & cum semine in sole siccatus succus, si magna sit ad extergendam cutem, & nitorem in facie conciliandum. Radix sicca, & cum hydromelite drachmæ pōdere pota, vomitiones mouet. Quòd si quis modicè à cœna vomere cupiat, gemini oboli satis erunt. Sanat & vlcera in modum faui cōcreta, ceria vocant, cum melle illita.

## EX GALENO.

Cucumis esculētus maturus quidem tenuioris essentia est, qui verò immaturus est, crassioris. Sed et abstergendi & incidendi facultate participāt, quare & urinam mouent, & corpus splēdidum reddūt: at magis si quis semine arefacto contusoq; atq; cribrato, vice pulueris absterforiæ vtatur. In semine et radice maior abstergendi facultas, quàm in fructus ipsius carne. Vniuersa Peponū natura frigidior cum larga humiditate existit. Habent & quandā abstergēdi vim, ideoq; urinā cient, & deorsum expeditius quàm Cucurbita & Melo; epones rapiūtur. Quòd porrò abstergāt, discrere licet sordidā cutem BB deficiādo.

PLANTARVM HISTORIAE

defricando. Quamobrem maculas etiam solis calore factas, & lenticulas faciem occupantes, & in superficie albos extergere possunt. Semē quod in eorum veluti carne continetur, ad hoc efficacius, adeo ut renibus etiam calculo infestatis sit accommodatum. Gignit in corpore vitiosum succū, potissimum quando non recte concoquitur. Tū verò morbum etiam qui cholera dicitur, inducere consuevit. Etenim priusquam ad corruptionem peruenit, vomitioni quoque idoneus est: largiusque ingestus, nisi quis aliquid eorum quæ boni sunt succi supermādet, omnino vomitum concitabit. Melopepones minus humidi quàm Pepones sunt, nec adeo prauis succi, segnius item prouocant urinam, tardiusque deorsum descendunt. Ad vomitum excitandum non eandem vim Peponibus obrinent, sicut nec celeviter in ventriculo, quādo illic prauus humor coaceruatur, aut alia corruptionis causa illum infestauerit, corrumpuntur. Ventriculo haudquaquam ceu Pepones officiant. Cucumeres autem urinam mouendi facultatem, perinde atque Pepones habent, sed imbecilliores: minus namque substantia humidi, indeoque non facile, ut illi, in ventriculo corrumpuntur. Inuenias qui hos ceu alia multa, quæ bonæ hominum parti concoqui non possunt, conficiant, ob totius scilicet naturæ cum eis proprietatem.

EX PLINIO.

Pepones qui vocantur, refrigerant, maximè in cisbo, &

bo, & emolliunt aluum. Caro eorum epiphoris oculorum, aut doloribus imponitur. R adix sanat vlcera cœcreta in modū favi, quæ ceria vocant. Eadem contra vomitiones siccatur, in farina tusa datur, quatuor obolis in aqua mulsa, ita vt qui biberit, quingētos postea passus ambulet. Hæc farina & in smegmata adiicitur. Cortex quoq; vomitionem mouet, faciē purgat. Hoc & folia cuiuscunque satiuū illita. Eadem cū melle epinyctidas sanat: cum vino canis morsus. Cucumis odore defcctum animi.

## EX SIMEONE SETHI.

Anguria, quæ Cucumeres dicuntur, secundū verò communem sermonem Tetrangura ob frigidum & humidum temperamētum noxia sunt, & mali succi. Ex iis autē parua magnis ante ferre oportet. Hæc vrinā ducūt, & si in aceto macerētur, in acutis præsertim febribus, mitiorem calorē reddunt. Crebrior verò horū vsus semen genitale minuit, in Veneremque impetum aufert. Semen autem horum desiccatum, caliditatem quandam possidet, contrariāque his actionem efficit, vrinamq; magis prouocat. Pituitā glutinosam Teträgura in vētriculo gignūt, quæ cruda per venas diffunditur. Propterea qui his crebrius vtuntur, illi propter humores temporis spatio in venis, & aliis corporis cavitatibus coactos, longis corripuntur febribus. Semen verò horum vrinam cit, sed minus quàm Peponum, quoniā celerius in ventriculo corrumpuntur. Meliora

PLANTARVM HISTORIAE

in his sunt quae habent semen exiguum. Calidos autem & siccos stomachos inuuant, & si in ardente febre cum aceto porrigantur, valde prosunt. Proprium verò horum est nauseas ventriculi calore excitatas, sedare. Horum autem interiora esse oportet: nam quae foris sunt, mali succi existunt, & difficulter admodum concoquuntur, & ferè venenata. Habent verò & alias proprietates, vt animo deficientes propter excedentem calorem reficiant. Si autem pituitam in ventriculo nanciscantur, nauseas faciunt, & colicos affectus, & hypochondriacas passiones.

Wild of Esels  
grümeu

DE SICY SYLVESTRI.

CAP. CCLXVIII.

NOMINA.

Cucumis  $\Sigma$   $\text{ἰύς ἄγριος, ἢ ἐλατήριον}$ , sic autem proprie vocatur succus eius Graecis, Cucumis anguinus, sylvestris & erraticus Latinis, of Cucumer ficinis & barbaris Cucumer asininus, Germanis asininus. Vuild Cucumer, vel esels Cucumer (Gallis Concombre sauuage) appellatur.

FORMA.

Solo fructu à satiuo Cucumere distat, quem multo minorem habet, glandibusq; longiusculis simile. Folia & sarmenta satiuo similia. Radicem albam & magnam. Totus frutex amarus.

LOCVS.

Ruderibus sabulosisq; locis prouenit. Nusquam tam

men



men in Germania, quòd sciam, nisi satus nascitur.

## TEMPVS.

Augusto mēse floret, atque subinde autumno fructum tempestiuum producit, qui seminibus ac succo plenus est, qui decerpto pediculo confestim exire solet.

## TEMPERAMENTVM.

Calidus & siccus est Cucumis syluestris, vt ex viribus latius patebit.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Foliorum succus instillatus aurium dolori cõuenit. Illita ex polenta radix omne vetus œdema discutit. Imposita cum resina terebinthina, tubercula rumpit. Decocta ex aceto & illita podagras discutit. Ischiadici infunditur eius decoctum, eoque in dolore dentes colluuntur. Arida trita, alphas, lepras & impetiginem abstergit. Cicatrices nigras, & in facie maculas expurgat: Radicis succus sesquioboli pondere, & item cortex acetabuli quarta parte, bilem pituitamque deiciunt, præsertim in hydropicis. Purgat verò citra stomachi iniuriam. Radicis selibram accipere oportet, inque duobus vini, præsertim Libyci, sextariis conterere, ac dandi ex eo terni cyathi, donec tumor abundè subsederit. Quod verò Elaterium vocatur, ex fructu huius Elaterii in sece Cucumeris paratur ad hunc modum. Eligito confectio.

Cucumeres qui tacti saliendo succum ex se profundunt, ac nocte vna repositos dimitte. Postridie

PLANTARVM HISTORIAE

cribrum varius neque crebra foramina habens crateri superposito, supinòque cultro sursum versus aciem habente sigillatim Cucumeres utrisque manibus prehensens diuidito, & per cribrum in subiectum craterem humorem exprimito, simulq; carnosum in eis quod iam cribro adhæret exprimito, ut & illud descendat. Quæ expressa sunt in paratam peluim coniicito. Coaceruatis autem in cribro quæ antea dissecta fuerunt, ea dulci aqua perfundito, & cum expresseris abiicito. Humorem in pelui agitatum & linteo opertum, soli exponito, dumq; steterit totam supernatantem aquam, cum humore concreto, percolato. Facitòque id sepius donec supernatans aqua subsidat, quam cum diligenter excolaueris, coniectum in mortarium sedimentum terito, & in pastillos conformato. Elaterium verò à bimatis ad decennium purgationibus utile. Integra quantitas obolus est, minima semiobolus, pueris chalciduo. Copiosius enim potum, periculum adfert. Pituitam & bilè per inferna pariter & superna trahit. Optima autem per ipsum difficulter spirantis bus sit purgatio. Quòd si itaque in animo est per alium purgare: adiecto salis duplo, & stibij quod colorari sufficiat, ex aqua catapotia crui magnitudine dato. Postea cyathus vnus aquæ tepide sorbeatur. Ad citandas verò vomitiones aqua diluens Elaterium, subiectas linguæ partes penitissime penitus oblitino. Quòd si quispiã difficiliter vomat, oleo  
aut

Vires Elaterij.

aut vnguento in vino diluito. Somnum inhibeto. Porro iis qui supra modum purgantur, vinum cum oleo mixtum continuo dare conuenit: etenim vomendo emedantur. Quod si vomitiones non finiatur, aqua frigida, polenta, posca, poma, & quae stomacho densare possunt offerenda sunt. Ciet Elaterium menses. Foetus enecat in passo subditum. Morbo regio medetur, cum lacte naribus infusum. Diuturnos capitis dolores finit. Efficaciter angina laborantibus inungitur, cum vetere oleo, melle, aut felle taurino.

## EX GALENO.

Cucumeris syluestri, et fructus ipsius succus, quem Elaterium vocat, & non minimè radicis ac foliorum, ad medicationes perutilis est. Elaterium itaque menses ciet, & foetum interimit appositum, ceu alia omnia amara & subtilium partium, maxime si aliam quam habeant caliditatem, veluti Elaterium. Summè siquidem amarum est, leuiter calidum, vt ex secundo sit ordine calefacientium. Porro tale protinus quoque digerendi vim obtinet. Sic igitur eo angina laborantes inungunt quidam cum melle, aut oleo vetere. Bonum item est regio morbo affectis fusum cum lacte in nares. Hoc etiam vsu dolores capitis sanat. Atque Elaterium quidem eiusmodi est. At radicis succus, vt & foliorum, licet similem vim habeat, imbecilliozem tamen. Sed & ipsa radix ad similem facultatem possidet, abstergit namque, digerit atque emollit. Porro cortex eo potentius desiccatur.

Ex Cucumere syluestri fit medicamentum quòd vocatur Elaterium, succo expresso è fructu. Cuius causa nisi maturius incidatur, succus exilit, oculorum etiam periculo. Obscuritates & vitia oculorum sanat, genarumque vlcera. Tradunt hoc succo tactis radicibus vitium, non attingi vuas ab anibus. Radix autem ex aceto cocta podagris illinitur, succoque dentium dolori medetur. Arida cum resina impetiginem & scabiem, quam psoram & lichenas vocant. Parotidas & panos sanat, cicatricibus colorem reddit. Et foliorum succus auribus surdis cum aceto instillatur. Nullum ex medicamentis Elaterio longiore euo durat. Incipit à trimatu. Melius autem quo vetustius erit, quod iam ducentis annis seruatum esse, autor est Theophrastus. Et vsque ad quinquagesimum lucernarum lumina extinguit. Hoc enim veri experimentum est, si admotum prius quam extinguat, scintillare sursum ac deorsum cogat. Efficax est contra scorpionis ictus Elaterium, & ad purgandú vterum, aluumque. Modus portione virium à dimidio obolo ad solidum. Copiosius necat. Sic & contra phthiriasu bibitur & hydropises. Illitum, anguinas & artérias cum melle, & oleo vetere sanat.

DE SMILACE HORTENSI.

CAP. CCLXIX.

NO

## NOMINA.

Roomfig:  
Boney.

μίσλαξ κητωαία Græcè, Smilax hortēsis

☞ Latine, Officinis inusitata: recentiores

Græci ac herbarū, &amp; qui Arabum, præ-

sertim Serapionis &amp; Auicennæ, sectantur placita,

Phasiolos vel Faseolos. Galenus et alij veteres Græ Phasioli.

ci Dolichos appellant. Germani Faselen, Vuel- Dolichi.

sch oder Vuild Bonen (Galli Phasiole) vocāt.

## FORMA.

Folia Hederæ similia habet, molliora tamē: cau-  
les tenues, & capreolos vicinis fruticibus se impli-  
cātes, in tantum incretentes, vt tabernacula effin-  
gere possint. Fructum Fænogræco similem profert,  
longiorem tamen maioremque, in quo semina reni-  
bus similia, non vnius coloris, sed ex parte subrusa  
continentur. Ex qua certè delineatione sole clarius  
fit, Smilacem hortensem Dioscoridis non esse nisi  
Phaseolos vulgò vocatos, cū sint foliis Hederæ,  
mollioribus atque venosis, cauliculis tenuibus, cla-  
uiculis propinquis fruticibus se implicantibus, ra-  
mis incremento suo tentoria & hortorum cameras  
fornicesve facientibus, siliquis Fænogræco haud  
dissimilibus, longioribus autem & maioribus, semi-  
nibus intus versicoloribus, & renib. in vniuersum  
similibus. Quæ certè vnica nota ad docēdum Smi-  
lacem hortensem esse Phaseolos sufficere posset. Ac-  
cedit quòd Phaseolorum apud Serapionem descri-  
ptio non sit alia quàm apud Dioscoridem Smilacis  
hortensis,

PLANTARVM HISTORIAE

hortensis, id quod manifestè patebit vtrasque confe-  
renti. Ceterum etsi duo Phaseolorum videatur esse  
se genera: sunt enim aliqui cãdidi, nonnulli verò ru-  
bentes, tamen quia in foliis nulla est prorsus diuersi-  
stas, & Dioscorides quoque innuat semina hæc nõ  
esse vnius coloris, sed vt Serapion interpretatur,  
quædam ad candorẽ, quædam verò ad ruborẽ acce-  
dant, ideo sub vnica pictura vtriusque coloris Pha-  
seolos exhibemus: neque enim distant alia ratione,  
quàm quòd albi producant flores candidos, ruben-  
tes verò purpurascens. Licet non ad candidos &  
iσδ̄χρσα. rubetes tantũ hæc Dioscoridis verba, εν̄ iσδ̄χρσα,  
referenda esse existimem, sed ad alios etiam: sunt  
enim nonnulli fusci, alij verò gilui, cærulei & cæ-  
ssi, alij maculis & orbibus atris variegati, nisi quis  
omnes iam dictos colores sub candido & rubro, ex  
quibus ij commixti esse videntur, complecti velit.

LOCVS

Smilax de qua hic agimus, vt ex nomine satis  
constat, in hortis sata prouenit, & cum lōgis serpat  
flagellis, propè poni ridicæ palivē debent, quas cæ-  
preolis suis, vbi increuerit, complectatur.

TEMPVS.

Aestate florent, ac subinde siliquas & in iis se-  
men producant.

TEMPERAMENTVM.

Simeon Sethi & Mauritanij in primo ordine ca-  
lidos & humidos esse Phaseolos statuunt. Galenus  
etiam



etiam in libro primo de Alimentorum facultatibus,  
humidiores natura esse asserit.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Olerum modo esui apta est siliqua cum semine  
Asparagi modo elixa. Urinam pellit, insomniâque  
grauia & tumultuosa facit.

EX GALENO.

Dolichi nō minus quā̄m Pisa nutriunt, similiter  
etiam flatu carent: sed quōd ad suauitatem atinet  
& deiectionem, peiores sunt. Alibiles itaque sunt,  
nisi quādo integri & etiamnum virides vnā cum  
suis siliquis ex oleo & garo ab hominib. ingerūtur.  
Aliqui vinum etiā adiciunt. Sed horum in repositi-  
tione, vt Pisorum, nullus est vsus: quippe quum na-  
tura sint humidiores, citō corrumpi consueuerunt.  
Attamen si quis hos tutō reponere cupiat, siccare  
prius diligenter & exactē oportebit. Siquidē eo mo-  
do & à putrefactione et à corruptione tota hyeme  
vindicanur, eundē quē nobis Pisa vsum exhibētes.

EX AETIO.

Siliquæ seu Lobi qui nunc passim vocātur, apud  
omnes antiquos Dolichi & Phasioli appellati, de  
genere Pisorum sunt, similes illis quantum ad mi-  
nimam flatu generationem: quantum verō ad in-  
cunditatem cibi & egestionem peiores. Peculiariter  
autem Lobi dicuntur, quoniam ferē isti tantūm  
eorum omnium quæ siliqua vestiūtur, cum siliquis  
suis comeduntur.

PLANTARVM HISTORIAE  
EX SIMEONE SETHI.

Qui ex iis magis rubri sunt, calidiores. Manifesta quoque in iis humiditas, quòd cito putrescant. Huius morem generant crassum & pituitosum. Medium locum habent, vt ait Galenus, inter ea quae facillè & difficulter concoquuntur, celeriter & tardè trāsunt, inflant & non inflant, parum & multum nutriunt. Ante alios cibos cum sapa sumpti, ventrem proritant. Cum sinapi oblati, plurimum noxae depouunt. Alibi igitur Phasioli crassiores, & difficilioris coctionis, ac humidiores sunt quàm rubri. Proprietate autem quadam turbulenta somnia facit, sed ad bonam habitudinem corporis conferunt, & vrinas mouent. Et horum decoctum menses mouet.

DE SATYRIO TRIFOLIO.

CAP. CCLXX.

NOMINA.

*Standeluurt*  
 ατύριον τριφυλλον Græcis, Satyrium  
 trifoliū Latinis, Officinis nostris incognitū aut inusitatū: vulgò Testiculus vulpis aut sacerdotis, Germ. Stendeluurtz, (Gallis Du Satyriū à trois fueilles) nominatur. Satyrio autem Satyrium ternomen fecerunt Satyri, qui primi syluestres dij vnde di- colludētes nymphis per syluas & antra, ad firmitatem Venerem herbam hanc inuenerunt. Trifoliū Trifoliū. verò, quoniam tria fert folia ad terram versa.

FORMA.

Folia tria fert Rumici aut Lilio similia, minora  
 tamen

tamen & rubentia. Causlem nudum, longum, cubi-  
 talem. Florem Lilio similem, album. Radicem bul-  
 bo similem, mâli modo extuberantem, foris rufam,  
 intus oui modo albam, gustu dulcem & ori gratâ.  
 Quod verò hîc dicimus Lilio similem, non sic intel-  
 ligendum venit quasi quantitate & tota figura Li-  
 lio similis flos sit, quando euidentissimum sit Liliû  
 quantitate sua Satyrû florem multis modis supera-  
 re. Denique nec figura etiam per omnia respondet:  
 quare hæc similitudo ad colorem & floris essentiã  
 referri potius debet, quæ planè eadem est cum Li-  
 lî colore & essentia, id quod conferenti hos duos  
 flores manifestum fiet.

## LOCVS.

In montosis & apricis nascitur.

## TEMPVS.

In Iunio mense potissimum compâret.

## TEMPERAMENTVM.

Calidum & humidum est, quamobrè gustu dul-  
 ce apparet.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Radix in vino austero, nigro, ad opisthotonum  
 bibitur. Ferunt etiam hanc impetum ad Vencrem  
 excitare.

## EX GALENO.

Satyrion excrementitiam & flatuosam humidi-  
 tatem possidet, quotirca ad Vencrem incitat. Hæc  
 verò & herbæ ipsius radix prestare potest. Porrò  
 vt nonnulli scribunt, cum vino nigro austero potum  
 opisthotonum

PLANTARVM HISTORIAE

episthotonum sanat.

EX PLINIO.

Radix cū Satyrio gemina sit, eius inferior pars  
et maior mares gignit, superior ac minor feminas.

*Cynsibloeme* DE SATYRIO BASILICO.

CAP. CCLXXI.

NOMINA.

*Palma Christi.*  
*Digitus citrini.*

Σ ατύριου βασιλικὸν posterioribus Græcis,  
Satyrium regium Latinis, Officinis Palma  
Christi, Arabibus Bucheiden, Auicennæ Digitus ci-  
trini, Germanis Kreutzblumen, (Gallis Du Sa-  
tyrium royal) vocatur. Palmam Christi propter  
similitudinem quam eius radix cum humana hæ-  
bet manu, dixerunt.

GENERA.

*Mas.*  
*Femina.*

Duo eius sunt genera, quorum alterum mas folia  
non maculosa, floresque purpureos habet. Alterum  
femina maculosis est & paulo latioribus foliis,  
floribus in purpureo albescentibus. Radicum etiam  
in colore est differentia, quod maris quidem radix  
flavescat citra albedinem, femine autem cum al-  
bedine. Quam sanè differentiam Auicenna etiam  
expressisse videtur, dum vnā ex flauo & albo  
commistam esse colore, alteram verò ex flauo sine  
albedine inquit.

FORMA.

Folia cum reliqua superficie Cynsorcho similia  
sunt. Radix tamen ei subest lutea aut flauescēs, in-  
star

star manus ramosa: modo enim quatuor, modo quinque, modo sex aut plures radices procedunt, quæ scelerè humanos digitos imitari videntur.

## LOCVS.

Prouenit in montibus, & locis soli expositis.

## TEMPVS.

In Maio & Iunio mensibus inuenitur. Mas quidem Iunio, femina verò Maio.

## TEMPERAMENTVM.

Vtrunque amarum est, magis tamen amarum quod maculosis constat foliis. Ideoque non perperam censent Auicenna & alij quidam ex recentioribus medicis, qui calidum esse & siccum in secundo ordine tradunt.

## VIRES. EX RECENTIORIBVS.

Vsus eius ad erugendam cutem, ad nervorum dolores, & contra noxia medicamenta. Fertur & amuletum esse radix gustata. Semen ex vino sumptum nouem diebus, comitiales sanat. In eundem effectum vinum diluitur herbe decocto. Scobs radice propinatur in vino ad arcendam quartanã, quam & vomitione curat paulò ante accessionem pota. Plura in presentia rescire de huius facultatib. non licuit.

## DE SVCCISA. CAP. CCLXXII.

## NOMINA.

QVo nomine veteres aut posteriores Græci appellauerint hanc herbam, cognitãque illam habuerint nec ne, nobis nondum constat.

PLANTARVM HISTORIAE

*Succisa.* stat. Nonnulli Geum esse arbitrantur. Nos Succisam nominare voluimus, partim quòd id nominis Latinum esset, & pulchrè huic herbe quadraret, cuius radices circūrose sunt, partim quòd antiquus manuscriptus herbarius sic vocaret. Vulgus superstitione quadam motum credit cacodæmona, tantæ efficacis radicem inuidere hominibus, atque hac ratione ubi succreuerit statim eum vndiquaque circumrodere. Hinc est quòd Diaboli morsum appellant. Quam etiam superstitionem plusquam muliebrem secuti Germani Teuffels abbißz, (Galli Mors de Diable) hoc est, præmorsam à diabolo, nominant.

Morsus  
diaboli.

FORMA.

Binum cubitorum fastigiatur altitudine, foliis Plantaginis minoris, aut Cirsii leuioribus, solidioribusq; leniter laciniatis. Floribus purpureis. Radicibus subnigris, succis & circūrosis.

LOCVS.

Nascitur locis incultis & montanis, saltibus, ac interdum etiam prati & dumetis.

TEMPVS.

In Augusto eius magna est passim in locis iam dictis copia.

TEMPERAMENTVM.

Supra modum amara est, vnde calidam & siccam esse satis constare cuius potest.

VIRE S.

Præsentanco remedio ad maturandos, atq; adeo sanandos





# PLANTARVM HISTORIAE

Passim in omnibus, potissimum autem humidis pratis prouenit.

## TEMPVS.

In Iunio, antequam gramine denudentur prata, passim floret.

## TEMPERAMENTVM.

Quum sit vehementer amara, calidam & siccam esse nemo nescit, idemque cum Succisa temperamentum habet.

## VIRE S.

Easdem quas Succisa facultates obtinet. Potissimum autem scabiem & tussim sanat.

## DE SMILACE ASPERA.

### CAP. CCLXXIIII.

ὄνηρι μακράν  
of greek stichy  
makray

Smilax aspera etiam foliorum ambitu spinoso modo solo stipite in Gallia Narbonensi visitur.

## NOMINA.

Smilax et  
Milax.

Σμίλαξ τραχέα Dioscoridi, μίλαξ Galea no, Smilax aspera Latinis dicitur, officinis nostris incognita, Germanicè Grosz Stechend oder seharpff Vuindt, ab aculeis quos habet, nominari apte potest.

## FORMA.

Folia habet Peryclimeno similia, vel, vt Theophrastus ait, hederacea: ramulos multos, tenues, palliuri aut Rubi modo aculeatos. Circumuoluitur arboribus sursum deorsum se circumagens. Flore candidum,

didum, fructum racemosum fert, cum maturuerit  
 rubentem, gustu leuiter mordentem. Radicē cras-  
 sam & duram.

## LOCVS.

In palustribus & asperis nascitur, Plinio autem  
 teste in conuallibus opacis.

## TEMPVS.

Smilacem quidem asperam nascentem, non vidi:  
 sicca enim aliunde ad me transmissa est, ita vt cer-  
 tō indicare quo tempore floreat aut fructum produ-  
 cat, haud possim. Id quod ideo referre volui, ne nos  
 calumniādi ansam habeat osor peruersus, si non ex  
 omni parte picturam nativæ ipsius herbæ formæ  
 respondere viderit. Cogitet enim non viridem, sed  
 siccam nos pingendam tantum dedisse. Theophras-  
 tus tamen lib. iij. cap. vlt. de hist. plant. hauc verno  
 tempore florere scribit.

## TEMPERAMENTVM.

Quale sit eius temperamentū, vires satis decla-  
 rāt, & folia ipsa atque fructus, quæ singula in gu-  
 stu lenem quandam mordicationem præ se ferunt,  
 vt calidum esse & siccam haud dubium sit.

## VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Huius folia & fructus si antè & post bibantur  
 contra letalia venena efficacia sunt. Traditū est,  
 quòd si quis tritum eorum aliquid nuper genito in-  
 fanti bibendum dederit, nullum illi postea venenū  
 nociturum. Conciditur etiam in alexipharmaca.

PLANTARVM HISTORIAE

EX GALENO.

Milax aspera claviculis plena est, vt arboribus sursum deorsum diuersimodè circumuoluatur. Folia gustata acrimoniam aliquam habent, & alioqui si illis utaris, calefaciunt.

EX PLINIO.

Coronã ex ea factam impari foliorum numero, aiunt capitis doloribus mederi. Contra venenata efficacissimi acinorum corymbi, in tantum vt acinorum succo infantibus saepe instillato, nulla postea venena nocitura sint.

DE SMILACE LAEVI. CAP.

CCLXXV.

Smilax laevis Lifet & Liferon à ligandis quibus adnascitur plantis hic pingitur.

NOMINA.

Volubilis maior.  $\Sigma$   $\mu\acute{\iota}\lambda\alpha\kappa\acute{\iota}\lambda\epsilon\acute{\iota}\alpha$  Dioscoridi,  $\mu\acute{\iota}\lambda\alpha\kappa$  Galeno, & Paulo dicitur. Latinis Smilax laevis. Officinis & herbariis Volubilis maior, à nonnullis Campanella, & Funis arborum, Germanis Vuinden-kraut, glatte Vuinden, oder Vucisz glocken laevis cur (Gallis des Phascles) vocatur. Laevis autè non nominata. alia ratione, nisi quòd aculeis careat, dicta est.

FORMA.

Hedere similia folia habet, molliora tamen, laeuiora et tenuiora. Ramulos supra dictae similes, aculeis carètes. Cōuoluitur & haec arboribus, vt prior. Fructum fert Lupino similem, nigrum, paruum, super

Witte Korb?  
Essenwange  
gewok.

super quem semper flores albi, copiosi, & orbiculati per totam Smilacem exeunt. Aestate tabernacula per ipsam sunt, autumnno autē folia cadūt. Ex qua descriptione planum sit omnibus, herbam hāc quā vulgus herbariorū Volubilem maiorem vocat, esse Smilacem leuem, quōd illi scilicet singulæ notæ à nobis commemoratæ conueniant. Id quod etiam pictura Smilacis asperæ, si cum hac cōferas, satis demonstrat, quam vno hoc nomine dedimus, vt ex eiusdem collatione manifestius leuis ipsa agnosceretur. His accedit antiqui & manuscripti herbarij testimonium, qui Smilacem leuem, Volubilem maiorem interpretatur. Eius etiam pictura, Volubile quam maiorem appellamus, penitus exprimit.

## LOCVS.

Nascitur passim per fruteta, & sepius sese inuoluit. Amat culta, & in iis etiā potissimū gignitur.

## TEMPVS.

Aestate floret, autumnno semen profert.

## TEMPERAMENTVM.

Modicam amaritudinem in gustu præ se fert.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Huius semen cum Dorycnio, & vtrunque trium obolorum pondere potum, somnia multa & turbulenta facere fertur.

## EX GALENO.

Milax leuis facultate quodammodo predictæ similis est.

PLANTARVM HISTORIAE  
EX PLINIO.

Nullius est effectus.

APPENDIX.

Empirici hodie succo Volubilis maioris ad calidas vtuntur passiones, capitis potissimè & oculorū.

DE SISYMBRIO. CAP.

CCLXXVI.

Sisymbrium alterum seu Cardamine crescio, à crescendi celeritate vulgò dicitur.

NOMINA.

$\Sigma$ ισύμβριον Græcis, Sisymbriū Latinis, (Galus Cresson) appellatur. Sisymbriū dici putat Varro à Sisymbrio, quæ fuit veteribus comædiis meretricula. Coronam etiam Veneris nonnulli dixerunt, vel quòd ob odoris suauitatē quam præ se fert, eo iuuentus quæ amoribus gaudet coronata, in comessationibus suis blando odoris oblectamento suas illecebras commendaret. Vel potius, quòd Sisymbriū caulis articulatim per internodia verticillato florum ambitu concinnè coronetur.

GENERA.

Sisymbriū duo sunt genera. Vnum quod simpliciter Sisymbrium dicitur: hoc seplasiarū Balsamita, ut manuscriptus etiam testatur herbarius, vulgus autē Mētham aquaticam, Germani Fischmütz, aquatica. Vuassermuntz, oder Bachmuntz vocant. Alterum cum adiectione Sisymbrium cardamine nominatur. Officinis Nāsturtium aquaticum, Germanis aquaticū. Brunnenkress.

Wahr munt  
Wahr munt

Corona  
Veneris.



Brunnenkresz. Sic verò dictū, quòd sapore Cardamum, hoc est Nasturtium, imitetur.

## FORMA.

Sisymbrium hortensi Menthæ simile, quadrato Sisymbrium caule, quadantenus purpurascens, foliis Menthæ, serratis, latioribus & odoratioribus: floribus internodiæ geniculatim coronantibus, verticillato semper ambitu. Sisymbrium cognomento cardamine Sisymbrium folia inter initia orbiculata habet, cum autem creverint ut Erucæ folium laciniatim finduntur. Caulis cardamine. le prosilit cauo, sesquipedali, ima sui parte pluribus radicularum fibris subinde capillato, è cuius alarum cauis cirri frequentes sinuatim erumpunt. Flore candido. Semine Erucæ instar in siliquis acris & exiguo.

## LOCVS.

Utrunque riguos tractus amat. Primum autem potissimum circa stagna & piscinas nascitur. Alterum nusquam non in aquatilibus.

## TEMPVS.

Aestate, potissimum verò Augusto mense, cum Mentha florent.

## TEMPERAMENTVM.

Sisymbrium primum excalfacit atque resiccatur in tertio ordine. Alterum autem quum siccum est, itidem tertij est ordinis excalfacientium & exciccantium: quum humidum & viride, secundum.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Sisymbrium primum vim calfaciendi obtinet.

## P L A N T A R V M H I S T O R I A E

Semen eius ad strangurias & calculos cū vino potum prodest. Tormina & singultus sedat. Folia temporibus & fronti illinuntur contra capitis dolorem. Aduersus etiam apum & vesparum ictus valent. Vomitiones potum sistit. Alterum cardamine cognominatum calefacit, urinam ciet. Comeditur quoque crudum. Lentigines & cutis à sole nigriciē & asperitatem exterit tota nocte illitum, mane autem ablutum.

### E X G A L E N O .

Sisymbrium primum tenuium partium est, digerentis, calefacientis & exiccantis facultatis. Semen quoque eius tenuium partium est & calidum. Quocirca ipsum quidam cum vino exhibent singultientibus, & tormina patientibus. Sisymbrium quod quidam Cardaminem vocant, quandoquidem Cardamo, id est, Nasturtio simile quiddam gustu praefert, eadem ferè potest.

### E X P L I N I O .

Vtrūque Sisymbrium efficax aduersus aculeata animalia, ut sunt crabrones & similia. Sedat capitis dolorem, item epiphoras. Alij panē addunt. Alij per se decoquunt in vino. Sanat & epinyctidas, cutisque vitia in facie mulierū intra quartum diem noctibus impositum, diebusq; detractum. Vomitiones, singultus, tormina, stomachi dissolutiones cohibet siue in cibo sumptum, siue in succo potum. Non edendum grauidis nisi mortuo conceptu. Quippe  
etiam

etiam impositum eiicit. Mouet urinã cum vino potum. Syluestre & calculos. Quos vigilare opus sit excitat infusum capiti cum aceto.

## DE SIO. CAP. CCLXXVII.

Sio seu Lauer diuersissimam pingit ab ea quam medici & officinæ syllabarum menthesi vocant verlá, & ad nephriticos affectus vti & Cardamine plantam persimilem & congenerem feliciter vsurpant.

## NOMINA.

Wasserpungen

Σίον, ἢ ἀναγallis ἑυδρος Græcis: Sion, Lauer & Anagallis aquatica Latinis dicitur.

Officinis ignota herba. Germanis Vuasserpungen, Bachpungen, oder Pungen (Gallis de la Berle) appellatur. Sion autem nomen sibi adsciuit à concussu, quod Græci σείειν dicunt: nam excutiendi vim naetum est, utpote quod à renibus calculos pellat, urinã & menses ducat. Anagallis aquatica, quod flores eius Anagallidis fœminæ floribus per omnia respondeant. Lauer nomen haud dubiè à lauando contraxit, quod sonantibus aquis enatum semper elui gaudeat.

Sion vnde dictum.

Anagallis aquatica. Lauer.

## FORMA.

Pusillus est frutex, rectus, pinguis, foliis latis, Olusatro similibus, minora tamè, & odorata. Quæ delineatio prorsus astipulatur huic herbæ quæ Germani Vuasserpungen nominant. Hæc enim riuulis gaudet, frutex pusillus pinguisq; est, latis foliis,

Hipposelino

PLANTARVM HISTORIAE

Hippofelino similibus, & digitis leniter friata iucundum expirantibus odorem. Floribus caeruleis, Anagallida feminam referentibus.

LOCVS.

Inuenitur in aquis citato lapsu repantibus, aut etiam resedibus. Saepe verò intumescantibus demersum videtur.

TEMPVS.

Iunio mense floribus praegnant est.

TEMPERAMENTVM.

Quia amara admodum sit haec herba, ut calefaciat & exiccat necesse est. Atque hinc iterum colligere licebit, ut patebit ex verbis Aetii, eam esse Sium.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Sic folia cocta crudaque comesta calculos committunt & excernunt. Urinas mouent. Fetus & menses educunt. Dysentericis utiliter comeduntur.

EX GALENO.

Sium quantum gustu odoratum est, tantum etiam calefacientis facultatis est particeps. Digerit autem & urinam mouet, & calculos renum frangit, & menses euocat.

EX AETIO.

Sium quatenus gustu odoratum est, eatenus calefacit, & exiccat. Discutiendi etiam vires habet, urinam mouendi, calculos in renibus dissoluendi, ac menses ciendi.

EX PLINIO.

Prodest urinis, renibus, lienibus, mulierumque mensibus.

mensibus, siue ipsum in cibo sumptum, siue ius decocti, siue semen è vino drachmis duabus. Calculos rumpit, aquisq; quæ gignunt eos, resistit. Dysentericis prodest infusum. Item lentigini illitum, & mulierum vitiiis in facie, noctu illitum momento cutem emendat, & ramices lenit, & scabiem equorum.

## APPENDIX.

Veterinarij in hodiernum vsq; diem hac herba in tumoribus discutiendis, & scabiæ equorū sananda vtantur, vt hinc manifestum fiat illam esse Sium.

## DE STRATIOTE MILLEFOLIA. CAP. CCLXXVIII.

## NOMINA.

στρατιώτης ὁ χιλιόφυλλος Græcis, Stratiotes millefolia Latinis, officinis & herbariis, Millefolium, Germanis Garben, Schafgarben, Schafripp, Tausendblatt, & Geruel, (Gallis Millefeuille, ou Cumia, ou Aneth saulvage) nominatur. Stratiotes verò Stratiotes Græcis, id est, militaris dicta est, quòd vulnera feruendo facta sanet, atque adeo in militia & castris multus eius vsus sit. Geruel  
Tausendblatt  
Dysenteric

## FORMA.

Frutex est exiguus, dodratalis & maior. Folia habet pulli auium pennis similia. Suntque foliorū exortus admodum breues, incisuris diuisi. Breuitate verò & asperitate Cumino syluestri maxime assemblantur, & etiamnum breuiora. Huius denique umbella densior & plenior: surculos enim in cacumine

PLANTARVM HISTORIAE

*cacumine paruos habet, in quibus Anethi modo umbella sunt. Flores illi candidi & exigui sunt.*

LOCVS.

*Nascitur in agris asperis, & præcipuè circa vias ac semitas.*

TEMPVS.

*Per integram floret æstatem.*

TEMPERAMENTVM.

*Nonnihil adstrictionis habet, atq; ad eò exiccat.*

VIRES. EX DIOSCORIDE.

*Eximiè utilis est herba ipsa ad sanguinis eruptionem, & ad vlcera vetera ac recetia: itè ad fistulas.*

EX GALENO.

*Vulnera glutinare potest, & vlceribus utilis est. Sunt qui ea ad sanguinis eruptiones vtantur, & ad fistulas.*

EX PLINIO.

*Hetruria Millefolium appellat herbam in pratibus tenuem, à lateribus capillamèti modo foliosam, eximij vsus ad vulnera. Boum nervos abscissos vomere, solidari ea rursusq; iungi addita axungia affirmant.*

APPENDIX.

*Recentiores ad eosdem vsus millefoliū suum adhibent, ad sananda nimirum omnis generis vulnera, dissoluendum sanguinem concretum, & ad constringendos menses. Vnde à Stratiote millefolia nō esse diuersum omnibus perspicuum sit.*



DE SARRACENICA SOLIDA  
GINE. CAP. CCLXXIX.  
NOMINA.*heydnisch vund kraut*

**Q**VVM nobis non constet quo nomine veteribus nominata sit herba hæc, placuit vsitatam ac tritam nostri temporis herbariis appellationem vsurpare, donec veriore comperire contingat. Non tamen latet à nonnullis corrupta Herba forte voce Cartafilaginem, vel magis depravatam Filaginis non esse nem nominari, cum dicendum esset Ceratophylacem, quia nimirum partem oculorum ceratoida, seu ut hoc est, corneam defendat, salutique percussam ac rectius dilesam restituat. Cur verò hoc nomine non appellandam censeam, facit in primis quòd descriptio phylacis illi non conueniat. Deinde quòd piftura eiusdem in manuscripto herbario illi herbe quam Fortem vocant, prorsus non respondeat. Herbam itaque Fortem, vel ut alij habent Sortis, nominamus eam que Germanis heydnisch Vundkraut vocatur, quòd fortè à Sarracenis reperta putetur. Hinc, ni fallor, à quibusdam Consolidata Sarracena dicitur. Fortis verò à vehementi odore.

## FORMA.

Caulem rubescentem, duum triumve cubitorum ac cauum habet, è quo prodeunt folia oblonga, in extremitatibus serræ modo incisa, Salicij; similia. Flores luteos in pappos euanescentes. Radicem multifidam, forisq; rubentem.

PLANTARVM HISTORIAE

LOCVS.

Nascitur in syluis & in montibus altis. Copiose autem in monte post arcem Tubingensem, quæ Germanico nomine die odenburg vocant, prouenit.

TEMPVS.

Augusto mense floret.

TEMPERAMENTVM.

Gustu adstringit, modiceq; amara est, atque adco-  
siccare euidentissimum est.

VIRESEXRECENTIORIBVS.

Vulneraria herba est, id quod Germanica ap-  
pellatio abundè satis monstrat. Imposita itaq; vul-  
neribus carnem primum generat, dein statim glutin-  
nat. Sicca in puluerem trita recentia vulnera, si in-  
spargatur, celeriter sanat. Fistulis etiam medetur,  
malignaq; vlcera mundificat, ac confestim sanat.

DE SAXIFRAGA. CAP.

CCLXXX.

NOMINA.

Ἀρξίφρα γρον, ἢ σαφί φραγον, ἢ ἔμπε-  
τρον Græcis, Saxifragon & Saxifraga  
Latinis. Officinis quibusdam perperam

Capillus Veneris dicitur, vt in Adianto docuimus.  
Rectius muraria ruta vocaretur. Sunt qui Saluiã

Saxifra vitam hodie nominent. Germanis Maurraaten  
gon cur di & Steinrauten appellatur. Saxifragon, quòd cal-  
etum. culos è corpore pellat frangatq;. Empetron verò,

Empetro. quoniam in saxis proueniat. Officinæ hodie alias  
præter

Stecurunt  
murexunt

Præter hanc latinorum Saxifragas ostendunt, de quibus suo dicemus loco.

## FORMA.

Surculosus frutex saxis hærens, iuncis tenuibus, Epithymi non dissimilibus, nigris, breuibus, foliis Trichomanis, maioribus, interius leuibus, auersa verò parte annexa puncta habentibus, sine flore, sine semine, radice nigra superuacua.

## LOCVS.

In saxis & asperis locis prouenit. Ideo eius magna copia inuenitur apud vetusta ædificia, in lapidum commissuris.

## TEMPVS.

Vere & æstate inuenitur, potissimum autem Iunio mense.

## TEMPERAMENTVM.

Satis ex facultatibus eius gustuq; in quo manifesta quedam adstrictio apparet, colligitur hanc herbam calidam & siccam esse.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

In vino cocta & pota, febricitantibus opitulatur, stranguriæ & singultui medetur. Lapidem vesicæ frangit, & vrinam mouet.

## EX PAVLO.

Saxifraga vrinam ciet, & calculos conterit.

## DE SILIQVASTRO. CAP.

## CCLXXXI.

Siliqua

Indiansife of  
root piper

## PLANTARVM HISTORIAE

Siliquastrum & piperitis quę quibusdam  
piper Indicū dicitur, aliis cardamomi ge-  
nus putatur, in siliquis Pyramidalibus se-  
men habet rufum, latum, iura croci colo-  
re tingens & piperis sapore condiens.

### NOMINA.

- Siliqua-**  
**strum.** **S**iliquastrum conuenientissimo nomine à Plinio  
lib. xx. cap. xvij. dicta est herba hæc, à sili-  
quis nimirū magnis & oblongis quas producit. Ea-  
**Piperitis.** dem etiā ab eodē Piperitis, quòd semen eius gusta-  
tum piperis saporem & acrimoniā præ se ferat, nos  
appellatur. Alia tamē est ab ea quā vulgò Piperitim  
appellant, vt supra etiā monuimus. Sunt qui piper  
**Piper In-** Hispanū, alij piper Indianum, nonnulli etiā piper  
**dianum.** ex Chalechut vocant. Auicenna videtur appellare  
**Zingiber** Zingiber caninum. Germanicè dici potest Cha-  
**caninum.** lechutischer oder Indianischer Pfeffer.

### GENERA.

*piper h. d. indic* **Maius & minus est Siliquastrū. Maius siliquas**  
**producit maiores, & colore subnigras, aut fuscas.**  
**Minus** contrā minores profert, & colore puniceas.  
Nos tamen utrunque genus vna pictura cōplexi si-  
mus vtq; hiantes duę pingerentur siliqua curauis-  
mus, nō sanē quòd sponte sua sic rumpatur, sed vt  
quale intus esset semen cerneretur. Præter hæc, ge-  
*long piper h. d. indij* nera alia sunt bina, quorū vnum longissimas & co-  
lore puniceas, alterū verò latiores multoq; breuior-  
res producit siliquas. Damus itaque quatuor Sili-  
quastrū

quastri distincta genera, vt ex pictura manifestissime deprehenditur. Horum primū discriminis gratia maius, alterum minus, tertium longum, quartum *latum* appellauimus Siliquastrum. *Quod piperis ad indit*

## FORMA

Herba est caule rubro & longo, crebris geniculis, foliis Lauri, floribus candidis, semine in siliquis oblongis & magnis albo, vel potius flauescente, tenui, gustu Piperis acerrimo. Radice vnica, subalba, capillamentis fibrata. Ex qua nimirū delineatione satis constat herbā cuius picturam damus, esse Plinī Siliquastrū seu Piperitim. Caule siquidē vt ex Caslore collegit Plinius, rubro & longo, densis etiam geniculis, vnde folia Lauri foliis similia erumpūt. Semine albo, tenui admodum, gustu piperis. Quibus omnibus etiam Siliquastrū & Piperitidis nomen claturæ, quæ huic optimè quadrant, accedunt.

## LOCVS.

In Germania iam in siccilibus ac testaceis satum passim ferè prouenit. Per paucis ante annis Germanis incognitum fuit.

## TEMPVS.

Æstate quidem floret, atque mox decedente flore siliquæ primum herbacei, dein puniceæ aut fusci coloris subnascuntur, plene semine.

## TEMPERAMENTVM.

Valèter excalfacit atque desiccant, id quod seminis immensa acrimonia, & foliorum amaritudo

PLANTARVM HISTORIAE

evidentiſſimè monſtrat: vt certè non temerè pleris  
que hoc ſemine loco veri Piperis vtantur: caſdem  
enim facultates haud dubiè habet, quas etiam ex  
Dioſcoride ſumptas ſubiiciemus.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Piper cõmuniter calefaciendi facultatem habet,  
vrinam mouendi, concoquendi, extrahendi, diſcu-  
tiendi, & quæ pupillas oculorum obtenebrant exte-  
rendi. Prodeſt rigoribus circuitu certo inuadenti-  
bus potum & inunctum. Venenatorum morſibus  
ſuccurrit. Fectus ex vtero ducit. Tuſſi & omnibus  
thoracis affectibus in eclegmate & potu ſumptum  
auxiliatur. Cum melle inunctum angina correptos  
iuuat. Tormina cum teneris Lauri foliis potum ſol-  
uit. Pituitam ex capite purgat cum Staphyſagria  
commanducatum. Dolores leuat, valetudinẽmque  
tuetur. Appetentiam mouet. Concoctionem adiu-  
uat ad intinctus additum. Strumas cum pice exce-  
ptum diſcutit. Cum nitro alphas abſtergit.

EX PLINIO.

Siliquaſtrum vtile gingiuis, dentibus, oris ſuauis  
tati, & ructibus.

APPENDIX.

Auicenna Zingiber caninum abſtergere cutis &  
faciei maculas, lentẽsque tradit. Item ſtrumas an-  
liõsque tumores, eius ſemen digerere ſcribit, vt hinc  
etiam eaſdem cum verò Pipere habere facultates  
colligere liceat.



## NOMINA.

Κόροδον Græcè, Allium Latinè appellatur. *Officina* Latinum nomen retinuerunt.

Germa. Knobloch, oder Knoblauch (Gallicè Ail, ou Aulx) Scorodon autè dicitur, Scorodon ut nonnullis placet, quasi σκουδόν κόροδον, id est, ru unde dicitur Rosa, quòd asperè supra modum redoleat, & ol etum. facientium nares offendat. Latini Allium à Græco Allium. fortassis verbo ἄλλοθεν, id est, exilire vocât, quòd nimirum exiliendo crescat.

## GENERA.

Tria in vniuersum Allij sunt genera. Vnū hortense Allij hortense & satium domesticumve, quod Germani gar-tense. tam ten oder heymisch Knoblauch vocât. Alterū *Looth* syluestre quod Græci ὀφιοσκύλλον, id est, anguis vult *Looth* num Allij nominant, in aruis ac campestribus sponte Anguinum nascens. Cuius nos duo genera damus, quorum prius Allium. Germanis Vuelder Knoblauch dicitur, aliter *Looth* terum verò Feldknoblauch. Tertium itidem syluestre, *Vrsinum* cognominant, in syluis proueniens, *Vrsinum* Germanis Vualdknoblauch appellatur. *Looth*

## FORMA.

Allium hortense fronde viret cepitia, caule terese Hortense. *Looth* inani. In cacumine flores in globum circumaguntur, in quo semè emicat. Radicis bulbis tenuis, *Looth*

## P L A N T A R V M H I S T O R I A E

la. ut membranis, mox pluribus coagmentatur nucleis, & iis separatim vestitis, in cuius vertice con-  
 Sylvestre. bitu & aspero sapore. Sylvestre foliis constat præ-  
 longis, teretibus, intus concavis, iuceam speciem res-  
 presentantibus, caule procero, leni, purpureos flores  
 ostendente, cacumine tum colore tum forma consue-  
 tuo, radice bulbosa & capitata, nucleis spicatum cõ-  
 pactilibus intumescente, summo vertice capillamẽ-  
 Vrsinum. tis fibrato. Vrsinum odore molli, foliis gradibus, &  
 Ephemeris non letalis foliis similibus, floribus in  
 summo candidis, capite prætenui.

### L O C V S.

Hortense passim in hortis satum & plântatũ pro-  
 uenit. Sylvestre spon e in aruis, ut diximus, & cam-  
 pestribus nascitur. Vrsinum autem in nemoribus.

### T E M P V S.

Hortense & sylvestre æstate florent. Vrsinũ au-  
 tem vere, Aprili & Maio mensibus.

### T E M P E R A M E N T V M.

Allia desiccant & calfaciunt quarto excessit.

### V I R E S. E X D I O S C O R I D E.

Facultas Allio est acris, calfacit, flatus excernit,  
 aluum turbat, stomachũ exiccat. Sitim efficit. In-

Legẽdum stationes permutat alteratve, & summam corporis  
 in Dioscoro cutẽ exulcerat Eadem potest Anguinũ alliũ. Com-  
 ride, nec estum latos ventris lumbricos expellit. Vrinã du-  
 επιφωει cit. Contra viperarum morsus & hæmorrhoidum  
 prodest,

predest, ita vt non aliud magis, si vinum iugiter su- ας σωμα  
 matur, aut in eodem tritum bibatur. Contra rabio- των ελ  
 forum morsus vtiliter illinitur. Allium ipsum in ci- κωτικόν.  
 bo sumptum contra aquarum mutationes confert.  
 Asperas arterias clarificat. Veterem tussim crudū  
 & coctum comestum lenit. Cum origani decocto po-  
 tum, pediculos & lendes enecat. Vstum & cū mel-  
 le subactū illitumq; , hypopya & alopecias sanat.  
 Exanthemata cum nardino vnguento, sale & oleo  
 curat. Alphos, impetigines, lentigines, achoras, le-  
 pras, furfuresq; eximit. Cum teda & thure deco-  
 ctum, si in ore contineatur, dentium dolorem leuat.  
 Cōtra muris aranei morsus cum ficulneis foliis, &  
 Cumino illinitur. Comæ decoctum in infessionibus  
 menses & secundas trahit. Eiusdem gratia suffitu-  
 Factum ex eo & nigra oliua intritum, quod Græci  
 κνίθωτον vocant, vrinam cit. & obstructions au-  
 perit. Vtile etiam hydropicis.

## EX GALENO.

Excalefacit corpus, crassos in eo humores exte-  
 niat, glutinososq; incidit. Bis tamen aut ter in aqua  
 decoctum, acrimonia spoliatur: quanquam nec sic  
 quidem vim perdit extenuandi, verū facultatem  
 quandam obscurissimā alendi corporis acquirit, cu-  
 ius antea quā coqueretur, nihil prorsus obtinebat.  
 Ceterū Allium non modò vt opsonium, verum  
 etiam vt medicamentum sanitati accōmodū, quod  
 obstructa solvere & discutere possit, vsurpatur. Est

PLANTARVM HISTORIAE

autem Allium ex eorum ciborum genere, qui & flatum discutiant, & minimè sitim inferant. Ophiocordou domestico, vel reliqua omnia sylvestria, valentius est.

EX AETIO.

Allium comestum flatum discutit, sitim reprimi-  
crassos & lentos humores incutit. Habet tamen  
quidpiam virosum, & mali succi, quod amittit si  
aqua elixetur. Ab eius assiduo vsu praesertim calis-  
das temperaturas cauere oportet.

EX PLINIO.

Allis magna vis, magna etiam utilitates contra  
aquarum & quorumlibet locorum mutationes. Ser-  
pentes abigit & scorpiones odore: atq; vt aliqui tra-  
didere, bestiarum omnium ictibus medetur, potu vel  
cibo, vel illitu. Priuatim contra haemorrhoidas pro-  
dest, cum vino redditum vomitu. Ac ne contra araneo-  
rum murum venenatum morsum valere miremur, aconitum,  
quod alio nomine pardalianches vocatur, depel-  
lit: item Hyoscyamum: contra canum morsus, inque vulne-  
ra cum melle imponitur. Ad serpentium quidem ictus  
potum cum restibus suis, efficacissime ex oleo illi-  
nitur. Attritisque corporum partibus, vel si vesica intus  
muerit. Quin & suffitu eo, secundas partus euo-  
cari existimauit Hippocrates: cinere eorum cum  
oleo, capitis ulcera manantia sanitati restituens.  
Suspiriosis coctum, aliqui crudum id dedere. Dios-  
cles hydropicis cum Centaurea, aut in fico duplici  
ad

ad euacuandam aluum: quod efficacius præstat vide, cum Coriandro in mero potum. Suspiriosus alii qui & tritum in lacte dederunt. Praxagoras & contra morbum regium vino miscuit: & contra ileum in oleo & pulte, sic illinens. Strumis quoque. Antiqui & insanientibus dabant crudum. Diocles phreneticis elixum. Contra anginas tritum imponi & gargarizare prodest. Dentium dolorem tribus capitibus in aceto tritis imminuit: vel, si decocta aqua colluatur, addaturque ipsa in cana dentium. Auribus etiam instillatus succus cum adipe anserino. Phthiriasis & pruriginis potum, tusum item in aceto & nitro. Compescit & destillationes cum lacte coctum, vel tritum permixtum uel caseo molli: quo genere et rauicitatem extenuat: vel phthisin, in faba sorbitio ne. In totum autem coctum utilius est crudo, elixumque tostato, sic & voci plus confert. Tineas & reliqua animalia interaneorum pellit, in aceto mulso coctum. Tenasmo in pulte medetur. Temporibus doloribus illitum, elixum, & pustulis coctum cum melle, deinde tritum. Tussi cum adipe uetusto decoctum, vel cum lacte. Aut si sanguis etiam excreetur, vel purulenta sint. Et pituita sub pruna coctum potum, & cum mellis pari modo sumptum. Convulsis & ruptis cum sale & oleo. Nam cum adipe tumores suspectos sanat. Extrahit fistulis vitia cum sulphure et resina, etiam harundines cum pice. Lepras, lichenas, lentiginis exulcerat, sanatque cum origano, vel cinis

PLANTARVM HISTORIAE

eius ex oleo & guro illitus. Sic & sacros ignes. Su-  
gillata aut liuentia ad colorem reducit, combustum  
ex melle. Credunt & comitalem morbum sanare,  
si quis eo in cibo vtatur aut potione. Quartanas  
quoque excutere potum caput vnum cum Laserpis-  
tii obolo. In vino austero tussim, & alio modo acce-  
ptum. Suppurationes quātaslibet sanat, fracta in-  
coctum fabae, atque ita in cibo sumptum, donec sa-  
nitatem restituat. Facit & somnos, atque in totum  
rubicundiora corpora. Venerē quoque stimulat cū  
Coriandro viridi tritum, potumq; ē mero. Caterum  
contra pituitam & gallinae & gallinaccis prodest.  
Mixtū farre in cibo, iumentis vrinam reddere, at-  
que nō torqueri tradunt, si eo trito natura tāgatur.

EX SIMEONE SETHI.

Commodissimum est crassum & tenacē, aut cru-  
dum humorem aggregantibus: eum enim incēdit,  
& obstructions ab eo factas tollit. Habet verò  
quippiam mali succi, quod decoctum aqua abiicit.  
In frigidis temperaturis sepe sanitatem praeseruat.  
Temperatura verò calidos lēdit, & maximē oculo-  
los, caput, pulmonem, & renes eorum. Proprietate  
autem quadam sitim à salso humore factā sedat,  
& lumbricos eiicit, & flatus discutit. Etsi verò sa-  
num visum offendat, nihilominus tamen eius hebes-  
tudinem propter humiditatem ortam sanat. Semen  
in calidis corporibus exiccat. In frigidis verò & hu-  
midis corporibus idē calcfacit, Venerēq; excitat.

Est



Est etiã remediũ contra venena et morsus venenatorum, perinde atque theriaca: vnde & Gal. hoc theriacam rusticorũ vocat. Hoc ipsum fugiunt serpentes, tanquam Rutam. Quapropter Persæ coquinas ipsorum Alliis replent. Non solũ autem flatu discurtit, sed etiam horum generationem prohibet. Colicos affectus à flatibus ortos, & diurnos coxendicum qui à pituita proueniunt dolores, iuuat. Alimentum & sanguinem extenuat, & faciem rubificat, asperamq; arteriam purgat. Si verò assetur, & corrosis dentibus aut propter humiditatem dolentibus imponatur, prodest. Non solum verò sumptum ad venenatorum morsus confert, sed etiã postquam tritum est, superpositum. Ledit prægnantes & lactentes, mensesq; ducit.

## DE SANCTI IACOBI FLORE.

CAP. CCLXXXIII. *S. Jacobi bloom*

## NOMINA.

**N**VM herba hæc veteribus Græcis & Latinis cognita fuerit, nondum certò affirmare audeo. Vulgus tamen herbariorum sancti Iacobi florem aut herbam nominat. Officinis incognita est. Germani S. Iacobs blü (Galli L'herbe de S. Iaques) appellant.

## FORMA.

Herba est fruticosa, cauliculo rubente, multifariam striato, foliis exiguis, Erucæ instar consecis, floribus luteis, forma Chamamelis floribus haud dissimilis.

PLANTARVM HISTORIAE

disimilibus, radice adnascantias multas habente.

LOCVS

Nascitur in agrorum marginibus, & aquarum ripis, locisq; arenosis.

TEMPVS.

Iulio & Augusto mensibus floret.

TEMPERAMENTVM.

Amara est & adstringit, ideoq; calidam & siccam esse constat.

VIRE S.

Recentiorum medicorum experientia cognitum est, herbam hanc vulneribus mirifice mederi, & ad interanea prodesse. Fistulas quoque iidem curare, & ne vltra serpant prohibere, impositam tradunt. Quae sane omnes facultates pulchre eius temperamento respondere videntur.

DE SELINO HORTENSI.

CAP. CCLXXXIII.

NOMINA.

ἔλιον κατωῶλον Græcis, Apium hortense aut satium Latinis vocatur. Officinae latinæ retinuerunt nomen: Germanis Epffich, oder Eppich (Gallis du Pertil cultiuée, ou de quare di- iardin) nominatur. Selinon autem Græci vocant, Etum. quasi ἔλας σευδμενον, hoc est, paludibus impulsurum: paludosis enim gaudet, & in iis enatum lætius exurgit. FORMA.

Apium hortense sæpe cubitalem æquat altitudinem: caule rotundo, tenuiter striato, multisq; ramulis

Joffron merck  
als Eppi

mulis brachiato: foliis tripartitò dissectis, & leniter crispis, in extremitatibus laciniatis: flosculis candidis, & quibus minores haud temerè reperias: semine exiguo: radice singulari, longa, capillata. Hæc itaque herba, cuius picturâ damus, est verû Apiû, quòd illi omnes respondeant notæ, adèò vt temerè nonnulli putent esse vulgare nostrum Petroselinû.

## LOCVS.

In hortis satum provenit: amat autem loca potissimum aquosa. Hinc est quòd sua sponte nõ procul à Canstadio Ducatus Vuirtembergensis oppido in paludosis proveniat.

## TEMPVS.

Iunio & Iulio mensibus floret, ac semine prægnans est.

## TEMPERAMENTVM.

Calidum est in secundo ordine, & siccum in medio tertij.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Ad oculorum inflammationes cum pane aut tenui polenta illitum prodest. Aestum stomachi mulcet. Mammæ grumis induratas dissicit. Crudum aut coctum comestum urinam mouet. Decoctum eius radicûmque potum, letiferis medicamentis aduersatur, vomitum ciens. Alium cohibet. Semen efficacius urinam cit. Succurrit & ferarum moribus, & iis qui lithargyrum hauserunt. Inflationes discutit. Miscetur etiâ utiliter medicamentis dolorè leuantibus.

PLANTARVM HISTORIAE

leuantibus, theriacis, & tussi medentibus.

EX GALENO.

Apium vsque adeò calidum est, vt & vrinas & menses ciat. Flatu quoque discutit, & magis semè quàm herba ipsa. Ori, stomachoq; gratissimum.

EX PLINIO.

Rami Apii largis potionibus per iura innatant, & in condimentis peculiarem gratiam habent. Oculis illitum cum melle, ita vt subinde foueantur feruenti succo decocti, aliisq; membrorum Epiphorivis per se tritum aut cum pane, aut polenta impostum, mirè auxiliatur. Pisces quoque si egrotent in piscinis, apio viridi recreantur. Verum apud eruditos non aliud erutum terra in maiore sententiarum autoritate est. Ad cibos non est admittendum, imò omnino nefas, nam id defunctorum epulis ferilibus dicatum existimant. Ipsius quoque visus claritati inimicum. Eos qui ederint sterilescere mares feminasq; tradit. In puerperiis verò ab eo cibo comitiales qui vbera hauriunt. Innocentio tamen esse mare. Eaq; causa est, ne inter nefastos frutices dānetur. Mammarum duritiam impositis foliis emollit. Suaviores aquas potui incoctum præstat. Succo maximè radicis cum vino lumborum dolores mitigat. Eodem iure instillato gravitatem aurium. Semine vrinam ciet, menstrua ac secundos partus. Et si foueantur semine decocto sugillata reddit color, cum oui albo illitum. Aut ex aqua coctum potumq; renibus

renibus medetur. In frigida tritum oris vlceribus.  
Semen cum vino, vel radix cū veteri vino vesicæ  
calculos frangit. Semen datur ex tribus cyathis ex  
vino albo.

## EX SIMEONE SETHI.

Vrinam cit, obstructiones tollit, non inflat, mēgis  
verò flatus discutit, & menses ducit. Difficiliter au-  
tem concoquitur, atque ob eam causam oportet ip-  
sum in medio ciborum sumi. Paululum quid ven-  
trè sistit. Proprietate verò quadam comitiales læ-  
dit, & oportet hos omnino abstinere. Sæpe enim  
quidam qui ferè ex hoc morbo conualuere, parati  
autem eum incidere, ex eius usu iterum comitia-  
les facti sunt. Offendit etiam testes. Semen autem  
quàm folia valitius & efficacius, et eo radix. Pro-  
dest ad singultus à crassis excrementis profectos.  
Abstergit renes & vesicam. Obstructiones in venis  
& a teriis factas aperit. Semen præsumptū, ebrie-  
tatem arcet. Confert etiam ad bonum † corporis o-  
dorem, multiq; crebriore huius usu grauem † corpo-  
ris odorem abegerunt. Mulieres ad rem veneream  
promptiores facit. Si in huius decocto calculosi de-  
sidant, calculos, vt ferunt, eiicit, & difficultatem  
vrine sanat & renes curat. Lactentes mulieres o-  
portet ab eius usu abstinere: minuit enim lac.

† Alias  
oris.  
† Oris.

## DE S. BARBARAE HERBA.

## CAP. CCLXXXV.

PLANTARVM HISTORIAE

NOMINA.

*Barbana renyi*

**N**Equè huius herba aliud nomen, quàm quo vulgò appellatur, afferre potuimus. Superstitione enim quidam ducti prioris temporis herbarii, diuè Barbaræ herbam nominarunt. Nec nos aliud nomen utcumque inuestigantes ex herbaria rei peritis extorquere potuimus. Germanis S. Barakraut (Gal. L'herbe de S. barbe) vocatur.

S. Barba-  
ræ herba  
cur dicta.

FORMA.

Caulèm habet rotundum, solidum, striatum, folia Erucae modo laciniata, flores luteos, siliquas teretes, semine refertos, radicem ex obliquo procedentem, & oblongam.

LOCVS.

Passim in campestribus nascitur.

TEMPVS.

Maiò & Iunio mensibus floret, ac subinde in siliquis semen profert.

TEMPERAMENTVM.

Gustanti primum subacris esse, dein parum etià adstringere videtur, vt calidam & siccam esse nemo dubitare debeat.

VIRE S.

Vulnerariam herbam esse & temperamentum eius & experientia docet. His verò potissimum vlcèribus medetur quæ impura sunt, & in quibus caro supercrescens fuerit: nam quia valenter siccatur, indeo sordes extergere, & carnes minuere potest.



## NOMINA.

**A**N veteribus Græcis & Latinis herba hæc cognita fuerit, nondum mihi constare ingenuè fateor. Vulgus herbariorum & officina Saxifragam maiorem, & albam, quòd scilicet mirificam in comminuendis frangendisq; calculis vim; ac flores albos habeat, hodie vocant. Germani hohensteinbrech, vel Voeissen Steinbrech appellat.

## FORMA.

Caulem habet lanuginosum, subrubicundum, folia exigua, rotunda, in extremitatibus incisa, flores candidos, radicem exilem, cui granula Coriãdri seminis quantitatem referentia adherent, partim alba partim rubea, quibus officina pro semine eius vtuntur.

## LOCVS.

In pratis & montibus, potissimã siccis, prouenit.

## TEMPVS.

Maiomense floret, dein statim euanescit.

## TEMPERAMENTVM.

Quum flores, folia & radix gustanti amara sint, calidam & siccam in ordine tertio esse verisimile existit.

## VIRE S.

Vrinã mouet, calculos frangit & conterit. Strangurie itaque confert: abstergit enim expurgatque, & qua in venis est crassitiem, sicut omnia alia qua amara sunt, incidit. Menses quoque cit, crassã  
saq;

PLANTARVM HISTORIAE

guel sic l'v. h. saq; ac glutinosa ex thorace educit.

lotus salma fruce

tyl. n. m. r.

lotus silurpiti

willu. r. u. n. a.

DE SAXIFRAGA LVTEA.

CAP. CCLXXXVII.

NOMINA.

**N**omen hoc in praesentia fingere adlubuit cum scilicet aliud quo herbam hanc appellaremus non occurreret, ut hac ratione à priori discerni posset. Saxifragam autem vocare placuit, quod nimis cur dis- rum calculos frangat. Ad quod sanè nomen alluden- Et a. tes Germani Steinklee nom- nant, quod idem va- let, ac si Trifolium frangens lapidem dicerent. Alio nomine gulden oder geelenklee, & quod sen- tentiam nostram confirmat, Steinbrechen, à com- minuendo lapide appellant. Luteam verò diximus à luteis floribus, volentes eam ab alba discrimina- re Saxifraga. Commodissime itaque germanicè gee- ler Steimbrech vocabitur. Perperam ea officinae nonnullae pro Meliloto vsurpant, ut suo etiam loco indicauimus.

Officinae  
sunt error.

FORMA.

Caulem cubiti ferè altitudine obtinet, folia senos graeco similia, in quouis pediculo tria: floribus pisti- multò tamè minoribus, luteis, odoratis, deorsum nu- tantibus, semine per ramulos diffuso rotundo, radi- ce subcandida.

LOCVS.

Pasim in aruis & segetibus prouenit.

TEMPVS.

Floret tota aestate, potissimum autem Iulio mens-

se, in quo semen etiam producit.

## TEMPERAMENTVM.

Calidam & siccam esse gustus abundè docet: amara enim & subacris existit.

## VIREs.

Abstergit, expurgat, & quæ in venis est, crassitiæ incidit, atque adeo obstructions iecinoris & licnis tollit. Urinã mouet, menses cit, lapidẽ frangit, & quæ in thorace sunt glutinosa extenuat & educit. Recentiore itaq; recetiores in obstructions renũ & vesicæ, earundemq; partium calculis hac herba vtendum esse docet. Succus etiã eius herbæ ac florũ eiusdem ad caliginem oculorum instillatus confert.

## DE SISARO. CAP. CCLXXXVIII.

Sisarum pingit quod in hortis hodie est frequentissimum, Panacis nomine à cheruilla dicta diuersum, quæ huic Siser est fatium.

## NOMINA.

Σ Ἴσάρων Græcis, Siser Latinis, vulgo Pastis Siser. naca quod ei congener sit, appellatur. Sunt qui extritis prioribus literis diminutrice forma, Serullum, aut Seruillam, aut Cheruillã, pro Siser Serullumculo nominent. Germani ad corruptã hanc, appellationem respicientes, Gerlin & Ceirlin (Gallia culum. Cherny) vocant.

## GENERA.

Duo sunt Sisari, Plinio lib. xx. cap. v. autore, ge

## PLANTARVM HISTORIAE

nera. Vnū satiuū, quod iterū duūm est generū: vnū enim magnū dicitur. Germanis grotz zam Moren. Alterū verò minus, quod iidē priuatim Geitlin, Vueisz Morelen, klein zam Moren, vel Morchelen nomināt. Alterū erraticū quod Vuild Moren appellāt. Officinis nonnullis Baucias dicitur.

Baucias.

### FORMA.

Sisarum satiuum.

Sisarū satiuum caulē habet angulosum, folia oblonga & in extremitatibus incisa, flores magnū luteos, minus verò candidos, semen latū & foliaceū, radices intus cādidās, incūdi gustus, esuiq; gratissimas.

Erraticū.

Erraticū caule est bicubitali, foliis Pimpinellae, sed maioribus, flore luteo & umbella Anethi, semine lato & rotūdo, vt satiuū, radice tenui ac longa.

### LOCVS.

Copiose in Germania nostra provenit: gaudet enim frigidis locis. Satiuum quidem in hortis, erraticum verò passim in incultis, vberius autem in apricis pratis.

### TEMPVS.

Vtrūq; estate floret, atq; subinde semen producit.

### TEMPERAMENTVM.

Sisaron Paulus in tertio ordine, Galenus autem rectius in secundo calidum esse statuit. Satiuū autem siccum quidem simul in primo ordine, quādo Venerem stimulat: erraticum verò, quoniam adiectam amaritudinem quandam cum lenicula adstrictione, siccus existit.

### VIREŚ. EX DIOSCORIDE.

Suauis

Suauis ori elixa Sifari radix, stomacho utilis, vris  
nam cit, & appetentiam excitat.

## EX GALENO.

Sifari radix cocta, stomacho grata est, & vris  
nam mouet.

## EX PAVLO.

Sifari radix cocta, stomacho utilis est, & vris  
cienda. Sementenue est & discussorium validumq;  
idcirco iis quos singultus & tormina male habet,  
cum vino exhibetur.

## EX PLINIO.

Sifer erraticum satiuo simile est & effectu. Sto-  
machum excitat, fastidium discutit. Ex aceto la-  
serpitatio sumptum, aut ex pipere & mulso, vel ex  
gario, vrisnam cit, ut Opiō credit, & Venerem. In  
eadem sententia est Diocles. Præterea cordi conue-  
nire conualescentium, aut post multas vomitiones  
perquam utile. Heraclides contra argentū vinum  
dedit, & Veneri subinde offensanti, ægrisq; se recol-  
ligentibus. Satiui priuatim succus cum lacte capri-  
no potus, sistit aluum.

## DE SYCE. CAP. CCLXXXIX.

## NOMINA.

Υμῖνος Græcis, Ficus satina Latinis Ficus.  
& officinis, Germanis Feigenbau, (Gal-  
lis Vn Figuier) dicitur.

## FORMA.

Ficus satina arbor est non magnopere procera,

EE ij      quanquam

## PLANTARVM HISTORIAE

quanquam amplissima quaedam inueniantur, vel  
 pyris emula magnitudine, caudice breui, cortice  
 leui, medulla carnosâ, folio perquã magno umbro  
 soq; profundè admodum laciniato, sine flore, pomo  
 quod supra folij pediculum nascitur, tubinato, mola  
 li, intus granoso, succo cum maturescit lacteo, postea  
 melleo: radicibus multis, obliquis ac longis.

### LOCVS.

Iam in plerisque Germania nostra hortis plan  
 tatur, at in paucissimis fructus maturos producit.  
 Calidiora & aprica loca amat: arbor enim omnium  
 ferè tenerissima & delicatissima, gelicidia & gla  
 cies horret.

### TEMPVS.

Germinat sub Arcturum post ver, aut paulò ante  
 te solstitium.

### TEMPERAMENTVM.

Ficus arbor calidæ temperaturæ est, tenuiumq;  
 partium, cum indicant tum liquor eius, tum foliorum  
 succus. Valenter enim eorum vterque calidus est.  
 Ficus quoque recentes & aridæ primo ordine com  
 plecto calefaciunt, aut secundo incipiente: desiccant  
 verò in medio primi.

### VIRE. EX DIOSCORIDE.

Fici matura, tenera recentisve stomacho noxia.  
 Alum solunt, sed faciliè ab eis contracta fluxio  
 sistitur. Exanthemata & sudores pronocant. Sitim  
 sedant, calorem restringunt. Sicca nutriunt, cale  
 faciunt,



faciunt, sitim magis afferunt, bonam faciunt alui.  
 Fluxionibus tamen stomachi & venteris inutiles: ar-  
 terie verò vesicæ & renibus vtilis. Amicæ etiã iis  
 quos longa valetudo decolorauit, asthmaticis, comi-  
 siali morbo laborantibus & hydropicis. Decoctæ cū  
 Hyssopo & potæ, quæ in thorace sunt, purgât. Ven-  
 teri tussi, & diuturnis pulmonis affectibus profunt.  
 Aluum molliunt, tussæ cum nitro & croco māducas-  
 te. Decoctum earum arterie & tonsillarum inflā-  
 tionibus gargarizatu cōfert. Cum hordeacea fa-  
 rina cataplasmati miscetur, & in muliebria fomē-  
 ta cum fenogrecō, aut ptisana. Cū ruta decoctæ,  
 in torminibus infundūtur. Coctæ, tritæ illitæq; du-  
 ritias discutiūt, parotidas ac furunculos emolliunt.  
 Panos maturant, maximè iride, nitro, aut calce ad-  
 dita. Crudæ cum antedictis tussæ, eadem efficiunt.  
 Cum malicorio, pterygia purgant. Cum atramento  
 sutorio difficiles curatu & maleficas tibiæ flu-  
 xiones sanant. Quin cum vino decoctæ, addito ab-  
 sinthio & hordeacea farina, hydropicis illitæ auxi-  
 liantur. Crematæ & cerato cōmixtæ, perniones sa-  
 nant. Crudæ & tritæ sinapi humido exceptæ, ac au-  
 ribus impositæ, sonitus & pruriginis curât. Succus  
 tam syluestris quàm satiuæ Fici, coaguli modo lac  
 coagulat, concretumq; vt acetum dissoluit. Exulce-  
 rat corpora, ac renarum ora aperit. Soluit aluum.  
 Vterum laxat, cum amygdala trita potus. Mēstrua  
 ciet cum luteo oui appositus, aut thyrrenica cera.

## PLANTARVM HISTORIAE

Podagricorum cataplasmatibus cum farina fœnigræ  
 ci & aceto utilis. Lepræ, lichenæ, discoloræ à so-  
 le cutem, alphas, scabies, achoras, cum polenta ex-  
 purgat. Instillatum plagæ percussis à scorpionibus,  
 venenatorum ictibus, & rabiosi canis morsibus au-  
 xiliatur. Dētiū doloribus lana exceptus prodest,  
 & canis eorum inditus. Myrmeciam tollit cum a-  
 dipe circumlita in ambitu carne.

### EX GALENO.

Fici arboris liquor, & succus foliorum eius non  
 mordicat tantum, aut absterget vehementer, sed &  
 ulcerat, & ora vasorum reserat, & myrmecias eie-  
 cit. Verūm & purgare potest. Ficus arida tumores  
 duros concoquunt, eosq; statim discutiūt. Atque ip-  
 se per se illiusmodi vim obtinent. Sed & de-  
 coctū earum eiusdem utiq; nature est. Verūm ubi  
 magis cōcoquere consilium est, miscenda est farina  
 triticea: ubi verò plus digerere, hordeacea. Panis ho-  
 rum in medio est. In præsentiarum hæc de caricis  
 nouisse sufficiat. Scire verò oportet, quòd quæ pin-  
 guiores sunt, magis possunt concoquere: quæ verò  
 gustu acriores, magis tum extergere, tum discuti-  
 re. Ceterū quòd ex iis plurimum in aqua coctis  
 efficitur, simile est melli non solum consistentia, sed  
 & facultate. Porrò Ficus virides comese propter  
 admistam humiditatem facultatis sunt imbecillio-  
 ris: subducunt tamen alium utraq; tum humida  
 tum sicca. Præterea Ficus commicabiles sunt, &  
 facile

facile in totum corpus peruadunt, penetrantque. Nam & abstergendi vi pollent haud obscura: cuius gratia commansa, è calculosis renibus arenularum vim propellunt. Carica licet multiplici utilitate commendetur, si quis tamen crebro largiterque estauerit, sentiet non esse innoxias. Non admodum enim probum sanguinem gignunt, quapropter pediculorum quoque agmen eas comitatur. Incidendi extenuandique vim habent, quo nomine aluum stimulant ad excretionem, renesque expurgant. Iecoris autem lienique inflammatione obsessis efficiunt, velut Ficus quoque, communi ratione omnium dulcium epularum, non peculiari quadam eximia facultate. Obstructis autem illis, aut scirrho tentati, ipse ex sese propriis viribus nihil profunt, nec obsunt: sed incidentibus, extenuantibus, & abstergentibus iuncta, non mediocriter auxiliantur: ideoque medici nonnulli in dictis lienis iecorisque affectibus eas longè ante cibum cum thymo, aut pipere, aut zingibere, aut pulegio, aut saturcia, aut calamentha, aut origano, aut hyssopo dare soliti sunt. Ad eundem modum cum alio quouis acrem qualitatem, aut omnino incidendi extenuandique vim gerente caricis assumere, non solum ita affectis, sed sanis quoque ex usu fuerit. Siquidem iecoris meatus, per quos fertur alimentum, patentes apertosque seruari non solis laborantibus, sed bene valentibus etiam turissimum est. Proinde hoc pacto Ficus extenuante

PLANTARVM HISTORIAE

sale, aceto garoq; conditas vulgò comedunt, experimento id vtile esse compertum habentes.

EX PLINIO.

Fici succus lacteus, aceti naturam habet: itaque coaguli modo lac contrahit. Excipitur ante maturitatem pomi, & in umbra siccatur ad aperienda vetera, cienda menstrua, appositus cum luteo oui, aut potus cum amylo. Podagris illinitur cum farina fenicis & aceto. Pilos quoque detrahit, palpebrarumq; scabiem emendat. Item lichenas & psoras. Aluum soluit. Lactis ficulni natura aduersatur crabronum, vesparumq;, & similiu venenis, priuatim scorpionum. Idem cum axungia verrucas tollit. Folia & que non maturuere Fici strumis illinuntur, omnibusq; que emollienda sunt discutienda. Prestant haec & per se folia. Et alij vsus eorum, taquam in fricando liene & alopecis, & quaecunque exulcerari opus sit, & aduersus canis morsus. Ramoru teneri cauliculi cuti imponuntur. Idem cum melle vlceribus que ceria vocantur, illinuntur. Extrahunt infraeta ossa cum Papaueris foliis sylvestris. Canu rabiosorum morsus, folio trito ex aceto restringunt. E nigra sicut candidi cauliculi illinuntur furunculis, muris aranei morsibus cum cera. Cinis earum e foliis, gangranis, consumendisque que excrescunt. Fici mature urinam ciunt, aluum solunt, sudorem mouent, papulasque. Ob id autumno insalubres, quoniam sudantia huius cibi opera corpora refrescunt.

gescunt. Nec stomacho vtilis, sed ad breue tempus.  
 Nec voci contraria intelliguntur. Nouissima salu-  
 briores quam prima. Medicata verò nonnunquam  
 iuuenum vires augent. Senibus meliorem valetu-  
 dinem faciunt, minusque rugarum. Sitim sedant,  
 calorem refrigerant: ob id non neganda in febribus  
 constrictis, quas stegnas vocant. Sicca Fici stomas-  
 chum laedunt, gutturi & faucibus magnifice vtilis.  
 Natura iis exalfaciendi. Sitim afferunt. Aluum  
 molliunt, rheumatismis eius & stomacho contraria.  
 Vesica semper vtilis, & anhelatoribus, ac suspicio-  
 sis. Item iecinorum, renum, lienum vitiis. Corpus &  
 vires adiuuant, ob id ante athlete hoc cibo pasce-  
 bantur. Pythagoras exercitator, primus ad carnes  
 eos transtulit. Recolligentibus se à longa valetudi-  
 ne vtilissima. Item comitialibus & hydropicis, o-  
 mnibusq; quae maturanda aut discutienda sunt, im-  
 ponuntur. Efficacius calce aut nitro admixto. At  
 cocta cum hyssopo pectus purgant, pituitam, tussim  
 veterem. Cum vino autem ad sedem, & tumorem  
 maxillarum, & furunculos, panos, parotidas deco-  
 ctæ illuminunt. Vtilis & decocto earum fouere fœ-  
 minas. Decoctæ quoque eadem cum scenograeco vti-  
 les sunt pleuriticis & peripneumonicis. Cum Ru-  
 ta cocta, torminibus profunt. Tibiarum vlceribus  
 cum aris flore. Pterygiis cum punico malo. Ambu-  
 stis, perionibus cum cera. Hydropicis cocta in vi-  
 no, & cum absinthio & farina hordeacea, nitro  
 addito.

PLANTARVM HISTORIAE

adlito. Alij sicut mäducatæ. Scorpionū iētibz cū  
 sale trita illinuntur. Carbūculos extrahunt in vino  
 coctæ & impesitæ. Carcinomati, si sine vlcere est,  
 quam pinguisimam Ficum imponi, penè singulare  
 remedium est: item phagedanæ. Cinis non ex alia  
 arbore aciem purgat acrior, conglutinat, replet, ad-  
 stringit. Bibitur & ad discutiendum sanguinem cō-  
 cretum. Itē percussis, præcipitatis, conuulsis, ruptis,  
 cyathis singulis aquæ & olei. Datur tetanicis &  
 spasticis. Itē potus vel infusus coeliacis, dysentericis.  
 Et si quis eo cum oleo perungatur, excalfacit. Item  
 cum cera & rosaceo subactus, ambustis cicatricem  
 tenuissimam obducit. Luciosos ex oleo illitus emen-  
 dat, dentiumq; vitia, crebro fricatu. Produunt etiam  
 si quis inclinata arbore, supino ore aliquem nodum  
 eius morsu abstulerit nullo vidente, atque in aluta  
 illigatum licio è collo suspenderit, strumas & paroi-  
 tidas discuti. Cortex tritus cum oleo, ventris vlce-  
 ra sanat. Cruda grossi verrucas & thymos nitro fa-  
 rinaq; additis tollunt, spodi q; vicem exhibet fruti-  
 cum à radice exeuntium cinis. Bis tostus adiecto  
 psimythio digeritur in pastillos, ad vlcera oculo-  
 rum & scabritiam.

EX SIMEONE SETHI.

Ficus admodum nutriunt, nō tamen adstrictam  
 & robustam carnem efficiunt, vt panis ac caro, sed  
 laxam. Ventrem flatibus implent, nisi probè coquā-  
 tur. Minus verò quàm cætera sopora sunt mali suc-  
 ci, &



ei, & ventrem proritant, & facillè exeunt. Effatu dignam extergendi facultatem obtinent: proinde a renosa multa si edantur nephreticis exceruiuntur. Maturæ Ficus nihil ferè obsunt, proximeq; ad caricas accedunt, quæ multa vtilia habent. Malū hoc illis inest, quòd sanguinem non admodum bonū gignunt, vnde & pediculi procreantur. Oportet autem post vsum Ficuum, alimētum quod extenuet, ingerere. Ad hæc Fici pulmonē & thoracem iuuāt. Aiunt insuper contra venena facultatem habere, si quis singulis diebus ieiunus iis vtatur. Caricæ peētus iuuant, & tusses. Vrinā ciunt, satisq; nutriūt, corporis etiam bonam habitudinem efficiunt. Ante cibum sumptæ, ventrem irritant, sed nisi celerius ventrem pertranscant, non bonum sanguinem gignunt. Quapropter si ad satietatem vsque eduntur, scabiem & pruritum excitant. Cibus autem bonus est, & aduersus venena remediū, si cum nucibus aut amygdalis comedantur. Renes expurgāt, & iecoris, lienisq; obstructiones auferūt, verūm calesfaciunt, & sitim inferunt, & flauam in calidioribus temperamentis bilem procreant. Impositæ parotidibus & reliquis abscessibus, emolliunt & concoquunt, potissimum in iis quibus sunt carnes molliores. Podagricis cum fœnogræco & aceto impositæ, non parum iuuant.

DE SPARTO. CAP.

CCXC.

Spartum

PLANTARVM HISTORIAE

*Spartum sive brom  
ofh. & wsi.*

Spartū iam Parisiis frequens in calathis  
ficuum & vuarum passerarum vsu frequen-  
tissimum. NOMINA.

*Spartum  
vnde dis-  
ctum.*

Σ σπάρτον, ἢ σπάρτιον Græcis, spartū Ro-  
manis vocatur: Officinis incognitum Germa-  
nis Pfrimmen (Gal. du Genest) appellari potest.  
Sparton verò dixerūt, quòd funiculi ac vinculi v-  
sum in alligandis vitibus præbeat.

FORMA.

Frutex est virgas longas proferens, sine foliis, vas-  
tulas, difficulter fragiles, quibus vites ligant. Sili-  
quas phaselorum modo fert, & in iis semina lentis  
formam habetia. Florem luteum, veluti Leucoion.

LOCVS.

Aridum solum amat, estq; veluti terræ iuncus.

TEMPVS.

Floret circa idus Iunias, ac subinde siliquas  
producit.

TEMPERAMENTVM.

Calidum & siccum esse, & gustus & vires in-  
dicant. VIRES. EX DIOSCORIDE.

Sparti semen & flores in aqua mulsa pota quina  
que obolorum pondere, per superna cum intensione  
veluti elleborus citra periculum purgat. Semen per  
inferna purgat. Quinetiam maceratis in aqua vir-  
gis eius, deinceps verò tussis & expressis, si succus  
cyathi vnus mēsurā ieiunis bibatur, ischiadicis &  
angina laborantibus auxiliatur. Quidam etiam

*muria,*

muria, aut marina macerantes, ischiadicis chlysterā  
infundunt. Strigmenta autem cruenta elicit.

## EX GALENO.

Sparti, quo & vites apud nos alligant, tum se-  
men, tum virgarum succus, non instrenuè trahentis  
est facultatis.

## EX PAVLO.

Sparti, quo vites ligant, & semen & flos cū mul-  
sa pondere quinque obolorum pota, per superiora  
purgant veratri modo sine periculo. Semen per in-  
feriora quoque purgat. Virgæ ipsius ad coxendicū  
dolores proficiunt.

## EX SIMEONE SETHI.

Sparti, quo vites ligantur, semen & flores cum  
aqua mulsa si bibantur pondo obolorum quinque  
per superna purgant, vt Elleborus albus, sine peri-  
culo. Semen autem per inferna purgat. Virgæ verò  
ischiadicis prosunt.

## DE SMYRNIO. CAP. CCXCI.

## NOMINA.

μύρτιον Græcis, Smyrnion Latinis, officinis  
 ⚭ Leuisticum, Germanis Liebstockel, (Gallis  
 Leuelle, ou Liuesch) dicitur. Smyrnion di-  
 ctū, quod huic idē sit odor qui myrrhæ. Errāt qui Smyrnion  
 Leuisticum hodie nominatam herbam, eam esse pu-  
 tant quæ Diosc. Ligusticum appellatur. Neq; enim Leuisticū  
 caulem gemiculatum, neque etiam folia Meliloti non est Le-  
 uisticum. Tolerabilior est sententia eorū qui  
 arbitrantur

Leuisticum  
 Gallicis

PLANTARVM HISTORIAE

arbitrantur secundam esse Dauci speciem.

FORMA.

Caulem habet Apio similem, adnascens obtinentem multas. Folia latiora Apio, ad terram confraeta, subpinguia, robusta, cum acrimonia odorata, medicataq;, & colore sublutea. Umbellam supra caulem Anetho similem. Semen rotundum, nigrum, sapore acre. Radicem acrem, odoratam, teneram, succosam, fauces mordentem, foris nigram, intus pallidam, aut subalbā. Ceterum si quis singulas has

Smyrniū  
esse Leu-  
sticum.

notas velit expendere, facile perpendet Smyrniū eam esse herbam quam hodie Leuisticum nominat. Siquidem ea ut Apium caulem profert concavum, ac stolones multos. Folia quoque Apii, at latiora, ad terram confraeta, subpinguia, firma, cum quadam acrimonia odorata, odore tamen medicato, colore in luteum laeguido: muscarium in capitibus caulium Anetho simile: semen rotundum, nigrum, acris sapore: radicem odoratam, acrem, gustu fauces mordentem, succosam, mollem, foris atram, intus subalbidam, aut pallidam. His accedit quod Leuisticum

Leuisticū forma & odore Apio valde simile est, ita ut non alio  
forma & li hac ratione moti putauerint esse Apii speciem  
odore A- quādam: ut congenerem esse herbam, quem admo  
pio simile. dum testatur Galenus, nemini dubium esse debeat.  
Vnde iterum liquido colligi potest esse Smyrniū,  
quod certè statim ab Apio Dioscorides, tanquam  
similem cōgeneremque herbam, id ipsum describat.

Conuico

Conueniunt etiam vtrarumque herbarum facultates, vt paulo post monebimus. Item Dioscorides scribit Paeoniam feminā folia Smyrniū habere. Quid verò foliis Paeoniae feminæ, quàm folia Leuistici hodie nominati magis simile? vt nemo dubitare debeat subinde Smyrnion esse Leuisticum.

## LOCVS.

Nascitur hodie passim in hortis. Humida autem loca amat.

## TEMPVS.

Florat aestiuo tempore.

## TEMPERAMENTVM.

Calidum & siccum in tertio ordine.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Calefaciendi facultatem habent radix, herba & semen. Olerum modo comeduntur folia muria macerata, aluomque sistunt. Radix serpentium moribus pota succurrit. Tusses & orthopnoeas mitigat. Vrinae difficultati medetur. Illita recentia cedemata, phlegmonas, & duritiās discutit. Vulnere ad cicatricem perducit. Feruesacta & subdita, abortus facit. Semen eius licis, venum & vesicae vitium prodest. Menses & secundas pellit. Commodè datur ischiadicis cum vino. Inflationes stomachi lenit. Sudores & ructus ciet. Potū peculiariter hydropicis, & februm circuitibus prodest.

## EX GALENO.

Smyrnion est eiusdem generis cum Apio & Petroselinio: fueritq; Apio quidem validius, Petroselinio

PLANTARVM HISTORIAE

lino autem imbecillius. Menses itaque & vrinas mouet. Cilices in Amono monte natum Petroselinum vocant. Est quidem & ipsum Smyrnion, minus vero Petroselino & Smyrnio acere est. Proinde & vlceribus imponi potest, quia videlicet sine molestia deficcet. Sed et digerere quae indurata sunt, valet. Reliqua facultas eius Apio & Petroselino similis est. Quocirca & semine vtimur ad menses, vrinas et asthmata. Hæc Galenus. Ex iis Galeni verbis liquidò apparet duplex esse Smyrnion, vnum quod alio nomine Hipposelinon, de quo suo diximus loco, dicitur: alterum autem quod in Amono nascitur monte, de quo hic nobis sermo est.

EX PLINIO.

Vrinam & menses ciunt folia & radix. Aluum festit semen. Radix suppurationes recentes, & collectiones discutit: Item duritias illita. Prodest contra phalangia, ac serpentes, admixto cachry aut polline, aut apiastro in vino pota, sed particulatim, quoniam vniuersa vomitiones mouet, qua de causa nonnunquam cum ruta datur. Partus adiuvat, & secundas pellit. Medetur tussi & orthopnoea radix vel semen. Item thoracis, lienis, renum & vesicæ vitis. Radix autem ruptis, conuulsis auxiliatur. Sudores ciat & ructus, ideo inflationem stomachi discutit. Vulnera ad cicatricem perducit. Datur ischiadicis in vino cum crethmo. Exprimitur succus radice, utilis foeminis, thoracis & præcordiorum desiderii: calefa



calefacit enim, concoquit, & purgat. Semen peculiariter hydropicis datur potu, quibus & succus illinitur. Concoctiones facit. Sapore similis a pisce, ideo ad opsonia vtuntur cum mulso, oleo & gario, maximè in elixis carnibus.

## APPENDIX.

Confer cum iam dictis facultatibus eas quas Leuisticis recentiores tribuunt, & comperies prorsus eadem esse. Tradunt enim eius semen mouere menses & vrinas, inflationes tollere, serpentium moribus mederi, calculos confringere, sudores ciere, vulnera conglutinare, licniq; obstructiones auferre: adeo vt hinc iterum constet, Leuisticum à Smyrnio non esse, saltem viribus, diuersum.

## DE SILPHIO. CAP. CCXCII.

Laserpitium Germanicum in horto diuini Germani Pratenfis est multum.

## NOMINA.

*mesher vocat et vt audio mansuet agelica*

**M** Ἰλαριον Græcis, Laser & Laserpitium Latinis dicitur. Vulgo & officinis corrupta voce, deflexa tamen quadam à Laserpitio pristini nominis vmbra, Osteritium vocatur. Primum siquidem, vt dictū est, Laserpitium, dein depravata nomenclatura, Osteritiū, postremo Osritiū cepit appellari. Qui sanè lapsus facilis admodū fuit. Abiecta nanque prima litera, Asteritium, & dein mutato in o, Osteritiū, ac postremo magis cōcise Osritium nominare imperiti ceperunt. Veteribus cur dictū.

PLANTARVM HISTORIAE

Germanis haud dubiè Laseruurtz dicta est hac herba, quã quidem vocẽ, vapore semilatinã, posteri non rectè intelligẽtes, in Meysteruurtz mutarũt. Qua quidẽ appellatione adhuc hodie omnes vtuntur Germani. (Galli Benioin, ou L'herbe dont prouiet le Benioin.) FORM A.

**Laserpitiũ germanicum.** *mus, esse Laserpitium, saltem germanicum. Caulis enim ei fœniculaceus, seu ferule, hoc est, geniculatus, folia Apii in auri colorem languescencia, semen foliaceum & latum, nempe quod figura exile foliolum exprimit: radix crassa & multa, foris nigricans, intus candida, mirãque flagrans incunditate, quã si vulneratur, liquor profluit lentus, ac modicè rufus, suauissimumq; spirans odorẽ, & linguam sua acrimonia vellicãs, vt sanè nulla sit prorsus nota quã reclamare videatur. His accedit quòd facultates Ostritii nominati à Laserpitii viribus non discrepant, quẽadmodũ ex sequẽtib; patebit.*

LOCVS.

Nascitur in Syria, Armenia, Media & Aphrica. Quòd ex Armenia et Aphrica affertur suauissimũ odorem habet, præsertim Cyrenaicum, vnde &

ὄπρος, id est, succus Cyrenaicus appellatur. Nec hoc Succus  
 Lasepitiū aliud est quàm concretus ille succus, Cyrenais  
 quē officinæ Belziniū, vel Ben Iuinum vocant. cui.  
 Quod verò ex Media & Syria affertur Dioscoride Belziniū  
 testē, virosū odorem obtinet, ac putrilaginem re- est Lasepitiū.  
 sipit, ideoq; videtur esse id quod hodie officinæ pas-  
 sim Asam fetidam nomināt. Quod etiam hinc colo Asa fetis  
 ligi potest, quod in hodiernum vsque diem ex Syria da.  
 Alexandrina, & hinc Venetias deportatur. Nostrū  
 in montosis locis prouenit, ac in omnibus ferè hor-  
 tis nunc plantatur.

## TEMPVS.

Iunio mense flores admodum exiguos ac candi-  
 dos, instar Anisi, profert, atque subindo semen latū.

## TEMPERAMENTVM.

Silphii liquor calidissimus est. Verumenimvero  
 & folia, & caulis, & radix sat strenuè excalfa-  
 ciunt. Nostrum etiam Lasepitiū in vniuersum  
 calidius atque acrius est pipere ipso, adeoque cales-  
 facit & exiccat in tertio ordine. Radix autem &  
 semen, folia & caulem superant, vt in eo etiam ef-  
 ficacissimus omnium aliarum partium sit liquor,  
 secundo loco folia, postremo caulis.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Lasepitiū liquor acris est, inflat. Inunctus cū vi-  
 no, pipere & aceto, alopecias sanat. Oculorū aciem  
 exacuit. Incipientes suffusiones cum melle inunctus  
 dissipat. Caueris dentium in eorundem dolore in-

PLANTARVM HISTORIAE

† Ἰσχυροῦς  
 τοῦ χα-  
 σθέντων  
 legendum.

ditur, aut cū thure in linteo circumponitur, aut col-  
 luitur eo os cum Hyssopo, & Ficis coctis in posca.  
 His prodest, quos bestia in rabiem efferata momore-  
 derit, vulneribus impositum. Valet aduersus om-  
 nia animantia quæ virus eiulantur, venenata  
 tela, potus aut inunctus. Scorpionum plagis oleo di-  
 lutus circumlinitur. Gangrenis † antea scarificatis  
 immittitur. Carbunculisque cum ruta, nitro &  
 melle, vel per se. Clauos, callôsque prius circum-  
 scarificatos tollit, cerato, aut aridorum Ficuū car-  
 ne præmollitus. Recentes lichenas ex aceto sanat.  
 Excrescentias carnis, polypésque, si aliquot diebus  
 cum atramento sutorio aut æruginè illinatur. Extu-  
 berantia cum forfice extrahit. Diuturnis asperæ ar-  
 teriæ asperitatibus opitulatur. Vocem subito ex-  
 asperatam irrucescentemve, dilutus aqua & ab-  
 sorptus confestim restituit. Vuam cum melle inun-  
 ctus reprimat. Angina laborantibus ex aqua mulo-  
 sa utiliter gargarizatur. Coloris bonitatem iis qui  
 eo vescuntur auget. In sorbili ouo datus tussi auxi-  
 liatur, pleuriticisq; in sorbitionibus. Suffusus felle,  
 & hydropicis cum aridis Ficis utiliter exhibetur.  
 Cū pipere, thure & vino potus, rigores soluit. Ner-  
 uorū distentione laborantibus, opisthotonicisq; da-  
 tur oboli pondere deuorandus. Herentes gulæ hi-  
 rudines, gargarizatum cum aceto deicit. Ad lac-  
 intus in grumos concretum. Comitialibus ex oxy-  
 melite sumptus succurrit. Menses ciet cum pipere  
 &

Et myrrha potus. Cœliacos in acino vnae sumptus iuuat. Cum lixiuio potus, repentinis conuulsiombus Et rupturis prodest. Ad potiones dissoluitur amaris amygdalis, aut ruta, aut calido pane. Foliorum liquor eadem potest, sed multò minori efficacia. Cum oxymelite manditur ad expediendam asperam arteriam, præsertim amissam vocem. Vtuntur eo cum Lactucis, pro cruce comedentes.

## EX GALENO.

Omnes Silphii partes flatulenta magis sunt essentia, ac proinde concoctu difficiles. Foris tamen imposita corpori, efficaciores, Et omnium potissimè liquor, admodum trahentem facultatem obtinens. Attamen excrescentias imminuendi, Et liquandi vim quandam propter iam dictam temperiem habentem. Liquor Cyrenaicus quidem omnes Et caliditate Et tenuitate exuperat, ac proinde etiam omnium maximè discutit.

## EX PLINIO.

Folia Silphii ad expurgandas vulvas, pellendòsque emortuos partus, decoquuntur in vino albo odorato, vt bibatur mensura acetabuli à balneis. Radix prodest arteriis exasperatis, et collectionibus sanguinis illinitur. Sed Et in cibis concoquitur agrè. Inflationes facit Et ructus. Urinae quoque noxia. Sugillatis cum vino Et oleo amicissima, Et cum cera strumis. Verruca sedis crebriore eius suffitu cadunt. Liquor eius per se algores excalfacit. Potus nervorū

PLANTARVM HISTORIAE

vitia extenuat. Fœminis datur in vino. Et lanis mol-  
libus admouetur vuluæ ad menses ciendos. Pedum  
clauos circumscarificatos ferro, mixtus cora extrahit.  
Vrinam ciet ciceris magnitudine dilutus. An-  
dreas spondet, copiosius sumptum nec inflationes fa-  
cere, & concoctioni plurimum conferre senibus &  
fœminis. Item hyeme quàm æstate vtilius, verum-  
tamen aquã bibentibus, cauendumq; ne qua intus sit  
exulceratio. Ab ægitudine recreationi eff: cax in ci-  
bo. Tempestiuè enim datus, cauterium obtinet: as-  
suetis etiã vtilius quàm expertibus. Ad extera cor-  
porum, indubitatæ confessiones habet. Venena telo-  
rum & serpentium extinguit potus: ex aqua vul-  
neribus his circumlinitur. Scorpionum tantum plura  
gis ex oleo. Vlceribus verò non maturefcentibus, cũ  
farina hordeacea, vel fico sicca. Carbunculis cũ ru-  
ta, vel cum melle, vel per se visco suspensum vt hæ-  
reat. Sic & ad canis morsus. Excrefcentibus circa  
sedem, cum tegmine punici mâli ex aceto decoctus.  
Clauis pedũ qui vulgò morticini appellantur, nitro  
mixto, antè subactus. Carnes replet cũ vino & cro-  
co, aut pipere, aut murium simo et aceto. Perniones  
ex vino fouet, & ex oleo coctum imponitur: sic &  
callo. Clauis pedum superrasis præcipuè vtilitatis.  
Contra aquas malas, pestilentes tractus, vel dies.  
In tussi, vna, fellis veteri suffusione, hydropicis, rau-  
citatibus: confestim enim purgat fauces, vocemque  
reddit. Podagras, in spongia dilutus posca lenit.  
Pleuria



Pleuriticis in sorbitione vini poturis datur, contra  
 Etionibus, opsthotonicis, cicceris magnitudine cera  
 circumlitus. In angina gargarizatur. Anhelatorib.  
 & in tussi vetusta, cum Porro ex aceto datur, atq;  
 ex aceto his qui coagulū lactis sorbuerint. Præcor-  
 diorum vitiis, syntecticis, comitialibus in vino, in  
 aqua mulsæ linguæ paralyssi. Coxendicibus & lum-  
 borum doloribus cū decocto melle illinitur. Nō cen-  
 suerim, quòd autores suadent, cavernis dentium in  
 dolore inditum cera includi, magno experimēto ho-  
 minis qui se eadem causa præcipitavit ex alto.

## APPENDIX.

Laserpitium nostrum ex traditione recentiorum  
 vnicè venenis aduersatur. Item pestilentie populæ  
 riter grassantis arcet contagia. Lentitiam pituito-  
 forū humorum incidit ac discutit: quapropter tussi  
 quam frigus attulit, medetur. Crassa quæ in thora-  
 ce cocēt, discutit. Coloris corporis bonitatem iis qui  
 eo vescuntur, efficit. Concretum in corpore lac &  
 sanguinē resoluit. Stomachū esu corroborat. Pitui-  
 tam ventriculi deicit, & elanguescentem appeten-  
 tiam inuitat. Menses & vrinam ciet. Rabiosi canis  
 morsu, aut serpentis iclu liberat, si cōtrita folia vul-  
 neri indantur. Hypochōdriorum vitiis auxiliatur.  
 Item lumborum doloribus. Carbunculos cum polē-  
 ta tritum & impositum sanat. Cum vino potū ri-  
 gores discutit. Herba ipsa in vino & aqua cocta  
 vulnera interna glutinat: & in summa, omnia qua

Laserpitij  
 germani  
 ci faculta-  
 tes.

PLANTARVM HISTORIAE

Angelica vocata herba, & maiori efficacia, potest: ut hinc etiam constet Osteritium à nostris nominatum, easdem habere quas veterum Lasepitiium, inefficaciores tamen, facultates. Quare cum metus sit ne Lasepitiium adulterinum, aut saltem non optimum ad nos afferatur, præstat nostro uti, quod scilicet exigua admodum pecunia comparari possit, & viribus satis efficax sit. Nam eadem que Dioscorides & Plinius Lasepitiio assignant, recentiorum testimonio præstare valet.

DE STACHY. CAP. CCXCIII.  
NOMINA.

*Stachys andromeda  
milde of Boiss pref*

Τάχυσ Græcis, Stachys Latinis dicitur, officinis ignota. Germanis riechender Andorn (Gallis sauge saulauge, ou

de montaigne) nominatur. Stachys verò dicta, quòd verticillato florum ambitu, & orbibus spicarum caules cingentibus coronetur.

FORMA.

Frutex est Marrubio similis, sed altior, folia ferès plura, sed rara, hirsuta, dura, odorata, incana. Virgas ab vna radice plures emittit Marrubio candidiores. Ex hac descriptione perspicuum sit omnibus, herbam quam pictam damus, esse Stachyn: est enim fruticosa, Marrubijq; similitudinem refert, nisi quòd altior est: folia quoque plura, at rara obtrinet, item hirsuta, dura, odorata, & albicantia. Virgulas denique, etsi pictura id ipsum non ostendat, ab vna

una radice plures emittit, candidiores quàm Mar-  
rubium. Quibus omnibus florum purpureorū ver-  
ticillatus accedit ambitus, ac orbes spicarum, qui  
caules circumdant.

## LOCVS.

Asperis locis, montibus ac collibus prouenit.

## TEMPVS.

Floret Iunio & Iulio mensibus.

## TEMPERAMENTVM.

Stachys gustu acris & amaro est, tertiiq; ordinis  
excalfacientium. Vnde iterum liquet hęc herbam  
esse Stachyn, quòd gustata acris et amara videatur

## VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Vim habet excalfactoriã & acrem. Ideoq; deco-  
ctum foliorum eius potũ, menses & secũdas pellit.

## EX GALENO.

Menses prouocat, abortum facit, & secũdas eiicit.

## EX PLINIO.

Pellit menstrua.

DE SECALE. CAP. CCXCIIII. *rog*

## NOMINA.

Secale dicitur Plinio lib. xvij. cap. xvi. & Faro  
Srago, Germanis Rocken & Korn (Gallis du  
Seigle) nominatur. Magno in errore versantur qui  
hoc frumenti genus Siliginem esse existimant. Si  
quidem ex hac, Plinio lib. xvij. cap. ix. teste, laus Secale nõ  
tissimus sit panis, tener, candidus, & primatum te est Siligo.  
nens: ex illo cibarius, ater, & pödere præcipuus, ad  
arcendam

PLANTARVM HISTORIAE

arcendam pauperum famem tantum utilis, qui veterascens acorem etiam contrahit. Item Siligo habet spicam erectam, Plinio loco iam citato, cap. x. autore, nec rorem continet, quæ rubiginem faciat: hoc verò procumbentem, & ideo quòd imbres retineat, rubigini opportunum. Siligo præterea grano est candido, leui & multipliciter tunicato: hoc contra nigro, striato, & glumis ferè explicito. Denique que Siligo sine arista est, hoc verò aristis horret. Prostratum ex Siligine pistrinarum opera sunt laudatissima, ex Secale nullum ferè tentatum est. His itaque rationibus evidentissimum esse puto, hoc frumenti genus quod Germani nostri Rocken vocant, non esse Siliginem.

FORMA.

Secale frumenti genus vulgò notissimum, stipula est culmo triticeo, graciliore & proceriore, geniculis ut plurimum quatuor, spica innocentioribus aristis horrente, non erecta, sed semper propemodum procumbente, grano glumis explicito, & ob id cauduco, tristi, nigricante, strigoso. Plinius cap. xvi. libri xvij. scribit, Secale fecunda, sed gracili stipula esse præditum, nigritia triste, sed potèere præcipuum. Quæ singula satis monstrat, frumentum quod Rocken vocant Germani, esse Secalen, & non siliginem.

LOCVS.

Gignitur qualicumque solo, ideoque passim in Germania, præsertim Rætia, & Vindolica feritur.

## TEMPVS.

Floret Iunio mense, metitur autem Iulio.

## TEMPERAMENTVM.

Magis videtur excalescere quàm Triticum, minus tamè refrigerare quàm Hordeum. Magis item exsiccare quàm Triticum, minus tamen quàm Hordeum aut Zea.

## VIRE S.

Habet aliquid lentoris & obstruentis nature. Hinc panis ex eo confectus, potissimum si à fursibus non sit probè purgatus, stomacho grauis esse solet. Reliquæ vires ex capitibus de Tritico & Hordeo colligende.

## DE SIDERITIDE PRIMA.

## CAP. CCXGV.

## NOMINA.

Σ Ἰσπῆτις Græcis, Sideritis prima Latinis di Chamépī citur. Magna officinarū pars hac herba pro tys adulæ Chamépity vera vitur, non sine errore, cum satis terina, ex forma illius constet, vt paulò post môstrabimus, non esse Chamépityn. Germanis Glidkraut (Gallic de Lespargoutte, ou apparitoer) appellatur. Sideritis verò nominata, quòd glutinandis vul Sideritis ncribus apta, præcipuum in bello habeat vsum. cur dicta.

## FORMA.

Herba est folia Marrubio similia habens, longiora tamen, ad saluie aut quercus figurã accedentia, verū minora & aspera. Caules fundit quadratos, dodran

PLANTARVM HISTORIAE

dodrantes, aut longiores, gustu non iniucidos, alio modo adstringentes, in quibus per intervalla velut in Marrubio verticilli in orbem circumacti, & in his semen nigrum. Ex qua quidem delineatione sole clarius constat, herbam cuius hic picturam exhibemus, esse Sideritin primam. Siquidem folia Marrubij habet, sed longiora ad salviae similitudinem aspera & rugosa, minora tamen. Caulem quadratum & hirsutum, non iniucundi gustus, aliquantulum subadstringentis, quem per intervalla verticillati orbibus coronant, ut in Marrubio videre licet, in quibus flores subcandidi ac lutei, & subinde semen nigrum. Radicem exiguam & subluteam, quod silentio transiit in Dioscorides. Non esse vero hanc herbam Iuam non est Iua arthriticam, nec Chamapityos generibus posse aut arthritica numerari, hinc conicere licebit: primum, quod non sit pumila, sed in altum surgat, fruticis verius, quam herbae specie. Quod vero neque primum neque secundum genus Chamapityos dici queat, hinc manifestum fit, quod utrunque foliis Semperuii minoris sit, a quibus salvia, qualia haec habet, diversissima sunt. Neque etiam tertium, quia folia eius non sunt exilia.

LOCVS.

Nascitur asperis, petrosis & incultis locis.

TEMPVS.

Iunio mense florere incipit, nec desinit nisi in Augusti fine.

TEM



## TEMPERAMENTVM.

Sideritis habet quandam abstergendi facultatē,  
id quod amaritudo eius satis indicat: & pauculam  
adstrictionē. Plurima tamen eius pars humida est,  
& mediocriter frigida.

## VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Folia eius illita vulnera glutinare, & inflamma-  
tionem arcere possunt.

## EX GALENO.

Phlegmonem sedat, & glutinandi vim obtinet.

## EX PLINIO.

Sideritis tantam vim habet, vt quamuis recen-  
ti gladiatoris vulnere illigata, sanguinem claudat.

## DE SORGI. CAP. CCXCVI.

Sorgi panicum Indicū Parisiis dicitur.

## NOMINA.

**P**eregrinum est hoc genus frumenti, & ex Ita-  
lia ad nos allatum, idcoq; Germani Vuelſchē  
Hirſz (Galli Ble. barbu, ou espece de Paniz)  
vocāt. Alij Sorgſomen, quòd ſcilicet in Italia Sor-  
gi nominetur. Neque conſtat quo nomine veteribus  
ſit appellatum, niſi farris genus ſit, quod in Gallia  
nunc rubrum & barbatum frumentum nuncupāt.  
Probè enim illi hæc nomenclatura videtur cōveni-  
re, quòd nimirū eius ſpica rubra et barbata ſit. Cer-  
tò tamen nihil affirmare audemus, nam Panicum  
etiā referre, quāuis magnitudo repugnet, videtur.

## FORMA.

Culmos

Sorgi ſart bol  
Lombardſh.  
m. h. of 5 r. 6

## PLANTARVM HISTORIAE

Culmos habet quatuor aut quinque altos, crassos, geniculatos, rubicundos, foliis vestitos longis, latis, & in summitate acuminatis, harundini non dissimilibus: siccam quam Panicum maiorem ac densiorem, rufam & barbatam, in qua semen rufum, rotundum, lentis magnitudine, & acuminatum. Florem luteum. Radicem multis fibris capillatam.

### LOCVS.

Non provenit nisi satum, & nunc in multorum hortis colitur ac plantatur, non tamen facile emergit.

### TEMPVS.

Floret Iulio & Augusto mensibus, flore, ut diximus, luteo, nec nisi extrema ferè autumnii parte ad maturitatem peruenit.

### TEMPERAMENTVM.

Semen dulce est, & Panicum planè in gustu refert, ideoque temperamento ab hoc minime differre putamus.

### VIRES.

Tametsi de illius facultatibus nihil cõperti habeamus, tamen quia Panicum gustu refert, easdem illi facultates obtinere existimamus, quas suo loco inuenies.

### DE SERPENTARIIS OFFICINARVM. CAP. CCXCVII.

#### NOMINA.

**Q**uo nomine veteribus medicis Græcis & Latinis appellatæ sint, nemo hæctenus, quod sciam,

sciam, indicare potuit. Recentiores herbarij & officinae non sine magno & intolerando errore, Serpētariā erratū. tarias vocant, nō certē quōd in nomenclatura tantum sit situm, sed quōd forma & viribus plurimū ab ea herba quam Graeci δὲ γούρτιου, Latini autem Dracunculum ac Serpētariam nominant, plurimum discrepent, vt suo loco latius demonstrabimus. Germani nostri has herbas Nateruurtz sua lingua appellant. GENERA.

Duo sunt Serpētariae recentiorum & officinarum genera, forma non multum variantes. Vnum Mas. quod tenuibus admodum foliis, & radice in se contorta constat. Hinc est quōd herbariis nostri tempo Bistorta. ris Bistorta dicatur. Nos certioris discriminis gratia marem fecimus, germanicēque Nateruurtz mennle vocauimus. Alterum rugosioribus foliis, maioriq̄ radice, & minus intorta, ac multū ca. Femina. pillata videtur. Vulgares herbarij Colubrinā nunc Colubri. cupant. Nos feminam constituimus, ideoque Ger. na. manicē Nateruurtz Vueible vocauimus. Serpētarias verō vtrunque genus dixerunt, propterea quōd vbi primum ē terra prodeunt, lingua serpentinae pelle tenui vestitae, formam obtinent.

## FORMA.

Cauliculo constant tenui ac iunceo, glabrescēte, per ima tantum foliato, spicoso florum vertice, quibus diluitoris purpurea color inest: folio Rumicis à terra casio, superne viridi & herbaceo: radice mas quidem

PLANTARVM HISTORIAE

quidem draconis modo innoluta & cōtorta, femina verò oblonga, maiore ac capillata, extra nigricante, intus rubescente.

LOCVS.

Nascuntur locis vmbrosis & humidis, pratis potissimum Martianae syluae.

TEMPVS.

Florent Maio mense & Iunio, quo maximè tempore, vt omnes aliæ quæ floribus ornantur plantæ, dignosci ac inueniri possunt.

TEMPERAMENTVM.

Vtriusque radix mirificè adstringit, vt refrigerandi ac exiccandi facultate præditas esse nemini sit dubium. Antiquus manuscriptus herbarius frigiditas & siccas esse in tertio ordine censet.

VIRE S.

Radices illarum glutinant vulnera, factum in vtero retinent, vomitum biliosum reprimunt, dysenteriam sanant. Hæc antiquus herbarius. Nostræ verò ætatis medici, aliorum errata impudenter sectantes, ad longè diuerso. vsus Serpentariæ vtriusque radices adhibent, nempe ad eos ad quos Dioscorides, Galenus & alij veteres suum Dracontium, cum tuum viribus inter se maximè discrepent, quod galenus etiã abundè testatur, cum Dracontij radix æris sit, illarum verò vehementer adstringat. Vt igitur errorem hunc relinquunt, subinde medicos & seplasticos hortor, nisi fortè perdere magis quàm sanare

sanare in delitiis habeāt: sciantq; Serpentarius suas non alias quā̄m Britānicam habere facultates, adstringendi nimirum, priuatim ad ea quae in ore & tonsillis sunt depascentia vlcera accommodatas, & ad omnia alia quibus adstrictione opus est. Folia etiam in farinam trita labiles dentes confirmant.

## DE SCORDIO. CAP. CCXCVIII.

Scordium iam notius est, quā̄m vt sit pluribus declarandum, nomen retinet. *Wahrstamm des oftr Grudung*

## NOMINA.

**Σ**κῶρδιον Græcis, Latinis Trixago palustris dicitur. Officinis ferè omnib. incognita. Germanis allusione quadam ad Romanam appellationem aptè Vuarlserbatenig (Gallis de la Germandrée) nominabitur. Scordiō autem Græcis ab Allis dicta est herba hæc, quòd nimirū eius folia affrieta, Allii, quod Græcis Scorodon vocatur, odorem referant. Ab hoc mali & ingrati odoris sensu, iisdem etiā δύσσομον appellata est. Vt verò Trixago dicta sit, similitudo fecit: Trixagini enim, quae Græcis Chamædryis nominatur, similis est. Palustris autem, quoniam humentibus ac palustribus locis nascatur.

Scordion  
vnde dictum.

Dysosmō.  
Trixago  
palustris  
cur vocata.

## FORMA.

Folia Trixagini seu Chamædryi similia habet, maiora tamē, nec sic in ambitu incisa, odore aliquātum Allium referentia, gustu adstringentia & amara. Caples quadrangulos, in quib. flos subrubescēs.

GG

Hæc

PLANTARVM HISTORIAE

Hæc delineatio sic refert herbã hanc, cuius picturam damus, vt ouum ouo non sit tam simile. Folio siquidem est Trixaginis, maiore, & per ambitum non ita profundè serrato, & inciso odore aliquatenus Allium reddete, adstringentis & amari gustus quadrãgulis caulibus: flore in caulibus, instar Chamedryos et Teucris, subrubro, & minimè in summis caulibus, vt aliqui putant, quemadmodum pictura ipsa abundè docet. Hæc itaque herba in theriacos pastillos inferenda erit, & non syluestre Allium, vt Seplasia maximo in errore versentur seplasiarij institores, qui riorũ error. pro re tam salutari atque omnibus putridis marcoribus, Galeno lib. i. de antidotis autore, aduersante syluestre Allium vsurpant. Sed indignius erratum, quàm quod multis explodi debeat. In hunc autem eosdem vicinitate vocabulorum potissimum incidisse errorem, libro primo Paradoxorum, ca. xxiii. abundè monstrauimus.

LOCVS.

Nascitur in montanis & humetibus locis. Nec inter se pugnant Dioscorides & Plinius, dũ hic in capite humidis pinguibusq; ille autè in montanis nasci scribit. Vterq; enim verum dixit: in campestribus siquidem & montanis, non tamen omnib. prouenit, sed, quod Dioscorides etiam adiecit, humentibus tantum. Plantatum autem Scordium non difficulter nascitur, & possunt de vno duntaxat ramo complures prouenire, modò solo humido committantur.



## TEMPVS.

Iunio & Iulio mensibus floret, flos tamen nõ nisi diem vnum durare videtur, sic continuo vnus alium sequitur.

## TEMPERAMENTVM.

Tum ex saporibus, tum etiam facultatibus paulo post exponendis satis constat Scordium calidum esse. Nam, Galeno etiam teste, amarum quid obtinet, & acre.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Herba vim calefaciendi habet, & urinã citreus trita & pota. Arida quoque cum vino decocta contra serpentium morsus, & letalia venena bibitur. Ad stomachi rosiones, dysenteria, & urine difficultatem pondere duarum drachmarum cum hydromelite. Purgat crassa purulenta thorace. Facit ad veterem tussim, rupta, conuulsa, cum nasturtio, melle & resina in ecligmate arida commixta. Hypochondriorum vetustas inflammationes excepta cerato lenit. Succurrit eadem podagris cum aceto circumlita, aut ex aqua illita. Menses supposita mouet, vulnera glutinat, vetusta vlcera purgat, & cum melle ad cicatricem ducit. Siccata carniũ excrescentias reprimat. Succus præterea ex ea expressus ad prædicta vitia bibitur.

## EX GALENO.

Expurgat simulque excalfacit viscera, tum menses urinamque mouet. Præterea conuulsa ruptaque laterum

PLANTARVM HISTORIAE

laterū dolores ab obstructione & frigore nato. san-  
nat potum. Denique viride illitum magna vulne-  
ra conglutinat: verūm sordida purgat, & maligna  
ad cicatricem perducit, illitum aridum.

EX PAULO.

Scordium varium existit, ut quod amarum, acer-  
bū & acre sit. Purgat igitur simul & calfacit vi-  
scera, urinas & mēstrua cit, refrigerata omnia res  
calfacit, vulnera glutinat, repurgatque, aridum il-  
litum cicatricem inducit.

DE STICHADĒ. CAP.

CCXCIX.

NOMINA.

*Stichas reingt*

Stichas **Σ** *ἴχθῆς* Græcè, Stichas vel Stechas La-  
arabica. tine appellatur. Officinæ cognomento Ae-  
rabicam vocant. Germanis nominatur  
Stichaskraut (Gallis du stechados citrin.)  
Stichas verò nomē accepit à Stechadibus ex ad-  
vnde di- uerso Massiliæ sitis Galliæ insulis, in quibus prone-  
sta. nit. Arabæ factionis autores patriam Stichada res  
liquis omnibus prætulerunt, hinc sequaces illorum  
gentili cognomento Arabicam nuncuparunt.

Arabica  
quare vo-  
cata.

FORMA.

Herba est tenuibus ramulis, comam similē Thy-  
mo habens, longiore tamen folio, & gustu acru, &  
aliquantum subamara. Hactenus Dioscorides, qui  
flores atque spicam prorsus omisit. Sunt autem flo-  
res, ut pictura abundè mōstrat, exigui & cærulei,  
spica

Spica verò flavescit, semine referta exiguo, triquetra, & coloris spadicei. Radix illi est tenuis & lignosa.

## LOCVS.

Nascitur, vt antea est commemoratum, in insulis Galliae è regione Massiliae, quae Stichades appellantur, à quibus etiam gentilitiam appellationem accepit. Prouenit etiam in Arabia, aliiq; compluribus locis, & in multis etiam Germaniae nostrae hortis.

## TEMPVS.

Floret eo quo Lauandula tempore, nimirum ante Solstitium aestiuum, hoc est, Iunio mense.

## TEMPERAMENTVM.

Stechadis qualitas gustu quidem amara est, & mediocriter subadstringens. Temperamentum verò compositum ex terrena essentia frigida exigua, unde sanè adstringit: & ex tenui, altera, quae terrena est, copiosiore, à qua utique amara est.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Decoctum eius quemadmodum & Hyssopi, ad thoracis vitia efficax est. Miscetur antidotis utiliter.

## EX GALENO.

Obstructione liberare, extenuare, extergere, roborareque tum omnia viscera, tum totum corpus est nata.

## EX PLINIO.

Menses cit potu, thoracis dolores leuat. Antidotis quoque miscetur.

## DE STRVTHIO. CAP. CCC.

PLANTARVM HISTORIAE  
 NOMINA.

**Radicula Lanaria.** **Σ** ρϑθιοϋ Græcis, Radicula, siue Lanaria herba Latinis, Mauritanis & officinis Condifi. Condifi. nonnullis herba fullonū, vulgò Saponaria, Germanis Seyffenkraut (Gallis l'Herbe à foulon) di-  
**Saponaria.** ritur. Vnde verò Græci hanc herbam Struthium Struthiū appellauerint, nō satis constat, nisi fortè à foliorum vnde no- positura, quæ auium alas quadantenus imitantur, minatum nomē illi indiderint. Nam gens ea ρϑθιοϋ & ρϑθιοϋ passerem, & minores alias aues appellat. Vel forsitan quòd Venerē stimulet. Græci enim, vt dictum est, ρϑθιοϋ passerem vocant, & ab eius auis salacitate lasciuos, & in venerem procliuiores homines ρϑθιοϋς, quasi passerem vocant. Porro struthium, vt est apud Festum, nuncupant obscenā virilem partem. Qua imitatione Martialis & Catullus passerem pro virili mēbro in suis versibus vsurpasse videntur. Lanariam verò dixerunt, quòd ad curdicta. candorem & mollitiem lanarum e: vsa fuerit antiquitas. Nā cum succida lana cespum spurcata colores respuerent, proluta huius radice succo, ad quoscunque suffectus imbibendos preparabantur, quibus cespum erat impedimento. Sic sordescentes Radicula lanas veteres hac herba eluebant, ad munditiē con-  
 quare ap- trahendam, quæ primum ab infœtoribus quareba-  
 pellata. tur, sordidis colores aspernantibus. Sic quoq; à præ-  
**Saponaria.** cipua & vtiliore parte, Radicula Romanis est ap-  
 ria cur vo pellata. Saponaria recētioribus dicta est, quoniam  
 eluendis

elucendis vestimentorum maculis, sordibusque lanarum expurgandis, saponis vicem exhibet. *Herba* *Herba* autem fullonum nominata est, quod ea inter fullonum pollandis vestibus, & mangonio poliendis fullones utantur.

## FORMA.

Struthion herba est caule lanuginoso, foliis oleæ prodeuntibus ex intervallo quasi geniculatim, plerumque quinis in unum coeuntibus, in summo colliculorum floribus candidis: radice, quam summo cespiti non in altum ultra citroque per longitudinem fundit, magna, tereti & oblonga, quæ conciditur purgandis lanis.

## LOCVS.

Nascitur in Asia Syriæque, saxosis & asperis locis præcipue. Nunc in hortis quibusdam plantatur.

## TEMPVS.

Floret æstate, Iunio maximè mense, sed per duos continuos menses floribus prægnans est.

## TEMPERAMENTVM.

Calidum & siccū temperamēto, ex quarto quodammodo ordine.

## VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Radix eius acris est, urinam cit, iecinorosis auxiliatur, tussi & orthopnceis cū melle cochlearis mensura sumpta. Aluū subducit. Eadē cum Panace & Capparis radice sumpta, calculos frāgit, & per urinam exturbat. Lienem induratum minuit. Subdita menses elicit, & fœtū manifestè enecat. Cum polēta

PLANTARVM HISTORIAE

Et aceto illita, lepras tollit. Cum farina hordeacea in vino elixa, tubercula discutit. Miscetur praeter ea collyriis Et malagmatis quae ad claritatem oculorum conficiuntur. Sternutamenta cit, Et trita cum melle naribus infusa, per os purgat.

EX GALENO.

Struthij radice potissimum utimur, gustu acri quidem existente. Sed Et abstergit, Et irritat, idcirco sternutamenta mouet, ceu caetera omnia quae gustu acria sunt, Et temperamento calida.

EX PLINIO.

Medetur morbo regio ipsa radix decocta, Et ius potum: item thoracis vitis. Urinam cit, aluum soluit, Et vulvas purgat. Ea Et ex melle prodest magnifice ad tussim orthopnoea cochlearis mensura. Cum polenta vero Et aceto lepras tollit. Eadem cum Panace Et Capparis radice calculos frangit, pellitque Panos discutit, cum farina hordeacea Et vino decocta. Miscetur Et malagmatis Et collyriis, claritatis causa. Ad sternutamenta utilis inter pauca. Lienique quoque ac iecinori. Eadem pota denarii unius pondere ex mulsis aqua, suspiriosos sanat.

3. c. vgen

DE SCILLA. CAP. CCCI.

NOMINA.

κίλλα Graecis, Scilla Latinis, Squilla, exemplo Varronis, omnibus nunc officinis vocatur. Germanis autem Meerzuibel (Gallis Stipouille, ou Charpentaire.)

FOR=



## FORMA.

Scilla radix capæ modo multipliciter tunicata corticosaq; ex qua prius, vt in croco, caulis profilitum ex eo flos in luteo candidus emergens insidit, qui cum senuerit folia demum multis post diebus emicant lata, nullo nixa pediculo, capita quadam specie, & pleraque exiis in terram deflexa.

## LOCVS.

Scilla, vndique, vt capæ & allia, prouenit.

## TEMPVS.

Scillam ter florere, triaq; tempora sationū ostendere, Theophrastus libro septimo capite duodecimo tradit. Primum enim florum prouentū, arandi primum tempus significare scribit, secundum medium, tertium nouissimum. Quot enim fuerint isti, totidē & arari tempora fermè occurrunt. Scillæ præterea flos, vt est Berytius autor, nigrata specie profiliens, modo celeriter non emarcescat, largos frugum prouentus, ac vberem annonam nobis promittit.

## TEMPERAMENTVM.

Admodum incidentem facultatem obtinet, non tamen admodum calidam, sed secundum hoc eam quæ spiciā secundi ordinis censcat excalfacientium.

## VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Vim acrem & feruentē habet. Assata verò multiplicem obtinet vsum. Pasta aut luto oblita, in clibanum coniicitur, aut carbonibus obruitur, donec circumlita pasta sufficienter tosta fuerit. Qua amo-  
ta, s̄

PLANTARVM HISTORIAE

Et aceto illita, lepras tollit. Cum farina hordeacea in vino elixa, tubercula discutit. Miscetur praeterea collyriis Et malagmatis quae ad claritatem oculorum conficiuntur. Sternutamenta cit, Et trita cum melle naribus infusa, per os purgat.

EX GALENO.

Struthij radice potissimum utimur, gustu acri quidem existente. Sed Et abstergit, Et irritat, ideoque sternutamenta mouet, ceu caetera omnia quae gustu acria sunt, Et temperamento calida.

EX PLINIO.

Medetur morbo regio ipsa radix decocta, Et ius potum: item thoracis vitiis. Urinam cit, aluum soluit, Et vulvas purgat. Ea Et ex melle prodest magnifice ad tussim orthopneae cochlearis mensura. Cum polenta vero Et aceto lepras tollit. Eadem cum Panace Et Capparis radice calculos frangit, pellitque Panos discutit, cum farina hordeacea Et vino decocta. Miscetur Et malagmatis Et collyriis, claritatis causa. Ad sternutamenta utilis inter pauca. Lieni quoque ac iecinori. Eadem pota denarii unius pondere ex mulsa aqua, suspiriosos sanat.

3. e. v. gen

DE SCILLA. CAP. CCCI.

NOMINA.

κίλλα Graecis, Scilla Latinis, Squilla, Et exemplo Varronis, omnibus nunc officinis vocatur. Germanis autem Meerzuibel (Gallis Stipouille, ou Charpentaire.)

FOR

## FORMA.

Scillæ radix capæ modo multipliciter tunicata corticosaq; ex qua prius, vt in croco, caulis profilit tum ex eo flos in luteo candidus emergens insidit, qui cum senuerit folia demum multis post diebus emicant lata, nullo nixa pediculo, capitia quadam specie, & pleraque ex his in terram deflexa.

## LOCVS.

Scilla, vndique, vt capæ & allia, prouenit.

## TEMPVS.

Scillam ter florere, tria q; tempora sationū ostendere, Theophrastus libro septimo capite duodecimo tradit. Primum enim florum prouentū, arandi primum tempus significare scribit, secundum medium, tertium nouissimum. Quot enim fuerint isti, totidē & arari tempora ferme occurrunt. Scillæ præterea flos, vt est Berytius autor, nigra specie profiliens, modò celeriter non emarcescat, largos frugum prouentus, ac vberem annonam nobis promittit.

## TEMPERAMENTVM.

Admodum incidentem facultatem obtinet, non tamen admodum calidam, sed secundum hoc eam quispia secundi ordinis censeat excalfacientium.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Vim acrem & feruentē habet. Assata verò multiplicem obtinet vsum. Pasta aut luto oblita, in clibanum coniicitur, aut carbonibus obruitur, donec circumlita pasta sufficienter tosta fuerit. Qua amos  
ta, s̄

PLANTARVM HISTORIAE

ta, si non emollescat, altera pasta aut luto circumli-  
 nitur, & eadem quæ prius sunt. Nam quæ ita non  
 assatur, noxia magis est, præsertim interaneis data.  
 Torretur item in olla indito operculo, & in cliba-  
 num coniecta. Sumitur ex ea, adicellis extimis par-  
 tibus, quod maximè medium est, quod cõcisum, ef-  
 fusa priore aqua, coquitur, vnaq; superinfusa vsq;  
 dum nec amaritudinem, neque acrimoniã habeat  
 aqua. Siccatur autè in vmbra dissecta, & lino tra-  
 iecta, ita vt ne taleola inuicem se cõtingãt. Sic igitur  
 secta, ad oleũ, vinũ, acetumq; scilliticũ vtimur.  
 Ad rimas verò pedum crudæ Scillæ interanea pars  
 in oleo feruesacta, aut cũ resina liquefacta imponi-  
 tur. Decocta in aceto demorsis à vipera cataplas-  
 ma est. Assæ eiusdem pars vna tosti salis partibus  
 octo subigitur, datũque ieiunis cochlearis vnius  
 duorumve pondere ad emolliendam aluum. Addi-  
 tur potionibus & odoramentariis medicamentis, &  
 iis cum quibus vrinam ciere voluerimus, hydropi-  
 cisq; & stomachis, quibus inmatant cibi, & morbo  
 regio, torminibus, in vetere tussi, asthmaticis, crue-  
 tareiciis. Trium verò obolorũ pondus in de-  
 linctu ex melle sumpsisse satis est. Coquitur eadem  
 cum melle, sumiturque in cibo ad eadem maximè  
 coctionem adiuuans. Strigmenticia per aluum du-  
 cit. Cocta & simili modo sumpta, idem potest. Ca-  
 uendus Scillæ vsus iis, quibus interaneum aliquod  
 exulceratum erit. Prodest verrucis & permonis  
 bus

bus assam inungere. Semen eius tritum, cum caris  
cis aut melle exceptum, si manditur, aluum emol-  
lit. Pro foribus domus suspensa tota amuletum est.

## EX GALENO.

Prestat assam aut elixam sumere: sic enim vi-  
rium eius vehementia exoluitur.

## EX PLINIO.

Scillarum in medicina alba est quæ masculus, fe-  
mina nigra. Scilla quæ candidissima fuerit, vtilis-  
sima erit. Huic aridis tunicis direptis, quod reliquum  
è vino est, consutum suspenditur lino modicis inter-  
uallis, postea arida frusta in cadum aceti quàm a-  
sperrimi pendentia immerguntur, ita ne vlla parte  
vas contingat. Hoc fit ante Solstitium diebus qua-  
draginta octo. Gypso deinde oblitus cadus, ponitur  
sub tegulis, totius diei solem accipiētibus. Post eum  
numerum dierum tollitur vas, Scylla eximitur,  
acetum transfunditur. Hoc clariorem aciem fa-  
cit. Salutare est stomachi laterumq; doloribus, pa-  
rum sumptū binis diebus. Sed tanta vis est, vt auis  
dius haustum extinctæ animæ momento aliquo spe-  
ciem præbeat. Prodest & gingiuis & dentibus,  
vel per se commanducata. Timeas & reliqua ven-  
tris animalia pellit ex aceto & melle sumpta. Lin-  
guæ quoque recēs subiecta præstat ne hydropici si-  
tim sentiant. Coquitur plurib. modis in olla, quæ cō-  
iiciatur in clibanū aut furnū, vel adipe aut luto il-  
lita, aut frustati in patinis. Et cruda siccatur, deinde  
concidit

PLANTARVM HISTORIAE

conciditur, coquiturq; in aceto, tum serpentium ictibus imponitur. Tosta quoque purgatur, & medium eius iterum in aqua coquitur. Vsus sic coctæ ad hydropicos. Ad urinã ciendam tribus obolis cum melle & aceto potæ. Item ad spleneticos & stomachicos, si non sentiant vlcus, quibus innatet cibus. Ad tormina, regios morbos, tussim veterem cum suspensio. Discutit & ex foliis strumas, quadrimis diebus soluta. Furfures capitis, & ulcera manantia illita, ex oleo cocta. Coquitur & in melle cibi gratia, maxime uti coctionem faciat. Sic & interiora purgat. Rimas pedum sanat in oleo cocta, & mixta resina. Semen eius lumborum dolori ex melle imponitur. Pythagoras Scillam in limine ianue (suspectam, malorum medicamentorum introitum pellere tradit.

DE STAPHIDE AGRIA.

CAP. CCCII.

NOMINA.

*Lupinus*

τάφισ ἄγρια Græcis, herba Pedicularis et Pituitaria latinis, officinis Staphisagria, Germa. Biszmütz (Gallis de l'Estar

Pedicularis

quare dicta.

Pituitaria unde.

phifagrie, ou l'herbe aux Poulx.) Pedicularis autem Pituitariaq; Latinis à viribus quas habet, dicta est: erupentibus enim è corpore pediculis ex oleo inuncta aduersatur, & comanducata feruore multam pituitam trahit. FORMA.

Folia habet Labruscæ incisuris diuisa, coliculos rectos, molles, nigrosq; flores Isati similes, semen in vasculis



vasculis viridibus similibus Ciceri, triangulum, as-  
 sperum, in nigro subrufum, intus candidum, gustu  
 acre. Hæc descriptio herba huic cuius hic effigiem  
 damus, per omnia quadrat, floribus tantū exceptis,  
 qui minimè Isati similes sunt, neque in colore, neque  
 in quantitate. Isatis enim flores lutei sunt, & exi-  
 gui, huius cōtra subcæsi, ac multo maiores, ut hinc  
 ferè suspicer eam herbam non esse quā veteres pin-  
 gunt Staphida agrian. Ceterum cum proximè ta-  
 men ad picturam accedat, neque viribus distet ad-  
 modum, inter Staphidis agrias species rectè à ple-  
 risque hodie herbaria rei studiosis cōnumeratur. Fo-  
 lia enim fert plerunque septem, aliquādo etiā pau-  
 cioribus incisuris diuisa, coliculos rectos, nigros, &  
 in folliculis herbaceis semen triquetrum, in nigro sub-  
 rufum, intus candidum, gustu acre, ita ut illi omnes  
 notæ, demptis floribus, respondeant.

## LOCVS.

Nascitur, Plinio authore, in opacis. Ea cuius pi-  
 cturam exhibemus, nūc passim in hortis plātatur.

## TEMPVS.

Floret æstate.

## TEMPERAMENTVM.

Quum vrendi vim habeat Staphis agria, conser-  
 quitur eandē in quarto ordine esse excalescentiū  
 & desiccantium.

## VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Eius grana quindecim si quis trita in aqua mulsā  
 dederit,

PLANTARVM HISTORIAE

dederit, crassa per vomitum purgant. Sed qui bibere rint, ambulare debent. Quinetiam assidue attendere oportet, & aquã mulsam potui dare, quod strangulationis pericula inferant, & fauces deurat. Trita eadem, & ex oleo inuncta, pediculationi, prurigi & scabiei auxiliatur. Plurimam cit pituitã commanducata. Decocta in aceto, detium dolori, si ea colluantur, subuenit. Gingiuarum rheumatismũ sistit. Ulcera oris, aphas nominant, cum melle sanant. Miscetur præterea vrentibus malagmatis.

EX GALENO.

Vchementer acrem obtinet facultatem, adeò vt ex capite purget pituitam, abstergatq; valenter. Itaque ad scabiem accommodata est. Sed & vrenti di vim aliquam habet.

EX PLINIO.

Nucleis eius ad purgationes vti non censuerim propter ancipitem strangulationem, nec ad pituitã oris siccandam: fauces enim ledunt. Phthiriasis caput & reliquum corpus liberant triti. Facilius admixta sandaracha. Item pruritu & psoris. Ad detium dolores decoquuntur in aceto. Ad aurium vitia, rheumatismum gingiuarum, ulcera oris manantia. Flos tritus in vino contra serpentes bibitur. Semen enim abdicauerim, propter nimiam vim odori. Quia eam Pituitariam vocant, & plagis serpentium utiq; illinunt. Item phthiriasis, qua Sylla dictator consumptus est. Nascuntur quoq; in sanguine ipso hominis

hominis animalia exesura corpus. Resistitur Staphidis agrias succo, cū oleo perunctis corporib. Hæc quidē in aceto decocta, etiā vestes eo tædio liberat.

## DE SESELI MASSILIENSI.

CAP. CCCIII. *With cū dicitur herimocall  
βιαις γενεαί*

## NOMINA.

ἔσση τὸ μασσικωτικὸν Græcis, Seseli

Σ Massiliense Latinis, Officinis Siler montanum dicitur. Semen tamen quod à seplatanum.

stariis hoc nomine venditur, non Massiliensis, sed, *Seseli actopum  
with herimocall* si amaritudinē respicias, Aethiopicis, vel quod magis vero simile est, Peloponesiaci (neutrius enim integram imaginem vidimus) Seseli semen est: latius enim, odoratius, & carnosius Massiliensi existit. Germanis incognita hæctenus planta fuit, ob id Sesel rectè illam appellabunt.

## FORMA.

Folia gerit Fœniculi, crassiora tamen. Caulē vegetiorem, umbellam Anetho similem, in qua semen est oblongum, angulosum, & degustanti confestim acre: radicem longam, & odoratam. Ex qua Dioscoridis delineatione satis constat stirpem, cuius picturam damus, esse Seseli Massiliense, quod huic mirum, nulla prorsus nota reclamante, tota descriptione suffragetur. Quid multa? dato etiam quòd singule illi non responderent notæ, tamē cū eas quas veteres Seseli attribuerunt facultates obtineat, citra omne periculum pro eo usurpatur.

PLANTARVM HISTORIAE

LOCVS.

Optimū iuxta Masiliam, teste Dioscoride, Gal-  
lia urbem nascitur, vnde etiam cognominatum est  
Masiliense. Prouenit autem aliis quoque in locis  
calidioribus, & nūc in plerisque Germaniæ hor-  
tis, sed non nisi satum & cultum.

TEMPVS.

Floret aestate, & semen subinde producit.

TEMPERAMENTVM.

Calefacit & desiccatur in secundo ordine.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Semē & radix calefaciendi vim obtinet. Strā-  
guria, orthopnoea, vteri suffocationibus & comitia-  
libus pota medentur. Menses & fetus ex utero du-  
cunt. Interancis omnibus profunt, & diutinas tus-  
ses sanant. Ipsum semen cum vino potum coctioni  
confert, tormina discutit, & epialis febribus vti-  
le est. Ad arcenda in itinere frigora cum pipere  
& vino bibitur. Datur capris aliisq; quadrupedi-  
bus bibendum, vt partus inuet.

EX GALENO.

Scfeli & radix & semē vsque adeo excalfacit,  
vt admodum urinam mouere queat. Sed & te-  
nuium est partium, vt & comitialibus, & ortho-  
pnoeis competat.

EX PLINIO.

Prodest homini ad tussim veterem, rupta, con-  
uulsa, in vino albo potum. Item opisthotomicis, &  
iecinorum

iecinorū vitis, & torminibus, & stranguriæ, duas  
rum aut trium ligularum mensura. Sunt & folia  
utilia, vt quæ partus adiuuent etiam quadrupedū.  
Hoc maxime pasci dicuntur ceruæ paritura. Illini  
tur & igni sacro. Multum in summo cibo coctioni-  
bus confert, vel folio, vel semine. Quadrupedū quoz  
que aliuū sistit, siue tritum potui infusum, siue mās-  
dendo commanducatum è sale. Boum morbus meo-  
detur, vel si contritum infunditur.

DE SANGVISORBA. *bloctremf. multi*  
CAP. CCCIIII. *vocat pinguinella*  
NOMINA.

**Q**Uum ignoraremus quo nomine stirpem hæc  
veteres Græci & Latini, si modo iis cognita  
fuit, appellarint, maluimus interea vul-  
gari vti nomenclatura, donec aliud certius nomen  
inuenerimus. Elatipen tamen esse iudicarem, si fo-  
lia pusilla, pilosa, & rotunda obtineret. Nūc quum  
neque pusilla, neque pilosa, neque rotunda, sed mu-  
cronata esse videantur, certi statuere nihil possum.  
Sanguisorba verò dicta est hæc herba, non quòd Sanguisor-  
vulneribus iniecta ferrum & spicula facile & ci- ba cur di-  
tra sensum doloris exigat, vt nonnulli arbitrantur: Et a.  
idipsum enim non posse mirifica quæ illi inest ad-  
stringēdi facultas abundè ostendit: sed potius quòd  
ei in sistendo sanguine vndecunque emanarit, mira  
admodum insit efficacia, adeò vt hunc ipsum qua-  
si absorbere videatur. Erroris autē huius nulla alia  
HH causa

## P L A N T A R V M H I S T O R I A E

Error eorū causa est, nisi quod hanc stirpem multi cum ea quæ  
 rū qui Pī<sup>is</sup> hodie Pimpinella vocatur, confundunt, quæ certè  
 pinellam propter caliditatem quam obtinet haud exiguam,  
 cum Sanguisorba quandam etiam trahendi facultatem habere vide-  
 tur, adeò ut infixa corpori extrahere facillè queat.  
 confundūt. Quod verò cum Pimpinella confuderint non alio  
 factum est nomine, quàm quòd huius folia proximi-  
 mè ad Pimpinellæ folia, quæ itidem ut hæc serrata  
 sunt, accedere videntur. Sed hæc confusio nō ca-  
 ret errore, ut paulò post dicemus. Germanis hæc  
 herba Kolbleskraut, à capitellis quæ rufescentis  
 bus punctis maculata sunt, dicitur. Nonnulli etiam  
 Germanorum Hergots Bartlin nominant, Quis-  
 dam etiam à sistendo sanguine Blutkraut.

### G E N E R A.

Duo sunt eius herbe quæ Sanguisorba vocatur  
 Sanguisorba maior. Vna enim maioribus constat foliis ac longioribus,  
 Minor. coliculis tamen tenuioribus, ideoq; ab hac fo-  
 liorum forma maior à nobis dicta est. Altera mi-  
 noribus foliis, coliculis autem maioribus esse depre-  
 hēditur, quare ab ista foliorum effigie rectè minor  
 appellari potest, ut inter eas aliquod discrimen esse  
 herbariæ rei studiosi hac ratione animaduertant.

### F O R M A.

Herba est à radice crassa & longa, statim folio-  
 sa, minor potissimum, coliculos habens plurimos ru-  
 bentes, folia aspera, in extremitatibus latè crenata  
 & serrata, in summo coliculorum capitella rufes-  
 centibus



scantibus punctis maculata, quæ si hiant flores excunt herbacei, in medio croceam comam ostendentes.

## LOCVS.

Nascuntur locis incultis, aridioribus, & soli expositis. Vnde iterum colligere licebit non esse Elatine, utcunque à facultatibus illius non discrepet, quòd Dioscoride & Plinio testibus, Elatine in cultis & segetibus proueniat.

## TEMPVS.

Florent Maio & Iunio mensibus.

## TEMPERAMENTVM.

Gustantibus adstrictione haud vulgare ac viscositatem herba præ se ferre videtur. Quapropter siccam admodum consistentiam nacta est, simulq; corpora contrahere, & constringere potest, atque adeò emplasticã, eò quòd glutinosa sit, facultatẽ obtinet.

## VIRE S.

Ex iis quæ diximus abunde constat vtranque Sanguisorbam in restringendis ac supprimendis sanguinis profluviiis esse efficacissimas, adeò ut nonnulli constanter asserant, eas etiã manibus gestatas sanguinem undecunque manantem sistere posse. Experiencia certè cõpertum est ad muliebri profluvium sanandum, nullum posse reperiri præsentius iis stirpibus præsidium. Glutinant etiam vulnera illarum folia, carcinomatibusque & fistulis medentur. Generosum denique ac strenuum remedium easdem esse ad dysenterias, & reliquos vètris fluxus, si ex aqua

PLANTARVM HISTORIAE

aut vino bibantur, nemini non notū est. Quid multa? Elatines herbae, cuius certe haec duae stirpes ge-

Pimpinella esse videntur, facultates habent. Quare toto coela non solo errant qui herbas has, ut supra etiam commemoratum facul ratum est, cum Pimpinella confundunt, quod haec tatibus, ipsa acris admodum sit & multum calida: illa con verū etiā trā sapore, haud secus atque Elatine, adstringente. forma à Verūm non tantūm differunt facultatibus, imò et Sanguis tiam odore, coloreq; foliorum, maximè verò florum sorba di diuersitate, ut quuis ex vtriusque herbae pictura uersa. collatione statim deprehendet.

DE SCOLYMO. CAP. CCCV.

artichaut  
d'artichaut

Scolymus Artichaut Gallis.

NOMINA.

Carduus. **Σ**κόλυμος Gracis, Carduus & Strobilus Lae  
Strobilus. tinis, Columella Cinarā dicitur. Sunt qui ho  
Cinara. die Arcocum corrupta voce nominent, primam vo  
Alcocalus rectius Alcocalum vocant: Cocali siquidem nomi  
Cocalus. ne, nux pinea, cui Scolymi capitulum simile est, ves  
Articoca- bus interiectis literis Articocalus, aut expuncta vo  
lus. cali, a, Articoclus, vel magis curtato, ut ferè fit, vo  
Articoca. cabulo, Articoles vel Articoca nūcupatur. Germani  
Strobilus bunt, aut Scrobildorn. Strobilū autē Rom. hanc  
em dicta. stirpem non alia ratione dixerunt, quàm quòd eius  
capitulum, ut diximus, structili nucleorū serie pi  
neam

nam nucem referre videtur. Cinara vero sunt qui Cinara appellatam putent, quod satum & cultum cineri: quare apibus gaudet. Alii à Cinara potius puella, quæ in ea pellata. ius speciei Carduum mutata est, dictam esse volūt.

## FORMA.

Folia habet Chamæleontis, & spine alba vocate similia, nigriora tamen ac crassiora. Caulem emittit oblongum, foliosum, in quo capitulum spinosum. Radicem vero nigram & crassam Hæc Dioscorides. Cæterum caput eius & vertex in squarosum extuberat globum, corticosis unguibus turgentem, spicisq; squamatis coagmentatum, quorum orbis exterior viuet, interior niueo candore nitescit. Flos purpureo rutilat colore, qui tandem evanescit in pappos. Caput vetustate tandem disilit in corticeas laminas, semen ostendens Cnici figura. Nos tamen integram Scolymi faciem ac picturam hoc tempore dare non potuimus, quod primo anno fructum suum non ostendat. Curabimus autem alio tempore ut studiosi integram eius habeant picturam.

## LOCVS.

Nusquam, quod sciam, in Germania provenit Cinara, nisi sata et culta. Quare Scolymus qui in hor hortensitis colitur & plantatur, verè Cinara existit. Quod propriè idè monendum esse duximus, quia inter Græcos Cinara esse constat, ut est Paulus & Aetius, qui Scolymum dicitur. à Cinara discriminant. Non est autem aliud inter Scolymus eas stirpes discrimen, quàm quod Scolymus ferus

PLANTARVM HISTORIAE

Cinara. est & syluester, Cinara verò domita cultu, ideoq; à  
 Carduus nonnullis Carduus altilis nominatur.  
 altilis.

TEMPVS.

Quum Solstitium aestiuum agitur, Scolymi flos  
 erūpit, Hesiodo in lib. ij. cui titulus Opera & dies,  
 teste, qui ea florente cicadas acerrimi cantus esse,  
 & mulieres libidinis auidissimas, virosq; in coitum  
 pigerrimos, capite, genibus, ac toto corpore præ Si-  
 ry aestu arefcentibus, scribit.

TEMPERAMENTVM.

Quæ secundum qualitatem editur actio, calidum  
 in secundo ordine completo, aut tertio incipiente,  
 medicamentum indicat, siccum verò in secundo.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Radix scolymi illita graueolentiam alarum, &  
 totius corporis emendat. Item si decocta in vino bi-  
 batur. Vrinam etiam copiosam fetidamque pellit.  
 Herba cum recens nascitur tenerescitve, asparago-  
 rum modo in olera transit.

EX GALENO.

Scolymi radix copiosam vrinam graueolentem  
 elicit, si quis eam in vino coctam bibat: ideoq; gra-  
 uolentiam sanat, tum alarum, tum totius corporis.  
 Atque hoc sanè medicamēto ex tota inest essentia,  
 vtpote eius succo existente purgatorio. Et in libro  
 secundo de alimentorum facultatibus: prauis succi  
 edulium est Cinara, præcipue cum iam durior euas-  
 serit: tum enim biliosi humoris copia abundat, to-  
 tæque

tâque eius substantia durior existit, adeoq; vt ex ipsa melancholicus, ex succo verò eius tenuis & biliosus humor producat. Proinde coctâ edere præstitit adiecto coriandro, dein ex oleo, garo, vinoq; sumatur. Si tamen in Patina aut sartagine ad esum præparetur, absque iis comedatur. Plurique enim sic eius veluti cacumina comedunt, quæ spondylos nominant.

## EX PLINIO.

Vrinâ ciere Scolymū præcipuè traditur. Sanare lichenas & lepras ex aceto. Venerè stimulare in vino, Hesiodo et Alcæo testibus, qui florète ea cicadas acerrimi cantus esse, & mulieres libidinis avidissimas, virósque in coitum pigerrimos scripsere, velut providentia naturæ hoc adiumento tunc valentissimo. Item graucolentiam alarum emendat radice emedullatæ vncia, in vini falerni heminis tribus decocta ad tertias, & à balneo ieiuno, itemq; post cibum cyathis singulis pota. Mirum est, quòd Xenocrates promittit experimento, vitium id ex alis per urinam effluere.

DE SPHATVLA FOETIDA. *manthys*CAP. CCCVI. *ringt q̄a miras*

Sphatula foetida cū Xiride magis cōuenit.

## NOMINA.

**H**erba quâ officinæ Sphatulam foetidam vocant, quòd grauem exhalet odorem, quomodo veteribus sit appellata nondum certò scire possum. Nomen quidem ipsum Xiphij seu Gladioli

Sphatula  
foetida: cur  
dicta.  
speciem

PLANTARVM HISTORIAE

*Sphata.* Speciem esse docet: *Sphata* siquidem Latinis gladii  
*Sphatula* significat. Non esse autem *Xiphium* radix eius cuius  
 foetida nõ denter admodum ostendit, quæ non est bullosa, nec  
 e? *Xiphii* gemina, ita vt altera alteri insideat, sed capillame-  
*um.* tis fibrata. Neque etiam *Sparganium* esse partim  
 Non est folia eius, quæ in terram non procumbunt, partim  
*Sparga-* etiam semina, quæ non in pilulis, sed folliculis aut  
*nium.* siliquis profert. Non videtur etiam esse *Xyris*,  
 Non est quòd illa radicem habeat longam & rufam, *Spha-*  
*Xyris.* tula verò foetida nec longam nec rufam, sed rotun-  
 dam, albam & capillatam. Tamen quicquid sit ge-  
 tilem iis esse foliorum similitudine constat. Ger-  
 mani eam *Vuandt leulzkraut*, à necandis cimi-  
 cibus appellant.

FORMA.

Folia Iridi similia habet, minora tamen & an-  
 gustiora. Caulem ex se mittit, in cuius summo follicu-  
 los aut siliquas *Pæoniæ* feminae non dissimiles  
 profert, quibus dehiscantibus semen in iis apparet  
 rotundum & rubrum. Radicem obtinet capilla-  
 mentis multis fibratam.

LOCVS.

Circa sepes & dumeta nascitur, frequens in Ita-  
 lia, nusquam tamen in Germania, quod sciam, nisi  
 sata prouenit.

TEMPVS.

Fructum seu siliquas suas autumno profert, ac  
 subinde in iis, vbi dehiscunt, semen ostendit.

TEM



## TEMPERAMENTVM.

Vehementer acrem qualitatem obtinet, ad eò ve-  
gustata, fauces quasi vrere videatur. Proinde cali-  
dam & siccam admodum esse constat.

## VIREs.

Non multum à Staphidis agricæ viribus abesse  
apparet: valenter enim abstergit. Hinc ad scabiem,  
eius potissimum succus, abigendam utilis est. Sur-  
culos etiam & spicula, perinde atque Xiphium &  
Xyris, sine dolore extrahit. Cimices quoque necat  
atque fugat.

## DE TRICHOMANE.

## CAP. CCCVII.

Weck &amp; Doct

## NOMINA.

**T**ΡΙΧΟΜΑΝΗΣ Græcè, Trichomanes, Capillaris Polytrichon  
Latine vocatur. Officinis Polytrichon falso chon offi-  
dicitur: id enim nominis Adianto herbæ, quam hoc cinarum,  
die Capillum Veneris vocant, Dioscoride & vete-  
ribus aliis testibus, debetur. Germanicè Vuidet-  
todt, oder Abthon (Gallis du Polytrichon) Trichom-  
appellatur. Trichomanes autem à facultate sua manes cur  
Græci nominauerunt, quòd scilicet fluentem capil-  
lum expleat, & subnasci faciat:  $\mu\alpha\upsilon\omicron\nu\delta$  enim ca gēs  
rarum vocant,  $\tau\rho\iota\chi\alpha$  autem capillum. Hoc etiam Capillaris  
nomine Capillarem latini dixerunt.

## FORMA.

Filici simile est Trichomanes, paruum admo-  
dum. Ex utraque parte ordine quodam folia has  
bes

PLANTARVM HISTORIAE

bet tenuia, Lentis figura, contraria inuicem, in ramulis tenuibus, splendentibus, subnigris & austeris. Cuius equidem descriptionis notæ omnes, nulla penitus reclamante, herbae illi quam hodie officinae Polytrichon vocant, pulchrè quadrant. Siquidem cauliculis iunceis, quincuncialibus, à radice statim penè foliatis constat, foliis rotundis, lenticulæ forma, aduersis inter se pediculis ramulis subnigris & nitentibus, sine flore, sine semine.

LOCVS.

Nascitur in palustribus atque umbrosis locis, humentibus muris, & iuxta fontes, haud secus atque Adiantum.

TEMPVS.

Carpitur æstate & autumnii initio.

TEMPERAMENTVM.

Trichomanes in caliditate quidè & frigiditate Symmetrū est, verūm desiccatur, extenuatur & digeritur.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Eadem potest quæ Adiantum. Cum itaque Adiantum aliunde in Germaniam sit deportandum, & Trichomanes passim proueniat, licebit hoc in alterius inopia uti. Et consultius multò ut Trichomanes utantur Officinæ, quàm Adianto adulterino. Prodest igitur Trichomanis decoctum potum asthmaticis, dyspnoicis, felle suffusis, lienosis, vrinaq; difficultatibus. Calculos frangit. Aluum sistit. Venenatorum morsibus, & stomachi fluxionibus in via

no potum medetur. Menses & secundas ducit, sanguinis autem reiectiones sistit. Crudum illinitur venenatorum moribus. Alopecias explet, strumas discutit. Furfures & achores cum lixiuio exerit. Cum ladano, myrtino, susino, aut hyssopo & vino capillos defluentes continet. Decoctum etiam eius cum lixiuio & vino si eo abstragantur, idem potest.

## EX GALENO.

Alopecias densat, & strumas & abscessus discutit, lapidesque frangit potum. Viscosorum crassorumque ex thorace pulmonisque excreationibus non mediocriter confert. Ventris profluuium sistit, nullam tamen manifestam caliditatem affert, sicut nec frigiditatem.

## EX PLINIO.

Calculos è corpore mirè pellit, frangitque, utique nigrum. Qua de causa potius quam quod in saxis nasceretur, et à nostris Saxifragum appellatum crediderim. Bibitur è vino quantum terni decerpere digiti. Urinam cient. Serpentium & araneorum venenis resistunt. In vino decocti aluum sistunt. Capitis dolores corona ex iis sedat. Contra scolopendreae morsus illinuntur, crebro auferendi ne pereant. Hoc & in alopecias. Strumas discutit, furfurisque in facie, & capitis manatia ulcera. Decoctum ex his prodest suspiriosis, & iecinori, & lieni, & felle suffusis, & hydropicis. Stranguria illinuntur, & renibus cum Absinthio. Secundas cient & menstrua.

Sanguinem

PLANTARVM HISTORIAE

Sanguinem sistunt ex aceto, aut Rubi succo poti. In-  
fantes quoque vlcerati perunguntur ex iis cum ro-  
faceo & vino prius. Folium in vrina pueri impu-  
bis, tritum quidem cum aphronitro, & illitum vē-  
tri mulierum, ne rugosus fiat, praestare dicitur. Per-  
dices & gallinaceos pugnaciores fieri putant, in ci-  
bum eorum additis, pecoriq; esse vtilissimos.

DE TELI. CAP. CCCVIII.

Fœnumgræcum corrupte, Vulgus Senecæ  
grec, per S loco F.

NOMINA.

**T**ήλις, κέρατις αἰγόκερος, βούκερος Græc-  
cis, Fœnūgræcum Latinis: officinæ genuinum  
nomen retinuerunt: Germanis Bockshorn, oder  
Kuhorn, (Gallis Fenegrei, ou Fenegrec) dicitur.  
Magna græcarū appellationum pars à siliquis  
rum quas producit figura desumpta est: hæ enim  
corniculis similes existunt. Hinc Ceraitis à cornu  
simpliciter dici cœpit: κέρας enim Græcis cornu  
est. Aegoceros autem à caprini cornu similitudine,  
quemadmodum à bubuli Buceros, quod sanè no-  
men Theophrastus libro quarto de historia plantarū  
illi imposuit. Cùm itaque corniculis similes hæ-  
beat siliquas, factum est vt illam Columella sim-  
pliciter Siliquam nominauerit, Plinius Siliciam,  
Varro Siliculam.

FORMA.

Cauliculis emicat exilibus, rubicundis, folio pe-  
nè

*fœnigræcum*

*Ceraitis  
cur dicta.  
Aegoceros  
Buceros.*

nè Trifolij, flore candido & exiguo, semine in silis  
quis oblongis, ac cornu instar incuruis fuluo. Radice  
subrotunda & oblonga inmittitur.

## LOCVS.

Satum Fœnogræcum passim ferè provenit.

## TEMPVS.

Iunio & Iulio mēsihus floret, & vnà siliquas pro  
ducit. Semen tamen in Augusto maturum legitur.

## TEMPERAMENTVM.

Fœnumgræcum calidum est secundi ordinis, desiccat primo.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Molliendi & disficiendi facultatem habet sceno-  
græci farina. Facit ad inflammationes quæ intus  
forisq; sunt si cum aqua mulsa decocta trita illina-  
tur. Lienem cū nitro & aceto subacta & illita mis-  
cuit. Decoctū eius in seculo ad muliebria mala, quæ  
cumq; per inflāmationes aut præclusiones consistūt,  
vtilē est. Expressus Fœnogræci in aqua decocti suc-  
cus, capillos, furfures & achores extemit. Cum anse-  
rino adipe pesti vice apponitur, loca quæ iuxta vte-  
rum sunt emolliens & relaxans. Viride cum aceto  
imbecillis & exulceratis locis prodest. Decoctū eius  
aduersus tenesmos, & grauiter olentia dysenterico-  
rum excrementa confert. Oleum eius cum myrtino  
capillos & in genitalibus cicatrices abstergit.

## EX GALENO.

Fœnumgræcum feruentes inflammationes irri-  
tat.

PLANTARVM HISTORIAE

tat. Quae verò minus sunt calidae, & magis durae, eas digerendo curat.

EX AETIO.

Fœnumgræcum habet etiam abstergendi vires. Variis modis comeditur, sed copiosius sumptum caput tentat. At cremor decocti Fœnogræci cum modo dico melle exhibitus, omnes deprauatos intestinorum humores educit. Permodicū esse oportet quod permiscetur mel, ne erodat. In diuturnis verò doloribus qui sine febre thoracem infestant, pingues simul palmula elixantur, inde succo expresso mel & léque admixto suppositis carbonibus rursus decoquantur vsque ad congruam consistentiam. Datur id diu ante cibum, obseruariq; oportet ne iis exhibeatur, quibus facile caput dolet: palmula enim capiti infesta sunt.

EX PLINIO.

Vis eius siccare, mollire, dissoluere. Succus decocti feminarum pluribus malis subuenit: siue duritia, siue tumor, siue contractio sit vulue, fœnentur, insidunt. Infusum quoque prodest. Furfures in facie extenuat. Spleni addito nitro decoctum & impostum medetur. Item ex aceto. Sic iecinori decoctū. Diocles difficile parientibus semen eius dedit acetabuli mensura tritum in nouem cyathis sapæ ad tertias partes bibere, vt qui biberent in calidala narentur. Et in balneo sudantibus dimidium ex relicto iterum dedit, mox à balneo reliquū, pro summo



mo auxilio. Farinã fenograci cum hordeo aut lini  
 semine decoctã aqua mulsa cõtra vulua cruciatus  
 subiecit. Itemq; imposuit imo ventri. Lepras, lenti-  
 gines, sulphuris pari portione mista farina curauit,  
 nitro antè preparata cute, sæpius die illinēs, perun-  
 gisq; præcipiēs. Theodorus Fœnograci miscuit quar-  
 tã partem purgati Nasturtij acerrimo aceto ad le-  
 pras. Damion Fœnigraci semen acetabuli dimidia  
 mensura cum sapa & aquæ nouem cyathis ad mē-  
 ses ciendos dedit potu. Noc dubitatur quin decoctũ  
 eius vtilissimum sit vuluis, interaneisq; exulcera-  
 tis, sicuti semen articulis atque præcordiis. Si verò  
 cũ Malua decoquatur, postea addito mulso potus,  
 ante cetera vuluis interaneisq; laudatur: quippe cũ  
 vapor quoque decocti plurimum possit. Alarũ etiã  
 graucolentiam decoctum Fœnograci semen emen-  
 dat. Farina porriginis capitis fursuresq; cum vino  
 & nitro celeriter tollit. In hydromelite autem de-  
 cocta addita axungia genitalibus medetur. Itẽ pa-  
 rotidi, podagra, chiragra, articulis, carnibusq; quæ  
 recedunt ab ossibus. Aceto verò subacta luxatis. Il-  
 linitur & lieni decocta in aceto, & melle tantum.  
 Carcinomata subacta ex vino purgat, mox addito  
 melle persanat. Sumitur & sorbitio è farina ad pe-  
 ctus exulceratum, lögamq; tussim. Diu decoquitur  
 donec amaritudo desinat, postea mel additur.

DE TELEPHIO. CAP.

CCCIX.

Telephium

PLANTARVM HISTORIAE

Telephium pingit vulgo Gallorum Orpin dictam herbam, in qua tamē quaedam desiderantur.

Wortstreyt

NOMINA.

**T**ΕΛΕΦΙΟΥ, ἢ ἀείζων ἄγριον Græcis, Telephium & Illecebra Latinis, officinis & vulgo Crassula maior appellatur. Sunt qui Fabā crassam, à foliorum quam cum faba habent similitudine, nominent. Germanis Vuundkraut, Knabenkraut, Fottzзуuang, Forzзuein, (Gallis du Chicotrin) dicitur. Telephium verò dictū est, quòd vnde dicitur vlcerebus malignis & deploratis, quibus Telephus Elum. Mysia rex ab Achille vulneratus cōsenuit, quæ eā Telephia etiam ob rem Telephia vocantur, auxilietur. vlcera.

GENERA.

Dioscorides duo genera facit. Vnum floribus albis, quod nobis Telephium album nominare placuit, Germanicè Vuundkraut das vueible. Alterum floribus luteis, quod Norimbergæ me vidisse memini. Damus pro illo Telephium purpurascens, quod ad differentiam prioris Telephium purpurascens appellare volumus, Germanicè Vuundkraut das mennle. Præter flores qui in primo candidi sunt, in hoc autem purpurascens.

Arctabulū albu purpurascentes, foliorum etiam colore differunt, qui in candido viridis & herbaceus existit, in purpurascente autem paulò pallidior. Cetera omnia in iis similia apparent, folia potissimum, quæ fabacca

Arctabulū albu  
Wortstreyt  
Arctabulū albu  
Wortstreyt  
Arctabulū albu  
Wortstreyt

fabacea prorsus sunt, nisi quod pinguiora, & crassiora existunt.

## FORMA.

Foliis & caule Portulacæ similis herba Telephium. Alas binas in singulis foliorum geniculis inherentes habet. Ramuli à radice seni septemve prodeunt, referti foliis caruleis, crassis, glutinosis, carnosiss: flores illi lutei, vel albi, vel purpurascetes radix ima, quod Diosco. omisit, innumeris tuberibus scatet. Nō est autem cur diuersum Telephium hoc nomine ab ea herba, quam herbarij hodie crassulā maiorem nominant, suspicemur, cum omnes reliquæ notæ à Dioscoride commemoratæ, illi adamussim conueniant. Et solenne certè est Dioscoridi vt multas notas, in his potissimum herbis quas ipse nō vidit, atque ad eò ex aliorum fide pingit, easq; maxime quidem necessarias omittat, & silentio trāscat. Quibus etiam accedit locus natalis, & facultates Telephij, quæ eadem sunt cum iis quæ Crassulæ maiori recentis herbarij adscribunt. Sunt qui alterum acetabulum esse putent, quorum sanè sententiam non admodum absurdam esse iudico.

## LOCVS.

Nascitur inter vites, locis cultis & incultis, humidis.

## TEMPVS.

Vere statim profilit, Iulio autem & Augusto mensibus floret.

## TEMPERAMENTVM.

II

Teles

PLANTARVM HISTORIAE

*Telephium* exiccat ordine secundo intenso, aut certe principio tertij, non tamen insigniter calida, verum in hoc forsitan quispiam ipsum primi esse ordinis censeat.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Folia senis horis illita, albas vitilignes sanat: sed oportet postea hordeacea farina illinere locum. Quinetiam alphas tollunt cum aceto in sole inuisita. Sed ubi inaruerint, absterguntur.

EX GALENO.

*Telephium* detergendi & exiccandi facultate est prae dicitur: proinde ad putrida ulcera conuenit, & leucas & alphas cum aceto sanat.

EX PLINIO.

Illinitur lentigini, & cum inaruit teritur. Illinitur & vitiligni, ternis ferè mensibus senis horis noctis aut diei, postea farina hordeacea illinitur. Medetur & vulneribus & fistulis.

APPENDIX.

Recentiores herbarij sua *Crassula* maiori in curandis vulneribus, & sistendo sanguinis profluvio vtuntur vt eandem esse cum *Telephio* vel hoc saltem nomine nemo dubitare debeat. Magnam autem efficaciam habere in internis potissimum vulneribus & ulceribus, mirificèque herniosis prodesse iidem tradunt.

DE TRINITATIS HERBA.

CAP. CCCX.

Herba

Herba Trinitatis nobis Pensée. *fraxillam ruyt*  
 NOMINA.

**Q**uo nomine priuatim plāta hæc Græcis aut Latinis appellata sit medicis, ignorare me fateor. Constat tamen Violæ inodore genus esse, & mea quidem sententia Iouis florem. Iouis flos. Vulgus à triplici colore floris, herbā trinitatis no- Herba tri- minat. Sunt qui Iaceam, & herbam clauellatam nitatis vi- appellāt. Germani Dreyfeltigkeytblumen, & de dicta. Freyschamkraut (Galli Herbe de la Trinité) Iacea. vocant.

## FORMA.

Herba hæc folio est initio rotundo, per ambitum serrato, processu tēporis oblongiore, cauliculo trian- gulo, intus cauo, leuiter striato, ex interuallis. geni- culato, prodeuntibus ex alarum sinu pediculis lon- gis, in quibus summam elucēt flores figura & spe- cie violarū purpurearū, superiore parte purpurei, in medio cādidi, inferiori verò lutei, radiis quibus- dam nigris distincti. Quibus decidentibus semina protuberant.

## LOCVS.

Sua spēte in aruis interdū prouenit. In hortis ta- men vt plurimum plantatur, speciosior q̄ nascitur.

## TEMPVS.

Vere viola hæc post purpuream emicat, & to- ta æstate floret.

## TEMPERAMENTVM.

Herba in gustu lentorem quendam, atque mo- dicam acrimoniam cum mordacitatem præ se fert,

II ŷ atque

PLANTARVM HISTORIAE

atque adeo à Symphyti temperamento non admodum abesse videtur, id quod etiam ex facultatibus quas illi recentiores tribuunt facile deprehenditur. Calida itaque & sicca est.

VIRE S.

Quum acrimoniae ratione incidendi vim quampiam habeat, ideo recte recetiores asthmaticis, pulmonisque phlegmonibus prodesse tradunt: collatum siquidem in thorace & pulmone pus expurgare potest. Hac ratione puerorum etiam comitialibus morbis auxilio esse solet. Cæterum non parum ad pruritum & scabiem confert, omniaque cutis vitia emendat, idque mediocris acrimoniae & siccitatis ratione. Ulcera etiam, quia viscositatem obstat, glutinare potest.

DE TEVTLO. CAP. CCCXI.

NOMINA.

**T**ΕΥΤΛΟΝ, ἢ σδύτλον Græcis, Beta Latinis appellatur. Germanis Mangolt, oder Pissen (Gallis de la Porrée, ou de la Iotte.) σδύτλον vnde dicitur etiam. autem Græci ab impulsu nominarunt, etenim cultus ratione quadam incrementum capessit arboris, neque vlli hortensium latitudo foliorum maior. Beta cur dicta. te nomen sibi adsciuit, quoniam figuram β literæ græcæ diu semine turget referre videtur. Nam summitatem in cacumine reflexam obtinet. Id quod testatum nobis reliquit Lucius Columella in suo carmine de cultu hortorum ita canens.

Nomine

Bect



Nomine tum Graio, ceu litera proxima primæ,  
 Pangitur in cera docti mucrone magistri,  
 Sic & humo pingui ferratæ cuspidis ictu  
 Deprimitur folio viridis pede candida Beta.

## G E N E R A.

Eius à colore omnes duo genera faciunt, candidam & nigram. Candida alio nomine Sicula, vt Candida Theophrastus libro octauo de historia plantarum, Beta. & Plinius libro decimonono, capite octauo, memorie prodiderunt, appellatur. Et nunc extrita litera vna ferè omnibus nostri seculi medicis Sicla nominatur. Germanicè Vuiffer Mangolt. Nigra ad a Sicla. Nigra Beta videtur tendere colorem, & à Germanis roter Mangolt vocatur.

## F O R M A.

Caulem habet striatum, bicubitalem, foliū ferè Atriplicis, flores exiguos luteos, semen in caulibus copiosum: radicem vnicam in longum protensam, è cuius lateribus aliæ, modò singulæ, modò binæ, nonnunquam ternæ funduntur, fibris multis refertæ.

## L O C V S.

In hortis passim, & cultis locis nascuntur Beta.

## T E M P V S.

Iulio & Augusto mensibus floribus & semine turgent.

## T E M P E R A M E N T V M.

Nitrosa qualitate particeps est. Nigra tamen adstrictionis quippiam adiunctum habet, & magis in radice

PLANTARVM HISTORIAE

radice quàm in aliis partibus. Simeon Sethi calidam & siccam esse in tertio ordine asserit.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Nigra Beta cum lente cocta aluum efficacius cohibet, multoq; magis radix. Cãdida aluo utilis est. Vtraque verò propter nitrosam vim quã habet mali succi est. Vnde succus earũ cum melle naribus inditus caput purgat. Aurium etiam doloribus auxiliatur. Decoctũ radicum & foliorum furfures & lãdes deterget. Permiones fotu mitigat. Crudis foliis alphos nitro prius perfrictos, alopecias prurientes, atque depascentia vlcera illini prodest. Cocta exãthematis, erysipelatis, & ambustis medetur.

EX GALENO.

Beta nitrosæ facultatis est particeps, quã tũ extergit, tum digerit, & per nares purgat. Ceterum cocta nitrositatem omnem exiit, sitq; facultatis phlegmonis aduersæ, leuiter discutientis. Porrò ad detergendum digerendũque validior est Beta alba. Nam nigra adiunctum habet quippiam adstrictionis, & magis in radice quàm aliis partibus. Beta itaque abstersorius inesse succus conspicitur, ac deò vt aluum ad excretionem extimulet, & nonnunquam stomachũ demordeat, præsertim iis quibus ille sensilior obtigit: cõque largius commansa: stomachum infestat. Huius ceterum aliorum olerũ, exigua est alimonia. Iecoris obstructionibus, quàm Malua, aptius accommodatur, magis autem vbi cũ

Sinapi

Simapi estur, aut aceto. Lienosos item similiter māducata, mirificè iuuat.

## EX PLINIO.

Nec Beta sine remedio est vtraque. Siue cādda, siue nigra radix recens & madefacta, suspensa funiculo, contra serpentium morsus efficax esse dicitur. Candida Beta cocta, & cum Allio crudo sumpta, cōtra tineas. Nigrae radices ita in aqua coctae, pruriginem tollunt, atque in totum efficacior esse traditur nigra. Succus eius capitis dolores veteres & vertigines, item sonitum aurium sedat, insusus iis. Ciet vrinam. Medetur dysentericis iniecta, & morbo regio. Dolores quoque dentium sedat illitus succus. Et contra serpentium ictus valet, sed huius radici duntaxat expressus. Ipsa verò decocta, perionibus occurrit. Albæ succus epiphoras sedat, frōte illita. Alumini pauco admixto, ignem sacrū. Si ne oleo trita licet, adustis medetur. Et contra eruptiones papularū cocta. Eadē cōtra vlcera quae serpunt. Illinitur & alopecii cruda. Et vlceribus quae in capite manāt. Succus eius cum melle naribus inditus, caput purgat. Coquitur & cum lēticula addito aceto, vt ventrem molliat. Validius cocta, fl. & Etnationes stomachi sistit & ventris.

## EX SIMEONE SETHI.

Eius succus mediocriter abstergit. Hic etiam vētrem ad effluxum proritat, & stomachū aliquādo vellicat, eorum praesertim qui hunc valde sensilem

PLANTARVM HISTORIAE

obtinēt. Quapropter edulium est stomacho infestum, si plurimum comedatur. Exiguum est eius alimentum, sicut ceterorum olerum. Vtilis verò est ad iecoris obstructiones cum aceto comesta. Pari modo si edatur, & lienis obstructionibus bonum fit medicamentum. Constat autem Beta ex contrariis facultatibus. Succus enim eius calidus est, ventrem constringit, & sitim affert. Eius verò corpus crassarium partium, flatuosum, concoctum difficile & frigidum. vèremq; sistit, maxime si qua in aqua coctum est, subinde abiiciatur.

Worm of  
veteris blosm

DE TINCTORIO FLORE.

CAP. CCCXII.

NOMINA.

**A**N herba hæc veteribus cognita fuerit nondum compertum habemus: quapropter ad germanicam alludentes appellationem, Tinctorium florem interim dum certius nomen nacti fuerimus, nominabimus. Germani Gilb oder Streich oder Ferbblumen, quod florum illius in tingendis libris & aliis quibusdam vsus sit, nuncupant. Sunt qui Ackerpfrimmen vocant.

FORMA.

Genista nõ admodum dissimilis est hæc herba: ramos enim herbaceos, vt illa habet, ac scabros, folia tamẽ paulò longiora & latiora, ad Hyssopi ferè formam accedentia, florẽ luteum, Piso simile semẽ in siliquis Lenticulae haud ad simile, radicem planè ligneam.

## LOCVS.

Provenit locis altis, incultis & aridis, atque pratis nonnullis.

## TEMPVS.

Floret Iunio & Iulio mensibus, atque deinceps semina profert.

## TEMPERAMENTVM.

Amara est haud aliter quàm Genista, vt calefacere illā & siccare in altero ordine sit euidentissimū.

## VIREs.

Vt forma & temperamento Genistæ similis est, sic etiam facultatibus haud dubiè eidem respondet. Has igitur suo loco reperies.

## DE TORDYLO. CAP. CCCXIII.

## NOMINA.

**T**όρδυλον, ἢ τordύλιον, ἢ σέσελι κρητικόν  
 Græcis: Tordylon & Tordyliō, & Sefeli Cre  
 ticum Latinis. Paulus Gordylion appellat. Germanis Beeruurtz (Gallis du Sefeli) dicitur, vt supra in capite de Dauco quoque diximus. Nā cum Dauci semen hirsutum sit, vtcumque cetera respondeant, hoc verò minimè, non est cur Daucum esse credamus.

## FORMA.

Fruticosa est herbula, semen habens rotundum, geminatū, clypeo simile, subacre, & odoratū. Quæ sanè omnes notæ huic herbæ, quæ à Germanis Beeruurtz dicitur, respondent, vt eius pictura, quam  
 in capis

## PLANTARVM HISTORIAE

*in capite de Dauco reperies, abundè docet. Hæc autem propterea radicum similitudinem inter Daucorum effigies habere locum voluimus.*

### LOCVS.

*Nascitur in Amano Ciliciæ monte. In multis etiam Germaniæ nostræ locis copiosissimè prouenit.*

### TEMPVS.

*Iulio mense floret, ac subinde semen profert.*

### TEMPERAMENTVM.

*Calfacit & exiccat, vt ex facultatibus eius abundè colligere licet.*

### VIRE. EX DIOSCORIDE.

*Potum eius semen contra vrinæ difficultatem, & ducendis mensibus prodest. Succus verò caulis seminisq; adhuc virentis trium obolorum pondere haustus decem diebus in passo, nephriticos sanat. Efficax etiam radix, cum melle siquidem linctæ, quæ in thorace sunt educit.*

### EX PAVLO.

*Cordylon alij Sefeli appellant, vrinæ & mensibus ducendis habile. Radix ipsius ex melle linctæ, quæ in thorace hærent, educit.*

### EX PLINIO.

*Combusta potu ciet menses, & pectoris excretaiones, efficaciore etiãnum radice. Succus eius ternis obolis haustus renes sanat. Additur radix eius & in malagmata.*



DE TITHYMALIS. CAP. *Wolffsmilch*  
CCCXIIII. *gogh' melch*

Tithymalorum genera passim luxuriāt,  
Reueille matin Gallis dicuntur, opinor  
quòd vrente acrimonia insomnia pariāt.

## NOMINA.

**T**ιθυμάλος, ἢ τιθυμάλου Græcis, Lactaria  
herba, & Lactuca caprina aut marina Latini-  
s, barbaris & officinis Esula, Germanis Vuolffs-  
milch (Gallis du tithymale, ou herbe à laiēt)  
dicitur. Lactariam autem herbam communi appel-  
lacione, ob commune omnibus lac, vniuersum hoc herba cur  
genus vocauerūt. Lactucā verò ob eādem causam, nominata  
quia scilicet ex hac herba haud secus atque ex La Lactuca  
Etuca secta lac fluit. Caprinam, quòd caprae Tithy caprina  
malis vescantur. GENERA. *quare vo-*

Septem sunt, Dioscoride & aliis veterib. testibus, cata.  
Tithymalorum genera. Primus Characias, id est, Characias  
vallaris dicitur, quòd vallis septisq; muniendis ido-  
neus sit. Secundus Myrsinites, à Myrti foliorum si- Myrsinio  
gura; aut à nucibus, quibus similem fert fructum, tes.  
Caryites nominatur. Hunc fructum sunt qui Nucē  
vomica, Germanis Kronaglin vocatam, esse pu-  
tent. Tertius Paralius, id est, marinus, quòd in ma- Paralius.  
ritimis nascatur, appellatur. Quartus Helioscopius, Heliosco-  
hoc est, solisequus, quia eius coma ad solis cursum pins. *greek*  
circūagitur nominatur: germanicè Sōnen vuēde- *Wolffsmilch*  
de Vuolffsmilch vocari potest. Aliis nominatur,  
grofz

PLANTARVM HISTORIAE

Cyparissif grofz Vuolffsmilch. *Quintus Cyparissias* à *Cyparissias*. *Smact* preſſi ſimilitudine nūcupatur. Germanicè cypreſſene Vuolffsmilch nominari poteſt. *Sextus Dendroides*. *dendroides*, à ramorum copia dicitur. *Septimus Platyphyllos*. *typhyllos*, id eſt, *latifolius*, à latitudine foliorum nominatur. Germanicè Breytblettere Vuolffsmilch, alij grofz Teuffelmilch vocāt. Nos ex iis generibus tria tantum depic̄ta damus, quòd reliqua videre nondum nobis licuerit. Proferent forte alij longè plura.

FORMA.

Nos ea tantum genera quorum picturas exhibemus, omiſſis aliis, describemus. *Helioscopius* itaque *Portulaca* ſimilia folia obtinet, tenuiora tamen atque rotundiora. Ramos autem à radice prodeuntes quatuor aut quinque mittit, dodrātales, tenues & rubentes, copioſo lactis liquore plenos. Caput huic eſt *Anetho* ſimile, & ſemē veluti in capitulis incluſum. Circumagitur huius coma cum ſole, vnde & *Helioscopij* nomen accepit. *Cyparissias* caulem emittit dodrantaalem, aut maiorem, ſubrubicum, ex quo germinant folia pini ſimilitudine, teneriora tamen ac tenuiora. Et in vniuerſum pino nuper natæ ſimilis eſt, vnde & nomen traxit. Abundat hæc etiam ſucco candido. *Platyphyllos* *Verbaſco* ſimilis eſt, longioraq; reliquis folia habet.

LOCVS.

*Helioscopius* in ruderibus potiſſimum, & circa oppida

oppida nascitur. Cyparissias in cāpestribus frequē-  
tissimus occurrit. Platyphyllos verò in syluis.

## TEMPVS.

Semen Tithymalorum autumnno legitur, succus  
verò incipiente pomorum lanugine.

## TEMPERAMENTVM.

Vincentem habent acrem calidamq; facultatem,  
inest verò & amaritas. Ex quarto itaque calefa-  
cientium sunt ordine, & valenter desiccant.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Vim habet Characiæ liquor lacteus aluum per  
inferna purgandi, pituitā, & bilem ducens, duorū  
obolorum pondere ex posca sumptus. Cum melicra-  
to autem vomitū cit. Appetente vindemia lacteus  
colligitur liquor. Depilat liquor hic recens ex oleo  
in sole inunctus, renascentesq; flauos & exiles effi-  
cit, tādēq; omnes destruit. Cauernis dentiū indi-  
tur, leuatq; dolores: sed cera dentes oblinendi, ne ef-  
fluens fauces aut linguam vitiet. Idē inunctus myr-  
mecias, acrochordonas, thymos & impetigines tol-  
lit. Valet etiā aduersus pterygia, carbunculos, pha-  
gedanas, gangrēnas, fistulāsque. Semē & folia ca-  
dem lacteo succo præstant, dimidiū acetabuli pōde-  
re pota. Radix drachmæ pondere cum hydromeli-  
te in spersa & pota per inferna purgat. Decocta cū  
aceto, colluto ore, dentium dolori auxiliatur. Helio-  
scopiū eandem priori vim habet, non tamen vs-  
que ad eò intentam. Nec diuersam facultatem obti-  
nent

PLANTARVM HISTORIAE

nent Cyparissias & Platyphyllos.

EX GALENO.

Validissimus Tithymalorū liquor est. Secundū locū tenet semen & folia. Sed & radix earundem facultatum particeps est, sed nō ex equo. Sanē ipsa cum aceto decocta dolores dentium sanat, maximē qui illis erosio proveniunt. Ad liquores ut qui valentio- rem vim habeant, in foramina quidem ipsa den- tium induntur. Cæterū si aliam corporis partem contigerint, continuò adurunt, ulcerantq̃: quapro- pter foris illis cera circūlinitur. Sic pilos quoq̃; suc- cus inunctus tollit. Porro quum vehemētiōr sit, oleo miscetur: & si id sepe fiat, tandē profusus radices præ- lorum adustæ corrumpentur, corpusq̃; depile reddet- tur. Eadem facultate myrmecias, acrochordonas, pterygia & thymos auferunt, detergentq̃; lichenas & psoras, quia scilicet abstergendi illis facultas in- est, propter amaritudinem. Præterea ulcerum pha- gedenica, anthracode & gægræwde, quia valēter calefaciunt & abstergūt, si in tēpore & moderatē quis utatur, iuuare poterunt. Verum enim vero & fistularum callos, eadem facultate adimunt. Porro hæc omnia genere quidem similiter, imbecillius ta- men & folia & fructus præstare possunt. Quibus sanē & ad pisces in aqua stagnali capiendos uti as- solent. Celerrimē nāque ab illis in vertiginem acti, ac semimortui redditi, ad aquæ superficiem ferunt- tur. Cæterū quū septem sint eorum genera, valen- tissimus

tissimus est quem Characiam nominant, & Myrsinites, & qui in petris nascitur ad modum arboris: deinceps qui verbasco adsimilis est, & Cyparissias: post Paralium, denique Helioscopium. Proportione vero comprehensa illorum facultatis & cinis & lixiuum erit. EX PLINIO.

Tradunt toties purgari hydropicos sico sumpta, quot guttas lactis Characiam exceperit. Est & semine in usu cum melle decoctum ad catapotia soluenda alui gratia. Semen & dentium cauis cera includitur. Colluntur & dentes succo radices decoctae in vino aut oleo. Illinunt & lichenas succo, bibuntque eum ut purgent vomitiones, & aluo soluta, alias stomacho inutilem. Trahit pituitam sale adiecto in potu, bilem aphronitro. Si per alium purgari libeat, in posca: si vomitione, in passo aut aqua mulsa. Media potio tribus obolis constat. Ficos a cibo sumptis se melius est. Fauces urit leniter. Est enim tam feruentis naturae, ut per se extra corpori impositum, pustulas ignium modo faciat, & pro caustico in usu sit. Helioscopium trahit bilem per inferna in oxy-melite dimidio acetabulo. Caeteri usus qui Characiam. Cyparissia eadem vis quae Helioscopio aut Characiam. Platyphyllos pisces necat, alium soluit, radice vel foliis, vel succo in mulso, aut aqua mulsa drachmis quatuor. Detrahit priuatim aquas.

DE TRIPHYLLO.

CAP. CCCXV.





leum habentibus, profert. Radicem denique longam, candidam ac validam habet, vt prorsus nihil sit quod descriptioni non respondeat.

## LOCVS.

Sponte sua in Germania non prouenit. Satum verò nulla difficultate prodit.

## TEMPVS.

Iulio mense floret, ac subinde semen producit.

## TEMPERAMENTVM.

Calidum est & siccum in tertio ordine.

## VIRE.S. EX DIOSCORIDE.

Semen & folia in aqua pota lateris dolore laborantibus, difficultati vrinæ, comitialibus, incipienti aquæ inter cutem, vuluæq; strangulationibus auxiliantur. Menses etiam ducunt. Oportet autem seminis tres, foliorum verò quatuor drachmas dare. Succurrunt & venenatorum morsibus folia trita cum oxymelite & pota. Reserūt quidam, si totius fruticis radicis & foliorum decocto foueantur facti ex serpentium morsibus dolores, eos mitigari. Si verò aliud vlcus habens eodem illo decocto quo quispiam sanatus fuerit foueatur, eadem sentit quæ morfi à serpentibus. Dant quidam etiam in tertianis bibenda folia eius tria, aut totidem semina cum vino, in quartanis autem quatuor, veluti quæ circuitus soluere possunt. Miscetur verò eius radix & antidotis.

## EX GALENO.

KK

Triphyllum

PLANTARVM HISTORIAE

*Triphyllum* potum laterum dolores ab obstru-  
Etione natos inuat, vrinam & menses prouocat.

EX PLINIO.

*Trifolium* scio credi preualere contra serpentium  
ictus & scorpionum, ex vino aut posca. seminis gra-  
nis viginti potis, vel foliis, & tota herba decocta,  
serpentesque nunquam in *Trifolio* aspici. Præterea  
celebratis autoribus contra omnia venena pro an-  
tidoto sufficere viginti quinque grana eius.

APPENDIX.

Debet eius *Trifolij* odorati vsus esse subinde in  
omnibus officinis, quod mirificè venenis aduersetur  
& ad vlcera malefica sananda perquam utile sit.

APPENDIX ALTERA.

Non latet hanc herbã propè accedere ad descri-  
ptionem *Loti sylvestris*. Caudem nanque fert bicu-  
bitalem, & aliquãdo maiorem, numerosis alarum  
cauis. Folia *Trifolio* quod in pratis nascitur simi-  
lia: semen *Fœnogræco* ita respondens, vt nisi minus  
esset, vix ab inuicem discerneres: sapore item me-  
dicato. Tamen non minus accedit etiam ad *Trifo-*  
*lij acuti* picturam. Frutex enim verius esse quàm  
herba videtur, cubito maior, virgas habens tenues,  
nigras, iuncosa adnata obtinentes, in quibus sunt  
folia *Loti* in singulis pediculis tria, in ambitu cu-  
spidibus serrata, vt hinc commodissimè dici mereas-  
tur, ὀξύφυλλον. Hæc etiam odorata sunt vehemen-  
ter, vt nonnullis caput offendant: & ad bituminis  
certè

certè odorem proximè accedunt, sed non parum tamen suauior & iucundior est. Florem præterea ex se mittit purpureum, hoc est, ad purpuræ colorem nonnihil accedentem: ex a. bo enim purpureus, aut subcæruleus est. Semen etiam modicè latū, & subhirsutum, ex altero sine veluti corpus obtinēs. Quod ego non de ipso quidem nudo semine, sed de eius potius folliculo, quod in cacumine planè aculeatum ac veluti cornutum existit, intelligendum puto. Radix denique illi longa, gracilis, & tenax existit, nihilque est in tota descriptione quod ei aptissimè nõ quadrat. Accedit præterea amaritudo quæ in semine non est obscura, pulchrè sibi etiam Trifolij odorati facultates vendicans: mouent enim quæ amara sunt vrinam, menses ducūt, comitialibus prosunt, aliæque quæ Dioscorides Trifolio huic adscribit efficere possunt. Quare iis rationibus motus, à concepta sententia discedere nondum queo, nisi contingat nobis aliam intueri stirpem, cuius semina, atque adeò grana ipsa hirsuta, & cornuta existant. Quanquam non lateat parum admodum referre vtram sententiam, nostram aut aliorum amplectarū, cum Lotus & Trifolium facultatibus non multū aut serè nihil distent. In hoc tamen semine, quod nos Trifolij odorati esse contendimus, nulla inesse apparet adstrictio, quā tamen in Loti semine Dioscorides requirit. Quod pro confirmanda nostra sententia adiicere volumus.

PLANTARVM HISTORIAE  
DE TRIFOLIO PRATENSI.  
CAP. CCCXVI.  
NOMINA.

**T**ρίφυλλον ἢ χορὸς τριπύλλοις γεννώμενον  
Græcis, Trifolium pratense Latinis dicitur.  
Officinæ Latinum nomen retinuerunt, & simpliciter  
Trifolium vocant. Utendum verò illis esset odo-  
rato Trifolio, quemadmodum altero ab hinc capis-  
te diximus. Germanis Vuysenklec (Gallis Tre-  
fle) nominatur.

GENERA.

Tria gene- Tria apud nos passim in pratis proueniētia Tri-  
ra praten- folij inueniuntur fastigia, quorum primum à floribus  
sis Trifo- bus purpureis, Trifolium pratense purpureum, Ger-  
lij. manicè braun Vuysenklec, alterū itidem à flo-  
Purpureū ribus suis candidis, Trifolium pratense candidum,  
Candidū. Germanicè Vueisz Vuysenklec, & tertium lu-  
Luteum. teum, Germanicè geel Vuysenklec appellauis-  
mus. Quod ad folia ipsa attinet, non admodū dif-  
ferunt: quoduis enim horum generum tribus cōstat  
foliis, quæ in primo sunt latiora & herbacea, in se-  
cundo autem longiora & angustiora, magisq; palles-  
centia candicantiæve. In tertio sunt minora & ro-  
tunda, atque ad Fœnigræci folia accedentia. Sunt  
qui hoc genus Lagopum esse putent. Sed de Lago-  
po suo diximus loco.

FORMA.

Caulem rotundum, cubitalem obtinent, ramos  
exiles,

exiles, folia per interualla tria: flores in summo aut  
purpureos, aut candidos, aut luteos: radicem longam  
& lignosam.

## LOCVS.

Scatet iis prata omnia, vnde etiam nome nacta.

## TEMPVS.

Florent Maio & Iunio mensibus.

## TEMPERAMENTVM.

Adstrictoria cuiusdam qualitatis sensum in gustu  
prae se ferunt, non tamen multum admodum, vt  
nihilominus sint tenuium partium & exiccatoria,  
quoad quidem etiam exigua quasi acrimonia praedi-  
ta videantur.

## VIRE S.

Haud dubie mediocriter concoquendi & exiccandi vim possident, vt non temere quidam ex recentioribus herbariis tradant, Trifolia haec albo muliebri profluvio mirifice conferre. Eadem etiam inflammationibus imposita, eas concoquunt, & ad maturationem perducunt.

## DE TRAGOPOGONE.

## CAP. CCCXVII.

## NOMINA.

εγυρωγρον, ή κομη Græcis nominatur,

Tur, Latinis Hirci barba, & Coma: of=Hirci barficinis ignota est herba. Germanis Bo-

eksbart & Gauchbrot (Gallis Barbe de Bouc dicitur. Hieronymus herbarius Braunschweigensis

PLANTARVM HISTORIAE

sis magno errore hypocisthida in hac herba nasci putavit. Sic autē eam Græci vocarunt, quod à ca-

Tragopo = lyce eius promissæ pēdeāt barba, vel rectius quod  
gon cur lutei illius flores in volucres barbūlas evanescent.  
dicta.

FORMA.

Caulē habet exiguum, longum tamen, & bicu-  
bitalem interdū, geniculatur, folia Croco similia,  
radicē longam & dulcem, supra caulem calycem  
magnum, & in eius summo semen nigrum, florem  
luteum, qui in canescentes barbūlas fatiscit. Hæc es-  
tiam cūm carpitur lacte manat.

LOCVS.

Sua sponte in pratis nascitur.

TEMPVS.

Maiō & Iunio mensibus floret.

TEMPERAMENTVM.

Dulcedo quæ in radice ac tota serē planta appa-  
ret, satis monstrat eam esse caliditate tepida prædi-  
tam, & modicē humidam.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Herba & cruda & cocta edendo est.

APPENDIX.

Ex recentiorum traditione, & temperamenti ra-  
tione, æstuanti stomacho utilis est herba, thoracis  
& iecoris vitiiis, renum item & vesicæ malis. Suc-  
cus eiusdē mirificè laterum doloribus auxiliatur.

DE TYPHA. CAP. CCCXVIII.

Ty-



Typha in stagnis frequens, Marteau quibusdam dicitur, quòd flos dura densitate longus, mallei formam & pondus imitetur.

Cætera omisimus, quòd vel essent medicis nota, vel nomen vulgo & officinis non haberent, aut saltem non aliud quàm quod à Fuschio diligentissimè scribitur: Cuius dotis & magnis laboribus gratia imprimis est habenda, quos in plantis non solum describendis, sed etiam affabrè pingendis, in studiosorum gratiam insumpsit: Longè interim valere iussis, qui omnia calūniari, nihil vtile meditari solent.

NOMINA. *L. S. d. d. c. y*

**T**YPHA Græcis, Typha latinis, officinis inusitata. Germa. Mosz, oder Narrékolb (Gallis Plante semblable aux masses de Beaux) dicitur. A nonnullis Knospen vnd Lieszen.

FORMA.

Folium profert Cyperidi simile, caulem leuè, enodum, cuius in summo capite flos obducitur densus, euadens in pappum seu lanuginem. Quæ descriptio huic plâta sic quadrat, vt nulla sit nota quæ reclamet. Folio siquidem Cyperidis erumpit, caule alto, leui, plano, enodi, cuius cacumen densa florum congerie stipatur, & veluti spissa cingitur lanugine, quæ in pappos tandem evanescit.

PLANTARVM HISTORIAE

LOCVS.

*Gignitur in palustribus & stagnantibus aquis.*

TEMPVS.

*Iulio mense caulis lanosa floccorum densitate obducitur. Augusto autem in pappos abit, & euanescit.*

TEMPERAMENTVM.

*Quantum ex viribus eiusdem colligi potest, non euidenter, potissimum eius flos, calefacit & refrigerat, modicèque abstergit, aque adè exiccat. Quum enim ambustis medeatur, & ambusta, Paulo libro quarto, capite xi. teste, medicamenta quæ mediocriter citra insignem caliditatem aut frigiditatem abstergunt, requirant, sequitur hoc quale diximus temperamentum obtinere.*

VIRE. EX DIOSCORIDE.

*Flos eius cum suillo adipe vetuſto eloto exceptus ambustis medetur.*

DE TURCICO FRUMENTO.

CAP. CCCXIX.

NOMINA.

**H**oc frumentum, vt alia multa, ex eorum est genere quæ aliunde ad nos translata sunt. E Turcicum Græcia autè & Asia in Germaniã venit, vnde Tur frumentũ cicum frumētum appellatum est: Asiam enim vniuersam hodie immanissimus Turca occupat. Germani etiã ad loca vnde affertur respicientes, Turckisch korn, (Gal. Ble de Turquie) nominant.

## G E N E R A.

Quatuor huius frumenti reperiuntur genera. Quoddam enim grana rufa, quoddam verò purpurea, aliquod lutea, aliquod subcandida grana profert. Spicarum seu panicularum etiam in iis est diuersitas: etsi enim omnes muticæ sint, tamen alia candidos, alia luteos, alia purpureos, prout scilicet grana colorata erunt, flores obtinet. Aliàs, quòd ad formam attinet, in iis nulla est differentia.

## F O R M A.

Culmum habet crassum, rotundum, altum longumve, infima eius parte purpureum, geniculis intersectum: folia oblonga & harundinacea, in summitate paniculas, aut spicam muticam, & granis vacuam, instar secales florentem nunc luteo, nunc candido, nunc purpureo colore, prout fructus quem profert coloratus est. Fructum verò & grana triangulari, diuersis iam commemoratis coloribus tincta, in foliacis, rotundis ac crassis membranis ac vaginis, quæ è lateribus geniculorum ferè singulorū prodeunt, contenta obtinent, coaceruata ac penitissimè iuncta, inq; octo aut decè versus ordine digesta. E fastigio vaginarum capilli tenues, iam cædido, iam luteo, nunc purpureo colore maculati dependent, ut pictura satis ostendit, quæ vnica quidè tibi omnia genera representabit. Hæc in vna vagina quatuor tibi granorum colores monstrat, cum tamen quavis vnus duntaxat coloris grana, nèpe aut latea, aut purpurea,

PLANTARVM HISTORIAE

purpurea, aut rufa, aut subcandida omnia habeat.  
 Quod nos, ne aliquem pictura deciperet, monen-  
 dum esse duximus.

LOCVS

È Græcia vel Asia, vt dictū est, primū ad nos  
 peruenit. Nunc autē passim in omnibus hortis pro-  
 uenit.

TEMPVS.

Scrītur mense Aprili, nec nisi sub finem Augusti  
 & initia Septembris ad maturitatem peruenit.

TEMPERAMENTVM.

Dulcedinem & lentorem quandam grana gustu  
 præ se ferunt, vt haud dubiè idem cum Tritico ha-  
 beat temperamentum.

VIRE S.

Cū idem cum Tritico habere videatur tempe-  
 ramentum, easdem etiam obtineat facultates ne-  
 cesse est. Grana itaque teruntur in cādidiſsimā fa-  
 rinā, quæ in panificia subinde cogitur. Panis tamen  
 ille lentoris quiddam & obstruentis naturæ habet.  
 Hinc est quod in Asia & Turcia illius nullum in  
 cibo vsū esse, nisi cū annona premit inopia, di-  
 cunt. Cæterū foliorum succum refrigerādi facul-  
 tatem obtinere tradunt, hinc ad erysipelata vtilem  
 admodum esse coniiciunt.

DE THYMO. CAP. CCCXX.  
 NOMINA.

Serpyllū  
 Romanū.

Ⓜ Quos Græcis, Thymus latinis, herbariis vul-  
 garibus Serpyllū Romanum, haud dubiè ab  
 odore

odore quē cum Serpyllo communem habet, dicitur. Officinæ antiquum nomen retinuerunt. Germanis Thym, & Romischer quēdel (Gallis du Tin, Thymus ou Thim) vocatur. Thymus autē Græcis ab exci vnde distando, quod θύει dicunt, nomen inuenit. Nonnullis etiam potius hoc placet etymum, vt Thymos quasi thymos, hoc est, sanguinem impellens dicatur.

## FORMA.

Thymus surculosus frutex est, minutis multis & angustis foliis circumdatus, in summo capitula floribus purpureis referta habens. Ex qua sanè delineatione omnibus conspicuum sit, herbā cuius picturā damus esse Thymum. Dodrantalis enim & surculosus frutex est, foliis exiguis, flosculis ex purpura candicantibus, suauissimi odoris, capitella specie cōplicatarum formicarum, radice lignosa, enascentias virides multas obtinente, quibus in terra radiscatur.

## LOCVS.

Nascitur petrosis & tenuibus locis: neque enim locum pinguem, neque stercoreatum, sed apricū desiderat. Nunc in hortis multis Germaniæ prouenit.

## TEMPVS.

Floret serò, quòd Theophrastus etiam libro sexto de historiaplantarum, capite secundo testatur, circa Solstitia, cum & apes decerpūt, & augurium mellis est.

## TEMPERAMENTVM.

Thymus vehemēter calefacit. Itaque in calefaciēdo

PLANTARVM HISTORIAE

ciendo & exiccando in tertio ordine statuendus est.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Potus cum sale & aceto, pituitam per aluum discutit. Decoctum eius cum melle orthopnoicis & asthma-  
maticis prodest. Lumbricos v̄tris, menses, fœtus &  
secundas pellit. Vrinam ciet. Mixtus melle in ecleo-  
gmate, excreabilia efficit thoracis vitia. Recentia  
cedemata cum aceto illitus discutit. Sanguinis grus-  
mos dissoluit. Thymos & verrucas pensiles tollit.  
Ischiadicis cum vino & polenta impositus auxiliatur.  
Hebetibus oculis in cibo sumptus opitulatur. Va-  
tilis etiam pro condimento in sanitatis vsu.

EX GALENO.

Thymus incidit, & calefacit manifestè: ob id &  
vrimam & menses prouocat, fœtum euellit, & vis-  
cera potus expurgat, educendis ex thorace & pul-  
mone confert.

EX AETIO.

Hæc experimentis de Thymo cõperta sunt. Dato  
ieiunis articulari morbo laborantibus, Thymi a-  
ridi minutissimi drachmas quatuor cum oxymeli-  
tis cyatho. Bilem enim reliquosque humores atque  
acrem saniem euacuat. Facit & ad vesicæ mala.  
Ventre inflatis, vbi intumescere cœperint, drachmã  
vnã dato ieiuno cum cochleari aquæ mulsæ. Ad  
lumborum coxendiciumque dolorem, laterisque  
& thoracis, ac hypochondriorum suspensiones, ac  
inflationes, pondere trium drachmarum cum oxymelite



melite temperato, mensura cochleari ieiuno exhibeto. Similiter etiam & melancholicis, & mente turbatis, timoreq; detentis drachmas tres cum oxy melitis temperati cochleari præbeto. Dato item ieiunis & ante cenam aduersus lippitudinem, & vehementem oculorum dolorem. Præterea contra podagram, etiam quæ motū omnino interceperit, cum vino vtilissimè propinatur. Postremò ad tumefactos testes, ieiunis trium drachmarum pōdere exhibeatur.

## EX PLINIO.

Oculorum claritati multū conferre existimatur, & in cibo, & in medicamentis. Item diutinae tussi ecligmate faciles excreationes facere cum aceto & sale. Sanguinè concreescere non patitur è melle. Longas faucium destillationes extrà illita cum Sinapi extenuat: item stomachi & ventris vitia. Modicè tamen vtendum est, quoniam excalfacit, quanuis sistat aluum: quæ si exulcerata sit, denarij pondus in sextarium aceti & mellis addi oportet. Item si lateralis dolor sit, aut inter scapulas, aut in thorace. Præcordiis medentur ex aceto cum melle: quæ potio datur & in alienatione mentis & melancholicis. Datur & comitialibus, quos correptos olfactus excitat Thymi. Aiūt & dormire eos oportere in molli Thymo. Prodest & orthopnoicis & anhelationi, mulierumq; mensibus retardatis. Vel, si emorti sint in vtero partus, decoctum in aqua ad tertias.

PLANTARVM HISTORIAE

tertias. Viris verò contra inflationes, cum melle & aceto. Et si venter turgeat, testésve aut vesicæ dolor exigat. E vino tumores & impetus tollit impositum. Item cum aceto, callum & verrucas. Coxen dicibus imponitur cum vino. Articularibus morbis trium obolorum pondere in tribus cyathis aceti & mellis. Et in fastidio, tritum cum sale.

DE TEUCRIO. CAP. CCCXXI.

NOMINA.

grooti Chamidrys

Θύριον, ἢ χαμυδρύς Græcis, Teucrion

Teucrion unde dictum. **T** Latinis appellatur. Officinis ignotum. Germanis groß Bathengel dicitur. Teucrium autè vocatum est Græcis pariter & Latinis, quòd Teucer Aiacis frater hoc inuenerit. Inuentum verò ab eo sic tradit Plinius. Quum exta in sacrificio sua per id proiecta fuissent, lieni adhæsit, cumq; exinanivit. Proinde quod casus ostenderat, obseruatumq; à Teucro fuit, ad æternum humani beneficii decus

Teucrion hoc diuersum ab Hemionitide, quod à Plinio etiã Teucrium appellari diximus. Chamædry autem nomina est hæc herba, quòd Chamædry similima sit, adeò vt vicissim etiam Chamædry hoc nomine, vt suo dicemus loco, dicta sit Teucrium. Maius tamen est Teucrium quam sit Chamædry, vt merito Germanis groß Batlengel nuncupari queat.

FORMA.

Herba est virga referens effigiem, Chamædry simili.

similis, tenui folio, non multū Ciceri dissimile. Hæc  
 quanquam breuissima sit Teucree delineatio, tamē  
 abundē mōstrat herbam hanc, cuius picturam ex-  
 hibemus, esse verum Teucrium, cū nihil Chamæ-  
 dry magis simile dici queat, si diligenter vtriusque  
 plantæ notas expendas.

## LOCVS.

Nusquam, quod sciam, sponte sua in Germania  
 prouenit. Satum tamen copiose nascitur. In Cilicia  
 plurimum habetur. TEMPVS.

Floret Iunio & Iulio mensibus, ac subinde se-  
 men producit.

## TEMPERAMENTVM.

In secundo excalescentium, tertio autem exsic-  
 cantium existit ordine.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Viride cum posca potum, aut aridum decoctum  
 ac haustum, lienem potenter minuit. Lienosis cum  
 ficis & aceto illinitur. Venenatorum autem morstu-  
 bus cum aceto sine ficis.

## EX GALENO.

Teucrium incidendi, & tenuium partium fa-  
 cultatis est, quare lienes sanat.

## EX PLINIO.

Recens Teucra in posca, vel sicca defervefacta,  
 potu lienem efficaciter consumit. Item ex aqua illi-  
 nitur. Pota arida & decocta quantum manus cap-  
 iat, i acetum heminis trib. licni medetur. Ad vulnus  
 illini

PLANTARVM HISTORIAE

illinitur eadem cum aceto, aut si tolerari non possit,  
ex fico vel aqua. Serpentium plagis imponitur cum  
aceto tantum.

DE HYPERICO. CAP.

CCCXXII.

NOMINA.

Sem Jamb rivi

**Υ**περικόν, ἁνδροσεύμων, χαμαίτυτος  
Græcis, Hypericum Latinis dicitur. Nomen  
latinum in officinis seruat. Vulgus herbariorū Per-  
foratā vocat, quòd folia soli obiecta innumeris fo-  
Perforata ramini- bus scateret, & omni ex parte punctis qui-  
busdam pertundi videantur. Herbam quoque diui  
Iohannis appellant. Germanis S. Iohans kraut  
Androsæ = (Gallis Mille pertuis) nominatur. Androsæ ob  
mon. florem eius qui digitis confricatus sanguineum e-  
Chamaepi mittit liquorem, dixerunt. Chamaepitys verò ab os  
tys. dore seminis resinaceo nominata est. Fugam demo-  
Fuga dæ= num aliqui, quòd superstitione quadam inducti, su  
monum. gare posse demones crediderint, appellauerunt.

FORMA.

Folia Rutæ similia habet, surculosus frutex, dor-  
drantalibus, rubescens. Florem luteum, qui digitis at-  
tritum sanguineum emittit succum, qua ratione An-  
drosæmon, quasi humanum dixeris sanguinem, apo-  
pellatur. Siliquas gerit hirsutas, in rotunditate ob-  
longas, hordei magnitudine, in quibus semen nigrum,  
resinam obolens. Cuius nimirum descriptionis notæ  
ita herbe illi, quam Perforatam vocat nostri tem-  
poris

poris herbarii, respondent, vt nemo nisi prorsus præ-  
 fracto sit animo, Hypericum esse deinceps reclama-  
 re possit. Siquidem surculosa est herba, dodrantalis,  
 subrubens, folio Ruta, flore luteo, quem si digitis li-  
 beat terere, manus profectò inuenies sanguineo succo  
 cruentatas. Siliqua denique terere, hordei ma-  
 gnitudine, semine intus nigro, resinam olente. Duo  
 itaque in Perforata inueniuntur, quæ esse Hyperic-  
 cum certam tibi faciunt fidem, cruentus nempe flo-  
 ris triti succus, odorq; seminis resinaceus, qui diuer-  
 sum sentiunt haud dubiè Marcelli Florentini inter Marcelli  
 pretatione falsa seducti sunt, qui flore albo constat Florentini  
 re Hypericum asserit, cum tamen in Dioscoride sit, erratum.  
 "αυθος" ε' χον μη' λινον, hoc est, florem luteum habes.

## LOCVS.

Gignitur in cultis, & asperis locis.

## TEMPVS.

Æstate floret, Iulio potissimum & Augusto  
 mensibus.

## TEMPERAMENTVM.

Hypericum calefacit & exiccat, tenuisq; sub-  
 stantiæ est.

## VIRE S. EX DIOSCORIDE.

Vrinam cit, menstrua ducit appositum. A tertianis  
 quartanisq; cum vino potum liberat. Semè qua-  
 draginta diebus potum ischiadicis medetur. Folia  
 cum semine illita sanant ambusta.

## EX GALENO.

LL Menses

PLANTARVM HISTORIAE

Menses & vrinas prouocat: sed ad hæc totus sum-  
mendus est fructus, non tantum semen. Cum foliis  
illitus viridis ad cicatricem ducit cum alia, cum es-  
tiam ambusta. Cæterum si sicca contusa inspergas,  
humida & putredinosa vlcera sanabis. Sunt nonnul-  
li qui ischiadici bibendum exhibent.

EX PLINIO.

Natura semini Hyperici spissandi. Aluum sistit,  
vrinam cit, ad calculos vesicæ cum vino bibitur.

DE HYOSCYAMO. CAP.

CCCXXIII.

NOMINA.

*Befferney*

Altercū. Y ὄσχυαμος Græcis, Hyoscyamus, Apol-  
linaris Latinis dicitur. Arabibus Plinius  
Altercum vocari testatur. Officinis cor-  
rupta voce Iusquiamus dicitur. Germanis Bilsam-  
kraut, vel simpliciter Bil sen, (Gallis du Iusquia-  
me, ou de la Hanebane.) Hyoscyamon autem  
Hyoscyam Græci videntur appellare quasi fabam suillam a-  
mon vnde prinamve, quod, vt in historia sua Helianus in-  
dictum. quit, pastu huius herbe conuellantur sues aprive,  
presenti mortis periculo, nisi copiosa aqua statim  
se foris & intus proluerint. Adeuntq; aquas non vt  
proluant se tantum, verum etiam vt caneros venen-  
tur: iis enim naclis protinus sanitati restituntur.  
Atque hinc est quod à nonnullis etiam Germanis  
Apollinaz Seuubon nominetur. Apollinarem verò Latini ab  
vis. Apolline medicinae inuentore dixerunt.



## G E N E R A.

Tria sunt Hyoscyami genera. Vnum purpureos NigerHy fert flores, folia Smilaci similia, semen nigrum, osycamus. cythinos duros & spinosos. Hoc nigrum herbarii appellant. Alterum flores luteos ceu mâli effigie, folia & siliquas teneriores, semen subflauū ceu Irion, Flauus. flauum vocant. Et hoc est quod pictum damus. Tertium vtile ad medicinam, placidissimum existens, pingue, tenerum, lanuginosum, flore & semine candido: album nominant. Quòd si verò illud non adfit, vtendum flauo erit. Nigrum vt deterrimum improbandum. Albus.

## F O R M A.

Frutex est caules emittens crassos, folia lata, oblonga, incisa, nigra, hirsuta. Per caulem deinceps flores prodeunt veluti mâli punici cytini, clypeolis septi, semine, vt Papaueris, plenis. Quid multa? frutex est tristi aspectu, folio lato, longo, pingui, hirsuto, venoso, & laciniato: caulibus crassis, è quorum latere flores prodeunt tanquam mâlorū punicorum cytini, muricatis calycibus, ramos continua serie vestientibus, semine intus Papaueris refertis.

## L O C V S.

Primum genus in Galatia nascitur. Alterū passim circa littora, & inter ruinas & rudera prouenit. Tertium in Maritimis & ruderibus.

## T E M P V S.

Semen nullum nisi postquā inaruerit legendum.

LL ij Flores

PLANTARVM HISTORIAE

Floret ferè per integram astatem, potissimum Iulio mense.

TEMPERAMENTVM.

Candidus ex tertio quodammodo ordine refrigerantium est. Reliqua duo genera venosa.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Exprimitur succus ex toto semine, foliis, caulibusq; , in quem vsum tunduntur omnia, expressusq; in sole siccatur. Vsus eius ad annum vsque: facile enim putrescit. Exprimitur priuatim etiã succus ex arido semine, aqua calida persuso, tuso et expresso. Est verò succus liquore præstantior, & magis dolores finit. Herba autè virens confusa, & trimestri farina mixta in pastillos conformatur & reconditur. Prior verò succi expressio, & quod à semine exprimitur, collyriis dolorem lenientibus commode miscetur, & contra acres calidasq; fluxiones, dolores aurium, & vuluæ vitia. Cum farina autè aut polenta, contra oculorum, pedum, aliasq; inflammationes. Semen eadem potest. Facit ad tussim, destillatione, oculorū fluxionem, vehementes dolores, miltiebria profluvia, aliasq; sanguinis eruptiones, oboli pondere cum Papaueris semine, & aqua mulsa positum. Cōfert podagris, testibus inflatis, mammisq; à partu turgentibus, si tritum cum vino illinitur. Miscetur vtiliter & aliis cataplasmatibus dolorem leuantibus. Folia omnibus medicamentis dolorem sedantibus, per se, & cum polenta mixta vtiliter illinuntur.

Recentia

Recentia ad mitigandos omnes dolores illinuntur. Tria aut quatuor cum vino pota, hepialas febres sanant. Decocta olerum modo, & triblii mensura comesta, mediocrem insaniam gignunt. Idem efficere tradunt, si in collo vlcus habenti quis per clysterem infundat. Radice in aceto decocta, dentes in dolore colluuntur.

## EX GALENO.

Hyoſcyamus cuius semen atrum est, insaniam & soporem affert. Huic is cui semen mediocriter flavum est, propinquam facultatem obtinet. Fugiendi autē utriq; sunt ut inutiles & venenosi. Ceterum cuius semen ac flos candidus est, ad sanationes vel maximè idoneus est.

## EX PLINIO.

Hyoſcyamum contra canum morsus valet, inq; vulnera cum melle imponitur. Contusum cum foliis ex vino datur peculiariter contra aspidas. Eius succus sanguinè excreantibus medetur. Nidor quoque accensitussientibus. Usus seminis & per se, & succo expresso. Exprimitur separatim, & caulibus foliūq; utuntur, & radice, temeraria in totum (ut arbitror) medicina. Quippe etiam foliis constat mentem corrumpi, si plura quàm quatuor bibantur. Etiam antiqui in vino febrem depelli arbitrabantur. Et oleum sit ex semine, quod ipsum auribus infusum tentat mentem.

Mertz Blœmi  
in mofa  
42007 vj

PLANTARVM HISTORIAE  
DE HYACINTHO .CAP.  
CCCXXIII.

NOMINA.

αὐκινθος Graecis, Hyacinthus Latinis, officina  
Y cinis incognitus, Germanis Blauu Mertz  
enblamlin, quòd videlicet cū Viola pura  
purea in Martio & primo vere erūpat, appellatur.  
(Ga. Vne Iacinte, ou vaciet.) GENERA.

Albi Hya  
cinthi.  
Duplices sunt Hyacinthi, albi & caerulei, vt ex  
hoc Columellæ carmine colligi potest. Necnon vel  
niveos, vel caeruleos hyacinthos. Albos verò non in-  
telligas prorsus candidos, sed eos potius qui si cum  
caeruleis conferas pallefcere videntur, quemadmo-  
dum pictura affabrè tibi demonstrat. Germani al-  
bum fceminam, sicut caeruleum marem vocant. Sūt  
qui ad ætatem hanc differentiã coloris referre vo-  
lunt, quorum ego sententiam veriore esse existi-  
mo: cū enim adolefcunt, pallefcere incipiunt. Cae-  
ruleū autē Hyacinthū nostra terra triplicē produ-  
cit, vt è pictura manifestè cernere licet: maximū,  
maiorē, & minorē. Minor floribus differt plurimū  
à maiore: in illo enim maiores ac patētiores, in hoc  
autem minores & quasi orbiculati sunt flores. Om-  
nibus autem descriptio, vt ex iis quæ statim sub-  
iiciemus planum fiet, pulchrè conuenit, vt hinc con-  
generes herbas esse conicere cuius liceat.

FORMA.

Folia Bulbo similia habet, canlem dodrantalem,  
leuem,

leuem, minimo digito tenuiore, viridem, comam adiacentem incuruam, plenam florum purpureorum, radicem & ipsam bulbosam. Hac certe descriptio ita picturis quas damus quadrat, ut nulla prorsus sit eius nota quae illas non appositissime exprimat. Folia siquidem Bulbi protinus à radice prodeunt, caulibus dodrantalis, leuis, & minimo digito tenuior, herbaceus, coma procumbens incurua, plena florum purpureorum, radix bulbacea. Verum posset aliquis cauillari, hos quos descripsimus flores non esse Hyacinthos, quod in iis discurrentibus venis Graecarum literarum figura  $\alpha$ , ut Pli. li. xxi. ca. xi. prodidit, & Poeta fabulatur, haud inscripta legatur. Cui sic respondemus: Hyacinthum, quem Dioscori & alii historici describunt, diuersum esse ab eo de quo Poeta fabulatur. Cuius rei testis est Pausanias, qui refert florem qui natus est extincto Aiace apud Salamina, non esse Hyacinthum, sed literis Hyacintho similem videri, ex candido rubentem, ac Lilio minore, quem admodum Ouidius, itemque Vergilius describunt. Idem etiam autor Cosinosandalò dici florem apud Hermionenses, Træceniis confines testatur. Cum itaque constet duplicem esse Hyacinthum, alterum rubentem, cum literis illis inscriptis, qui à Poetis describitur: alterum verò purpureum seu caeruleum (nihil enim refert vtrum dixeris, quod Diosc. per

LL iij purpura

λδ τὰ σα γράμματα Ἐ πλεον αἰ αἰ, λάμβανε τοῖς πε  
τάλοισι. Hyacinthus poetarum. Hyacin

Obiectio.

Ouid. xii.

Met. Ipse

suos gemitus

foliis

inscribit,

&amp; α α

Flos habet

inscriptum,

funestaque

litera du-

eta est.

Theocri.

Idyl. xix.

νῦν ὑά-

κινθε λά-



PLANTARVM HISTORIAE

thus Dio<sup>scoridis</sup> purpureum colorem violaceū dilutum, hoc est, clariorem & apertio-  
 riorem, quem caeruleum vocamus, intellexerit: nam & Plinius lib. xxxvij. ca. ix. Hyacinthi colorem violaceum dilutum vocavit) sine literis, à Dioscoride alijsq; historicis descriptum: nihil enim Diosco. in suo Hyacintho de literis comē-  
 nei Hyacinthi qui hyacinthos, non caeruleos, sed rubentes ad similitudinem cum Poetarum Hyacinthus, non caeruleus, Ver. Ecl. sed rubens sit, quem admodum alibi Vergilius & tertia: Et Pausanias docuere. Rubet etiam color ferrugineus. Neque obstat quod Nonius ferrugineos hyacinthos caeruleos interpretatus est: is enim caeruleum tantum Hyacinthū nouerat. Quod si verò hæc morosis quibusdam non probabuntur sed prorsus funestas literæ in ras inscriptas esse contendant, iis ita responsum vobis in Hyacintho lo. Quas in Hyacintho literas appellat Poeta, ve-  
 quales. ras non esse, sed potius notas quasdam nigras, id Vir. Dic quod hinc palam sit. Plinius lib. xvij. cap. xij. vbi quibus in de leguminibus loquitur, literas lugubres in flore ceteris in-  
 tiam fabæ ex sentētia M. Varronis reperiri tradit, scripti notas in quo tamen flore non literas vllas, sed nigras tantum notas, vt res ipsa & pictura docent, inspicere nascuntur licet. Quod si nec ista satisfecerint, dicemus tum petur flores. nitus fabulosum esse quod regum nominibus inscri-  
 ptum Poeta, florem hunc canit. Si enim id credendum erit, credendum etiā quod idem ex puero transformato



formato natus sit. Vel, quod vero similis est, de regniis florum appellationibus Poeta iocum struxisse videtur, cum pastorem inducit sciscitantem, quibus in terris inscripti nomina regni nascuntur flores: sunt enim complures flores quibus à suis inuentoribus regibus nomina sunt indita. Neque nunc vlla prorsus regum permultorum extaret memoria, nisi in florum nomenclaturis, qui nominibus regum inscripti sunt, asservaretur.

## LOCVS.

Nascitur in nemoribus: atque hinc est quod Galili, apud quos, Plinii etiam testimonio, eximiè provenit, vt in suis commentariis de Natura stirpium vir eruditione clarus Ioannes Ruellius autor est, ne Ruellius. moralem vel agrestem capam nominet. Et eius cer. Agrestis tè magna est copia verno tempore in nemore haud cæpa. procul à vico Luschenau iuxta Tubingam sito, vt vel ex natali etiam satis constet flores hos quos pictos exhibemus, esse genuinos Hyacinthos.

## TEMPVS.

Vere, mensibus nimirum Februario & Martio, cum viola purpurea, Theophrasto lib. vi. de Stirpium historia, cap. vltimo teste, erumpit: hinc Mar Martium florè Germanis nostris dictū esse supra monstrauius. Hoc potissimum tempore prorumpit is quem Hyacinthum minorem nominauimus. Exit etiā, eodem Theophrasto autore, cum Gladiolo, qui vernus etiā flos est. Quo sanè tēpore is maximè floret,

PLANTARVM HISTORIAE

ret, quem maiorem appellauimus. Proinde cum tempus etiam conueniat, nemo est qui deinceps veros esse Hiacinthos, dubitare merito possit aut debeat.

TEMPERAMENTVM.

Hyacinthi radix bulbosa est, ordinis primi in desiccando, secundi verò completi, aut incipiētis in refrigerando. Semen autem tertio quadantenus ordine desiccatur, in medio caliditatis & frigiditatis consistens.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Hyacinthi radix pueris cum vino albo illita impuberes seruare creditur. Sistit aluum. Potum urinae ducit, & phalangiorum morsibus auxiliatur. Semen magis adstringit, & cœliacis prodest. Potum cum vino regium morbum emendat.

EX GALENO.

Radix pueros diutissimè seruare impuberes in vino illita creditur. Semen regio morbo affectis in vino exhibetur.

EX PLINIO.

Radix Hyacinthi in vino dulci illita pubertatē coerces, & non patitur erumpere. Torminibus & araneorum morsibus resistit. Urinam impellit. Contra serpentes & scorpiones, morbumq; regium, semen eius cum Abrotono datur.

DE HYSSOPO. CAP.

CCCXXV.

## NOMINA.

σσωπος Græcè, Hyssopus & Hyssopum  
 Y Latine, officinae nomen legitimum retinuerunt. Germanicè Ispen, oder Ilop, (Gal. De l'Hyssoppe) vocatur.

## GENERA.

Duàm generum Dioscoridi Hyssopus est, hortensis & môtana. Hortensis quæ in hortis provenit, ac Hortensis culinarum causa colitur, garten Ispen Germanis vocatur. Montana quæ in montibus nascitur, & Montana. Germanicè Birg Ispen appellari potest.

## FORMA.

Herba est pedali altitudine hortensis, fruticosa, folio Satureiæ satinae floribus in cæruleo purpureiscentibus, thyrsos spicæ modo vestiëtibus, radice longa & lignosa. Montana priori haud dissimilis est. Errant qui nostram Hyssopum hortensem non esse Hortensis verã putant: habet enim planè folium origani, nisi & nostra quod angustius est. Nec plures sunt eius apud Dioscoridem notæ. Nam quæ de umbella quidam obest vera est iiciunt, nihil ad hyssopum attinent, cum simplici genuina. ter scribat Dioscorides, Origanum non habere umbellam rotæ specië obtinentem. Id quod verum est.

## LOCVS.

In hortis, vt diximus, hortensis, in montibus vero môtana nascitur. Cæteris præfertur quæ in Tauro monte provenit.

## TEMPVS.

Æstate

PLANTARVM HISTORIAE

Aestate floret, quo etiam potissimū tempore carpenda venit.

TEMPERAMENTVM.

Hyssopū calefacit & desiccatur ordine tertio: sed & tenuium est partium.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Vim habet extenuādi & calefaciendi. Decocta cum ficis, aqua, melle acruta, & pota, peripneumonicis, asthmaticis, tussi vetustā, destillationi & orthopnea opitulatur. Lumbricos necat. Cum melle linctā idem praestat. Decoctum eius cum oxymelitate potum, crassitudinem per aluum ducit. Estur cū ficis viridibus, aluum subducens. Vehementius purgat adiecto illi cardamomo, aut iride, aut crysimo. Colorem bonum praebet. Cum fico & nitro illinitur ad lienem, aquam intercutem. Cum vino ad inflammationes. Discutit sugillata cum aqua feruenti illita. Angina laborantibus cum decocto ficorum optimum gargarisma. Decocta cum aceto, dentium dolorem collutione mitigat. Inflammationes quae circa aures sunt suffitu soluit.

EX PLINIO.

Hyssopum in oleo contritum phthiriasi resistit, & prurigini in capite. Stomacho est contrariū. Purgat cum fico sumptum per inferna, cum melle vomitionibus. Putant & serpentium ictibus aduersari, tritum cum melle & sale & cumino.

DE HYDROPIPERE. *roata piper*  
CAP. CCCXXVI. *v. l. g. n. d. v. g. t.*  
NOMINA.

**Y** *Hydropeper* Græcis, Hydropiper Latinis, officinis incognitum. Germanis Vuasserpfeffer, oder Muckenkraut (Gallis Curaige) nominatur. Hydropiper autem à locis quibus nasci Hydropiper tur, & piperis sapore quem præ se fert, quasi dixerit per quare vis piper aquaticum, appellatum est. Muscæ denique ab dictum. eo vehementer abhorrent: neque enim id quod succo eius aspersum est attingunt, hincque aded alteram appellationem Germani illi indiderunt.

## FORMA.

Caulis adit geniculatum, robustum, circa quem alarum concavitates, & folia Menthae similia, maiora, teneriora, candidioraque, gustu piperis acri non tamen odorato. Semen in ramulis fert secundum folia nascens, continua serie congestum, racemosum, & acre. Radicem exigua et inutilis. Ex qua descriptione satis constat herbam hanc, cuius imaginem damus, esse Hydropiper: nulla siquidem nota est quæ illi non conveniat. Caulis enim eius geniculatus, solidus, circa quem alae panduntur, & folia Menthae consimilia, maiora tantum, hoc est, longiora multo, teneriora et albiora. Quæ singula facile diligens quispiam oculis lustrabit. Si vero linguam consulat, folia mentham piperis acrimoniam respiciunt, nullam tamen odoris suavitatem in eis deprehendet. Quod si reli-

quam

PLANTARVM HISTORIAE

quam faciem excusserit, offendet semen prope folia enatum racematim congestum, & quadam serie coherens, ipsumq; acre. Accedunt denique natales, facultates, & alia, vt nullus planè ambigendi locus relictus sit. Damus hîc etiam alterius herbe quæ in aquis prouenit picturam, quam nonnulli Hydropiperis speciem esse arbitrantur, quæ ferè Hederae folia obtinet, & secundum ea semen, Ari semini haud dissimile. Nos à colore seminis appellauimus Hydropiper rubeum, germanicè rot Vuasserpfeffer. Huius herbe & racemosus fructus, & folia acrimonia sunt prædita.

LOCVS.

Gignitur prope stantes aquas, aut quæ leniter fluunt. Copiose prouenit ad flumen Pegnicum haud procul à Norimbergo.

TEMPVS.

Floret Augusto mense floribus albis spicatim coherentibus, ac subinde semen minutum profert.

TEMPERAMENTVM.

Calidum est, non tamen vsquæ ad eò vt piper, & siccum: id quod gustus abundè docet.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Folia cum semine illita, œdemata, veteresq; duritias discutunt. Sugillata delent. Siccata & tusa pro pipere sali & opsonii, miscetur. Radix parua, nullius in medicina vsus.

EX GALENO.

Hydropiper



Hydropiper à locis in quibus nascitur, & à similitudine quæ illi cum Piperi in gustu est, nomē sortitum est. Cæterum calidum est, sed minus quàm piper. Atque herba ipsa etiamnum viridis cū semine cataplasmatibus in modum imposita, sugillata & induratos tumores digerit.

## EX AETIO.

Hydropiper herba est in aquis nascens, ramulis ac foliis Menthae similis, maior tantum, gustu acerrima ut piper, per exigua semina singulis foliis ferens. Calida quidem est, non tamen accedens piperi, quæ recens illita sugillata ac durities sanat. Hanc nonnulli condimentis piperis loco addunt.

## APPENDIX.

Cum interea temporis dum sub prælo sunt nostri commentarij, quomodo veteribus sit appellata herba quam Hydropiper rubrum vocauimus, diligentius cogito, tertiam Dracotij apud Plinium li. xxiiij. cap. xvi. speciē esse comperio: hanc enim ita pingit: Tertia demonstratio fuit folio maiore quàm Cornus radice harundinea, totidem ut affirmabant geniculis nodis, quot haberet annos: totidemque esse folia. Hi ea ex vino vel aqua contra serpentes dabant. Quæ quidem notæ huic etiam herbae competere videntur. Est enim folio maiore quam Cornus, radice harundinea, nodisque geniculata. An vero tot nodis sit geniculata, quot habet annos, totidemque foliis, nondum observare potuimus. Quinetiam  
vniuersa

PLANTARVM HISTORIAE

uniuersa tum foliorum tum fructus forma, ac riq̃;  
sapor, Ari ac Dracontij genus esse euidenter ostendunt. Facultas denique contra serpentes, quã Dioscorides suis etiam tribuit Dracontijs, abundẽ quod contendimus docet. Non est autem, vt quidam existimant, Plinij Aris, quod eius radix oliuæ grandis magnitudinem atque formam non referat. Hãc nostram de hac stirpe sententiam hoc loco referre placuit, ne quis nos illam Hydropiperis esse genus pertinaciter asserere ac tueri velle existimet.

DE PHLOMO. CAP. CCCXXVII.  
NOMINA.

*wolkrayt  
m. m. f. r. l. b.*  
Tapsus  
barbatus.  
Candela  
regis.

Phlomos  
cur dicta.  
Candelaria.

Λόμος Gracẽ, Verbasum Latine, officinis Tapsus barbatus dicitur. Sũt qui Candelam regis, Candelariam, Lanariamq̃; nominent. Germanicẽ Vullkraut, Kertzẽkraut, Vnholdenkertz, Himelbrant, Brennkraut, (Gallicẽ du Boillon blanc ou noir) vocatur. Phlomon autem haud dubiẽ dixerunt Graci, quod ea pro ellychnijs vtantur. Candelariã quoque recentiores nominarunt, quod caulibus eius adipe, seuo, vel aliquo pingui illitis, nonnulli pro lucernis vtantur.

GENERA.

Verbasum omnium veterum testimonio duo habet summa genera. Candidum enim alterum folijs, nigrum alterum est. Candidum rursus in marem & feminam digeritur. Præter tria hæc, & syluestre habetur, Vuld Vullkraut Germani appellant.

Sunt

Sunt etiam Verbascula duo, quae à nostris herbariis herbae paralytici, & vulgò artheticae, cum arthritice dicendū esset, vocantur. Germanicè Schlüsselblumen. Horum vnum est odoratum, alterum odoris expers. Prius Germanicè simpliciter Schlüsselblumen, oder gelb Schlüsselblumen, Himmel Schlüssel, oder S. Peters Schlüssel, alterum Vuild Schlüsselblumē, oder V ueisz Himmel Schlüssel appellat. Est & tertium Verbasculum, quod Lychnitum, alij autem Thryallida appellant, Germani Marienrosen vocant. Haec sunt genera Verbasci quemadmodum à Dioscoride & Galeno commemorantur, quorum sanè omnium picturas dæmus, excepto vltimo, quod hoc tempore nondū floruerat. Quāquam distingui genera haec, vt Plinius lib. xxv. cap. x. ait, penè superuacuum sit, quum sint eiusdem effectus omnia. **FORMA.**

Verbasculum candidum fœmina, Brassicae similia folia habet, multò tamen hirsutiora, latiora & candida. Caulis eius cubitalis & amplior, candidus, subhirsutus. Flores albi aut subpallidi. Semē nigrū. Radix longa, acerba, crassitudine dig. ti. Candidū **Candidum**  
mas à foliorum candore Leucophyllon Græcis dicitur. **mas.**  
Etum, oblongioribus & angustioribus foliis, & tenui caule. Nigrum in cunctis candido simile, nisi latioribus nigrioribusq; constaret foliis. Syluestre vir **Nigrum.**  
gas fert altas & arborescentes, folia salviae similia. **Syluestre.**  
Habet verò circa virgas ramulos Marrubij modo.

PLANTARVM HISTORIAE

- Verbascula Florem luteum, auri fulgore. Verbascula duo hirsuta, terrae inhaerentia, humiliave: foliis rotundis, & multo minoribus, rugosis, è quib, mediis stylus exilit tenuis, palmi altitudine, incanus, in cuius vertice terni, quaterni, & plures etiam dependent flores lutei, summis labris denticulati, in altero odorati, in altero inodori, calyculo in album pallecente.
- Lychnitis Lychnitis siue Thryallis foliis ternis, aut quaternis, aut etiam plusculis, crassis, pinguibus, hirsutisq;, ad lucernarum lumina vtilibus, floribus purpureis.

LOCVS.

Candidū & nigrum in campestribus, & in syluis etiam proueniunt. Syluestre in campestribus, potissimum siccis & lapidosis, nascitur. Verbascula duo passim in pratis & hortis producuntur. Lychnitis similiter aliis in campestribus nasci solet.

TEMPVS.

Verbascula duo primo statim vere emicant, certique huius appetentis nunciū. Hoc sanè tēpore carpenda veniunt, quòd confestim fugacia euanescāt: vita enim illis cum plurimum menstrua, nec temerè ad summum sesquimensē excedunt. Reliqua genera autumnō, dum florent & semen proferunt, colligenda.

TEMPERAMENTVM.

Omnia folia desiccandi & detergendi vim possident.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Radix

Radix priorum duorum adstringit: vnde tali ludicri magnitudine in alui profluuio vtiliter cū vino in potu datur. Decoctū eiusdem ruptis, conuulsis, contusis, & antiqua tūssi auxiliatur. Dentium dolorem collutione mitigat. Verbasum cui flos aurei coloris, capillos tingit, & quocūque reponatur blattas in se contrahit. Folia in aqua decocta aduersus oedemata, & oculorum inflammationes illinuntur. Syderata vlcera cum melle aut vino, cum aceto autem vulnera sanat. Contra scorpionum ictus auxilio sunt. Syluestris folia ambustis illinuntur. Ferūt femine folia caricis interposita, incorruptas atque à putrefactione immunes seruare.

## EX GALENO.

Priorum duorum radix gustu acerba est, & fluxionis affectibus prodest. Sed & ad dentium dolorem eam nonnulli colluunt. Folia tamen digerendi vim habet. Sic etiam aliorum folia, potissimum autem eius que aureos flores obtinet. Capillos quoque flavescere faciunt.

## EX PLINIO.

Contra scorpiones bibitur radix cum Ruta ex aqua magna amaritudine, sed effectu pari. Verbasum priuatim tōsillis in aqua potū medetur. Tribus obolis bibitur. Verbasum cuius flos arcus est, contra omnia pectoris vitia, tussē, & purulenta excreantibus. Tanta huic vis est, vt iumentis etiam nō tussientibus modò, sed ilia trahētibz auxilietur potus. Lateris & pectoris dolores Verbasum cum

PLANTARVM HISTORIAE

Ruta ex aqua sedat. Panos sanat cum sua radice tu-  
sum, vino aspersum, & ita cinere calfactum, vt im-  
ponatur calidum. Semen ex vino decoctum & con-  
tritum luxatis medetur, dolorem & tumorem tol-  
lens. Radicis medulla collyrii tenuitate in fistulam  
additur. Contusis, euersis, & si febris sit potatur in  
aqua Verbasici, cuius flos auro similis est. Folia ex  
aceto imponuntur in struma. Semine ac foliis deco-  
ctis in vino ac tritis, omnia corpori infixi extrahun-  
tur.

A P P E N D I X.

Recentiores duobus Verbasculis hos effectus as-  
signant. Trita imponuntur efficaciter articulorum  
doloribus. Radicis decocto vesicæ reniumque obstru-  
ctiones soluntur. Ius herbae propinatur & illini-  
tur aduersus rupta, luxata & liuentia. Quod verò  
hæc eadem possint, temperamentum eorundem pa-  
lâm docet: parum enim adstringunt: si gustaueris,  
amara, & modicè acria sunt: vt hoc nomine desica-  
candi & detergendi facultatem, quam illis Galenus  
adscribit, habere nemo dubitare debeat. Nostri etiã  
temporis herbarij calida & sicca esse statuunt. Et  
mulieres formæ studentes, succo è floribus illorũ ex-  
presso faciem illinunt, quòd maculas rugasq;, &  
alia eiusdem vitia mirificè detergeat. Vt hinc cui-  
dentissimum sit herbas, quas Schlüsselblumen  
vocant Germani, esse Verbascula.

DE FRAGARIA. CAP.

CCCXVIII.

NO<sup>o</sup>



GRÆCIS vt herba quæ fraga gerit nominata sit, certò constituere nobis nondū licet. Sunt tamen qui βότανον ἰδαιών, hoc est, Rubum Idæum Rubus I. esse putent, eum potissimum qui sine spinis inueni- dæus vide- tur. Quorū certe sententiā ob multas variasq; cau- tur esse- sas, vt in sequentibus dicemus, minimè repudiādam Fragaria. existimamus. Apuleius Græcis κόμωρον appellari scribit: quod si verum est, alia sit à Comaro quam Dioscorides, Galenus & alij quidam depingūt, necesse est: hæc enim arbor est, illa autem herba. Ego tamen vidi codicem manuscriptū, in quo hæc verba: Comaron Græci, Romani Fragum nuncupant: non habebantur. Quicquid verò sit, ex numero Mororum esse constat eius fructum optimi odoris: hinc à fragro verbo, quod odorem reddo significat, herba Fragaria ipsa Latinis Fragaria, & fructus fragum dici ce- vnde di- perunt. Germani Erdbeer (Galli Fraises, ou- eta. herbe portant Fraises) vocant. Græci autē si Comaron appellarunt, ob fructum arboris eiusdem nominis qui fragis iis terrestribus similis est, haud dubiè sic dixerunt.

## G E N E R A.

Duo Fragariæ sunt genera. Vna flores fructusq; paulò maiores, altera minores obtinet. Nos vna pictura vtrunque expressimus.

## F O R M A.

Humi sine caule spargitur, multis à radice lanuginosis pediculis, quorum alij flore candido coronā-

PLANTARVM HISTORIAE

tur, alij trigemino comantur, folio per ambitum ser-  
rato atque venoso, alij fructum gerunt exiguis qui-  
dem Moris haud absimilem, ceterum sui generis so-  
lidum, callosum, tenerum, quum maturuit rubentē,  
tum gustu, tum etiam odore suauissimum. Radice  
foris atra aut rubescente, intus candida, multo fi-  
brata capillitio.

LOCVS.

In syluis, dumetis, & in opacis motibus, ac secus  
vias sponte nascitur. Vnde etiam colligi potest esse  
Rubum Idæum, quādo & is in lucis pronemat. In  
hortis etiam nonnunquam vt grandiore fructum  
ministret, colitur Fragaria.

TEMPVS.

Floret vere, & tota aestate, inq; maximam autū-  
ni partem. Fructus tamen eius fugax, raro nisi a-  
statis initio inueniri potest.

TEMPERAMENTVM.

De temperamento Fragariae recentiores diuersa  
tradunt. Serapio calidam & siccam in secūdo ordi-  
ne tradit. Alij frigidam & humidam in primo: nō-  
nulli, qui tamē prorsus meo iudicio hallucinari vi-  
dentur, in tertio ordine scribunt. Nos folia ipsa gus-  
tu modicē esse amara, et adstringere deprehēdimus  
vt sicca esse hac ratione, & minimē humidā opor-  
teat. Quapropter in tanta sententiarum de eius tē-  
peramento diuersitate animaduertendum, idem de  
Fragaria, quod de rubo sentiēdum esse, nēpe quod  
folia,

folia, flores, fructus & radix adstringant. Differre tamen inter se, quod folia potissimum recens nata Folia Fragarum plurimum in se habeant aqueae substantiae, parum vero adstringant: adeo ut verisimile sit de iis locutos esse, qui frigidam & humidam in primo ordine Fragariam statuerunt. Est enim eorum temperies ex terrena frigida essentia, & aquea tepida. Fructus immaturus frigida terrea substantia praeditus est, eiusdemque ut frigidus et siccus hoc nomine dici mereatur. Maturus autem non parum succi temperati calidi qui dulcis est, modicamque adstrictionem habet, ita ut calidus & siccus dicendus veniat. De fructu itaque intelligendi erunt, qui Fragariam calidam & siccam esse affirmant. Quare ubi de temperamento Fragariae agitur, non simpliciter, sed cum praedicta distinctione respondendum est. Vnde cum idem ferè cum Rubo temperamentum habeat Fragaria, iterum hanc ab Ideo Rubo nihil differre verisimile est.

## VIRE S.

Quum recentiores in commemorandis Fragariae facultatibus partim eas quas Dioscorides Rubo Ideo partim etiam quas Comaro tribuit Apuleius, vires Fragariae adscripserint, operae pretium me facturum arbitror, si utriusque de iis verba praemisero, ut nimis quisque hac ratione, qua propter iuniores iis facultatibus Fragariam ornauerit, certius intelligere queat.

## EX DIOSCORIDE.

Ideus Rubus eadem potest quae Rubus. Amplius

MM iij

eius

PLANTARVM HISTORIAE

eius flos cum melle tritus & illitus, oculorum inflā  
mationibus auxiliatur. Sacros ignes extinguit. Sto  
machicis cum aqua potui datur.

EX APVLEIO.

Ad lienis dolorem herbæ Fragri succum ex mellis  
uncia potui datum mirificè proficere certum est. Ad  
suspiriosos eiusdem succus cum pipere albo & mel  
le mixtus, potui datus, mirificum est remediū. Has  
facultates etiam antiquus manuscriptus herbarius  
Fragariæ adscribit, nomine tamen Apulei in Dio  
scoridis nomen immutato. Addit tamen huius fru  
ctum comestum stomacho conferre & ex succo ei  
us os contra factorem collui, id quod Serapion qua  
que tradit.

EX RECENTIORIBVS.

Herba fragaria in cibo sumpta medetur lienosis,  
item succus ex melle potus. Idem cum pipere can  
dido datur suspiriosis. Fraga sitim sedant, stomacho  
profunt, sed præsertim bilioso. Succus Fragis expri  
mitur, vetustate vires accipiens, præsentaneo reme  
dio ad faciei vlcera, oculorum suffusiones, neque nõ  
epiphoras. Radicis decoctum iccinoris feruores mul  
cet matutino & meridie potum. Vtuntur hodie sic  
quenter Fragaria ad glutinanda vulnere, aliu si  
stendam, menstrua cohibenda, gingiuas confirmā  
das, oris vlcera, eiusdemque factorem tollendum,  
qua singula Rubus etiā idæus potest, vt inde rura  
sus conicere liceat Fragariā ab eodẽ nihil differre.

DE PHU GERMANICO.

CAP. CCCXXIX.

NOMINA.

Valeriana

Katzkraut

oder genant

Φου, ἢ ἀγρία ῥάδιος græcis, Phu & Nardus Nardus syluestris Latinis, Valeriana officinis & her syluestris bariis nostri temporis, Germanis Baldrion, Den-Valeriana nenmarck, oder Katzenkraut, oder Augenna- uurtzel (Gallis Valeriane) appellatur, quod scilicet cati odore radicis eius, quo eorum oculi roborantur, impense delectentur.

G E N E R A.

Duo sunt præcipua Phu genera. Magnum quod *greek. baldrion?* alio nomine Theriacaria vocatur. Hoc descriptioni per omnia respondet. Germanicè grosz Baldrion, & Triacks appellatur. Vulgus herbariorum Valerianam maiorem nominat. Alterum vulgare, quod alio nomine Valeriana etiam vulgaris *germ. katzenkraut* nuncupatur. Germanis geimein Baldrion, & Katzenuurtzel dicitur. Hoc etiã genus à pictura Dioscoridis, vt paulò pòst susius docebimus, non abhorret.

F O R M A.

Folia Elaphobosco, siue Olusatro similia habet. Caulem cubitalem, aut proceriorem, leuem, tenerum, purpurascens, in medio concavum, geniculis intersectum. Flores ad Narcissi flores accedentes, minores & teneriores, in subalbido purpurascētes. Radices in superiore parte minimi digiti crassitudine. Adnascentes etiã radículas obliquas velu-

ti iura



PLANTARVM HISTORIAE

ei iuncus odoratus, aut veratrum nigrum, inuicem  
 implicitas, subflauas, bene odoratas, nardum in gus-  
 tu referentes, cum quadā virosa grauitate. Ex qua  
 certè descriptione sole clarius sit, herbam quam vul-  
 garem hodie Valerianam nominant, esse Dioscori-  
 dis Phu, quòd omnia ferè sic illi respondeant, vt  
 prorsus nulla reclamare nota videatur. Folia nanq;  
 huius cum primū erumpunt, Elaphobosci præ se fe-  
 runt imaginem: postea verò dum adolefcit, in Olu-  
 satri modum laciniantur. Caulis quoque eius cubi-  
 talis, & maior (non enim rarò ad trium cubitorum  
 longitudinem caulis à nobis visus est) læuis potissis-  
 mum in infima eius parte, denique tener, purpura-  
 scens, in medio concavus, geniculatus. Flores eiusdē  
 qui summis caulibus emergunt, Narcissi certā ex-  
 primunt effigiem, quanuis minores sint, atque ad eò  
 teneriores, vt hoc nomine cum Ruellio in Græcis  
 codicibus Dioscoridis ἡσσορα pro μετζορα legens  
 Phu Pōti. dū esse putem. Nisi quis existimet Phu Pōti, quod  
 Dioscorides potissimum describit, fauentis caeli be-  
 neficio masculos habere flosculos. Prædicti etiam  
 flores aceruatim coeuntes in purpuram candicant.  
 Radices quoque in superiore parte minimi digiti  
 crassitudinē obtinēt, multasq; radicias obliquas,  
 Scheni, aut nigri Veratri modo sibiipsis iplicitas.  
 subflauas, odoratas, Nardum, cū virosa tamen gra-  
 uitate, imitantes. Quum itaque hæ omnes notæ, Va-  
 lerianæ nostræ respondeant, multorumq; consensus  
 nobis



nobis subscribat, & facultates eius quas illi recensiores tribuunt, planè cum iis quæ Dioscorides Phu adscribit cõueniant, quid impediatur cur nõ certò affirmemus Valerianã hæc vulgarem esse Phu Dioscoridis non video, præsertim cum manuscriptus etiam herbarius Phu esse Valerianã apertè doceat, ita vt mirari satis non queã, cur aliquot docti viri in Germania nostra diuersum astruere voluerint.

## LOCVS.

Nascitur in humectis locis, & prope aquas, hæc ad mirandam altitudinem surgit. Prouenit etiã in lucis & cædis syluis, sed hæc in tantam proceritatem non emergit.

## TEMPVS.

Floret integra æstate.

## TEMPERAMENTVM.

Calidam & siccam esse in secũdo ordine tradũt.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Phu calefacit. Sicca pota vrinam mouet. Potest idem & decoctum eius. Ad lateris dolorem prodest. Menses ducit, & antidotis miscetur.

## EX GALENO.

Odorata quodãmodo est huius herbe radix, Nar-do viribus similis, sed tamen ad plurima infirmior. Vrinã plus mouet quàm Indica aut Syriaca Nardus, similiter autem vt Celtica.

## EX PLINIO.

Radix Phu datur potui trita, vel decocta ad strãgulationes,

PLANTARVM HISTORIAE

gulationes, vel pectoris dolores, vel laterum. Menses quoque cit. Bibitur cum vino.

APPENDIX.

Magni Phu radice hodie multi, magno cum errore, pro calamo aromatico vtuntur, quod hoc in loco monere placuit.

Linsy

DE PHACO. CAP. CCCXXX.

NOMINA.

Lens. **Φ**αξ, **Φ**ακὸν græcis, Lens & Lenticula latinus dicitur. Officinis & herbariis latinum nomen retinuit. Germani Linsen (Galli, Lentille) appellant.

FORMA.

Lens racemosum legumen est, foliis Vicia, sed minoribus, floribus exiguis in candido purpurascētibus, siliquis paruis, molliter in latitudinem fissis, in quibus tria aut quatuor grana inter legumina minima, sunt.

LOCVS.

Prouenit passim in agris satum.

TEMPVS.

Iulio mense floret, & deinceps in siliquis grana profert.

TEMPERAMENTVM.

Lentes medium tenent caliditatis & frigiditatis, desiccant tamen in secundo ordine.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Lens crebrò comesta, oculorum aciem hebetat.

Aegrè

Aegre concoquitur. Stomacho nocet, eumq; & intestina inflat. Aluum cum cortice suo comesta sistit. Præstat quæ facillimè concoquitur, & nihil atri in maceratione reddens. Vim habet adstrictoriâ: quæ propter aluum sistit, si detracto antea cortice accuratè coquatur, primæque aqua inter coquendum effundatur. Primum enim eius decoctum aluum soluit. Sônia tumultuosa & grauiâ facit. Nervis, pulmmoni & capiti inutilis. Melius suo fungetur officio contra alui fluxiones, admixto illi cum aceto intybo, aut portulaca, aut beta nigra, aut myrto, aut cortice punici mâli, aut rosis siccis, aut mespilis, aut sorbis, aut pyris Thebanis, aut cotoneis mâlis, aut cichorio, aut plantagine, aut gallis integris, quæ post decoctionem abiiciuntur, aut rhois quæ obsonis inspargitur. Acetum autem cum eo diligenter percoqui debet, aliâs aluum conturbat. Contra subuersionem stomachi triginta grana lentis suis corticibus denudata deuorata prosunt. Decocta cum polenta, & illita, podagrâ lenit. Sinus cum melle glutinat. Crustas rumpit, & vlcera purgat. Decocta in aceto duritias & strumas discutit. Cum meliloto, aut cotoneo mâlo, medetur inflâtionibus oculorum & sedis, addito rosaceo, in maioribus sedis inflâtionibus & sinu amplo cum malicorio aut siccis rosis, adiecto melle decocta. Contra nomas gâgrænicas similiter vtuntur, aut adiuncta maris aqua. Aduersus autem pustulas, herpes, eryspela-

ta,

PLANTARVM HISTORIAE

ta, pernionesq; ut antea dictum est. Contra m<sup>as</sup> grumosum lac continentem, & lactis copia turgentem, in aqua maris cocta & illita auxiliatur.

EX GALENO.

Lentes non valenter adstringunt, ipsum itaque earum corpus desiccant, & sistit ventrem: ceterum decoctum irritat. Proinde etiam prior aqua abiicitur, ubi retentionis causa adhibetur. Cortex eius vehementer adstringit, carnea substantia tenuiter, quae & crassi succi & terrestris est. Saccus porro Letis adstringenti est contrarius. Quocirca si elixir in aqua in scilicet sale garo oleoq; conditum bibatur, aluum deiciet. At quod ex bis decocta Lete ferculum apparatus, contrariam succo vim obtinet. Nam quae ventri obveniunt fluxiones desiccant, os ventriculi, intestina, & totum denique ventrem corroborant. Quamobrem celiacis & dysentericis accommodatus est cibus. Lens vero decorticata, ut illam adstringendi vehementiam, cumq; hac alia videlicet omnia quae consequuntur, amittit, ita alibior quam integra illa efficitur, crassum primumq; succum gignens, tarde comeans: alui tamen fluores haud desiccant, uti ea quae cortice non est spoliata. Iure igitur qui modum in hoc edulio non servant, elephantiasim quam vocant, & cancrum incurunt. Siquidem crassa siccaq; cibaria facile in melancholicos humores vertuntur. Quare iis duntaxat quibus vitiosa est habitudo ob aquam in carne diffusam, Lens cibo utiliter praebetur,

tur, ceu aridis & squalentibus admodum damnosè. Eandem ob causam visum integrum & inculpatis hebetat, immoderatè exiccans. Ei verò qui contrariò modo se habet, humidiori videlicet, opitulatur. Mēstruis purgationibus inepta est: crassum enim et tardifluum sanguinem facit. At muliebri appellatione proflusio conuenientissima.

## EXPLINIO.

Lens optima quæ faciliè coquitur, eaq; quæ maximè aquam absorbet. Aciem quidem oculorū obtundit, & stomachū inflat: sed aluum sistit in cibo, magisq; discocta cælesti aqua. Eadem soluit, minus percocta. Crustulas vlcerū rūpit, eaq; quæ intra os sunt, purgat & adstringit. Collectiones omnes impostas sedat, maximèque exulceratas & rimosas. Oculorum autem epiphoras cum meliloto aut cotonea. Contra suppurantia cum polenta imponitur. Decocta succus ad oris exulcerationes & genitalium adhibetur. Ad sedem cum rosaceo aut cotoneo. In iis quæ acrius remedium exigunt cum putamine punici, melle modico adiecto. Ad id demūne celeriter inarescat, adiiciunt & Beta folia. Imponitur & strumis panisque, vel maturis, vel maturis rescētibus, ex aceto discocta. Rimis ex aqua mulsæ & gāgranis cū punici tegmine. Itē podagris, cū polenta, et vuluis, & renibus & pernionibus, vlcerebus difficilè cicatricē trahentibus. Propter dissolutionē stomachi triginta grana Lentis deuorantur.

In cho

PLANTARVM HISTORIAE

In cholera quoque & dysenteria, efficacior est in tribus aquis cocta in quo vsu melius semper eam torrere aut tundere, vt quam tenuissima detur, vel per se, vel cum cotoneo malo, aut pyris, aut myrto, aut intubo erratico, aut beta nigra, aut plantagine. Pulmoni est inutilis, & capitis dolori, nervosisq; omnibus, & felli, nec somno facilis. Ad pustulas vtilis, ignique sacro, & mammis. In aqua marina decocta: in aceto autem, duritias & strumas discutit. Stomachi quidem causa, polenta modo potionibus inspergitur. Quae sunt ambusta, a qua semicocta curat, postea trita, & per cribrum effuso surfure, mox procedente curatione addito melle. Ex posca coquitur ad guttura.

EX SIMEONE SETHI.

Crassi succi est, & austeram vim atq; qualitatem possidet. Si quis ergo in aqua coquat, & eam aquae, oleo & saepe cum sale misceat, potionem faciet quae ventrem subducat. Bis autem cocta ventericulum & ad ipsum defluxus sistit. Inducit autem stomacho robur, & intestinis, & vniuerso venterii. Quapropter vtilis est cibus coeliacis & dysentericis. Si vero cortice ablato sumatur, vehementiam adstringendi abiicit, magis vero nutrit, cum tardi sit transitus, & crassus succi, non tamen adeo siccatur, vt antea dixi. Qui vero hoc edulio crebro vtitur, elephantiam contrahunt, & caneros & duritias, & nervorum dolores, & melancholicos affectus. Aptus enim est crassus & siccus sanguis.



sanguis, vt fiat succus melancholicus. Quibus igitur habitus quispian malus aquosus in carne est, iis solum utile est edulium, quemadmodum siccis & squallidis maximè noxium. Similiter visum salubriter se habentem nimium exiccando habet, contrà vero affectum iuuat. Neque etiam ad menstruas purgationes utilis est, eò quòd crassum & difficulter fluentem sanguinem efficiat. Ad hæc veneris appetentiam semen exiccando, extinguit: ideo castè vivere volentibus ad hoc maximè confert. Grauiam etiam somnia facit, eò quòd ex ea melancholici succi in totum distribuantur corpus. Cū mentha decocta, plurimū inflationis deponit. Nonnulli & Betā huius rei gratia eo quo decoquitur tēpore iniiciūt. Lens verò probè decocta & trita, si vulneribus ex iaculo aut telo facta imponatur, sanguinis fluxum vehementer compescit. Paruæ verò lentis decoctum sumptum, difficilem partum soluit. Auribus ex quibus pus emanat instillatum, succurrit.

DE PHILYRA. CAP.

CCCXXXI.

NOMINA.

Ἰλινξ Græcis, Tilia Latinis, & officini.

¶ Germa. Linden (Gallis Tilet) appellatur.

Alia ab hac est arbor quæ Diosc. φιλύρα vocatur. Quòd non animaduertentes viri etiā nonnulli doctissimi, vtrasque arbores magno errore confundūt, quòd forma admodum discrepent, vt ex iis.

NN quæ

PLANTARVM HISTORIAE

quæ paulò post dicemus, & è Dioscoride & Theophrasto libro tertio de plantarum historia, cap. x. inuicem collatis, abundè constabit. Differunt itaque inter se Philyra & Phillyrea, neque vna vtraque voce arbor significatur, sed diuersæ.

GENERA.

Tiliæ Theophrasto loco iam citato autore, duo habentur genera, mas scilicet & femina. Distantq; inter se tum materiæ, tum totius corporis forma et quòd altera fructifera, altera sterilis. Materies mas dura, flaua, nodosior, spinosiorq; femina candidior: & cortex mas crassior, detractusq; inflexibilis propter duritiam est: femina candidior flexibiliorq; ex quo cunâs faciunt: item femina odoratior. Et mas sterilis, nulloq; flore est: femina, cui us tibi picturam damus, & florem & fructum gignit.

FORMA.

Folio est hederaceo, molliore, & in angulum acutiorem rotundiore & prolixiore, & in orbem lentè crispo atque serrato: flore tantisperdum calyculo continetur herbaceo, vbi emerfit flauo: fructus magnitudine fabæ, similis acinis hederæ, in quo semè prætenne quantum atriplicis, omnibus animatibus ingratum, cum foliorum pabulo maximè ducantur, eorumq; mira dulcedine capiuntur. Nunc cum iis confer ea quæ Dioscorides de Phillyrea tradit, & senties esse diuersissima. Nam quis vnquam dixit Tiliam habere folia oleæ, & fructum ferre subdulcem

philyra femina h3  
flore d. mas no

cem ad similitudinem Lentisci, nigrum, vuarū more congestum? Philyra enim seu Tilia folia sunt heracea atque serrata, adcoq; ab olea foliis dissidentia: fructum denique fert nō modò non subdulcem, sed qui à nullo mandi potest.

## LOCVS.

Montes & valles diligit Tilia, sed plus montibus gaudet aquosis.

## TEMPVS.

Floret Iunio mense.

## TEMPERAMENTVM.

Calidam esse Tiliam, vel ex eo liquet quòd frigidis cerebri malis, epilepsia, & id genus aliis mirifice conferat. Amaritudo etiam cum glutinositate quadam in ea reliquis qualitatibus præualere videtur, si hanc degustes. Quare abstergendi planè facultatem cum modica adstrictoria, perinde atque ulmus, cuius facultates illi Plinius, vt ex iis quæ paulò post subiiciemus planum fiet, tribuit, habere euidentissimum est.

## VIRE. EX GALENO.

Ulni foliis aliquando recens vulnus glutinamus, confidentes adstringentē pariter & extergentem illis inesse facultatem. Cortex amplius etiam subamarus est & adstrictorius, itaque cum acetoleprā sanat. Porrò viridis etiānum & recens si vuneribus deligatur vice circumligetur, ea glutinare potest. Radices eandē vim obtinent: proinde & de-

NN ij cocto

PLANTARVM HISTORIAE

cocto earum quidam perfundunt fracturas quibus callo inducto opus est.

EX PLINIO.

Cortex interior Tiliæ lepras sedat, & folia ex aceto illita. Multi corticem commanducatum vulneribus vtilissimum esse putant. Folia trita, aqua aspersa, pedum tumori. Humor quoque è medulla castratæ arboris effluens, capilli reddidit capiti illitus, defluentesq; continet. Humor denique cuti nitorem inducit, faciemq; gratiorem præstat. Folia ad infantium vlcera in ore commanducata profunt. decocta & pota, urinam ciunt & menses.

APPENDIX.

Quis Plinius ferè omnes facultates Vlmi etiam Tiliæ ascribat, vt ex eiusdem verbis patet, ideo è Galeno quæ ille de Vlmo tradit produximus. Si verò quispiam vires quæ à recentioribus Tiliæ tribuuntur, probè expendet, nihil ab iis quæ ex Plinij & Galeni sententia retulimus differre comperiet. Nam maculas facie abstergere scribunt Tiliam, si illa eius succo lauetur. Mederi etiam morbo comitiali bibitum eius liquor em stillatitium, oculis claritatem inducere, calculum sanare, tumores discutere iidem docent. Quid multa? omnes facultates Vlmi obtinet Tilia, ideoq; vulneribus etiã recentibus succurrit, & alia quæ à Dioscoride & Galeno in Vlmi historia commemorantur, potest.

## DE CHELIDONIO MAIORE.

CAP. CCCXXXII. *ὄρνιθος*  
*γεννη.*

## NOMINA.

**X**ελιδόνιον μέγα Græcis, Chelidonium ma-  
ius Latinis, Officinis Chelidonia, Germanis  
Schelkraut, Scheluurtz, groß Schuualben-  
kraut, (Gallis Chelidoine, ou esclere) dicitur.  
Chelidonio autem, vel si maius Hirundinariae, auis Chelidos  
hirundo quæ Græcis χελιδὼν vocatur, nomen in-  
nium vn-  
didit, vel, vt autor est Plinius, quod hanc primùm de dictū.  
inuenit, & ea oculis pullorum in nido restituit vi-  
sum, vt quidam tradunt, etiam erutis, vel quod flo-  
ret aduentu hirūdinum, discessuq; commarcescit: id  
quod de minore verè dicitur.

## FORMA.

Caulē emittit cubitalem & maiorem, gracilē,  
adnata foliis plena habentem. Folia Ranunculo si-  
milia, teneriora tamen, & colore subcæsia, iuxtaq;  
singula folia florem Leucoio similē. Succus illi cro-  
ceus, acris, mordax, cū aliqua amaritudine & odo-  
ris grauitate. Radix supernè singularis, infernè au-  
tē plures. Fructus cornuti Papaueris instar tenuis,  
longus veluti galcæ conus, in quo exigua semina  
sunt, Papaueris semine maiora. Huius descriptionis  
notæ omnes Chelidonio nostro respondēt. Siquidem  
fruticosa est herba, cubitali altitudine, cauliculis la-  
nuginosis, teneris, folio Ranunculi, magis anguloso,  
tenuiori, aduersa parte cæsis, auersa incano, flore lu-

PLANTARVM HISTORIAE

teo, Leucoio consimili, semine Papaueris, quod in corniculis seu siliquis longis exilibus clauditur. Vulnerata succum croceum emittit, gustum vellicantē. Radix in superiore parte vna, in inferiore parte multis luteis fibris capillata.

LOCVS.

Nascitur in opacis & paricinis.

TEMPVS.

Chelidonium hirundinum aduentu florem excitat, atque adeo toto deinceps vere & aestate floret, quibus etiam temporibus carpitur.

TEMPERAMENTVM.

Herba hæc tertii ordinis absoluti est in calefaciendo & desiccando.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Succus Chelidonii mixtus melli, & in aëneo vase in carbonibus decoctus, contra oculorum caliginem prodest. Exprimitur autem succus ex foliis, radicibus & floribus incipiente aestate, siccaturque in umbra & in pastillos conformatur. Radix cum Aniso & vino albo pota, regio morbo medetur. Sanat herpetas cum vino illita. Dentium dolores commāo ducata sedat.

EX GALENO.

Chelidonium admodum extergentis & calidæ facultatis est. Sed & succus eius ad acuendum visum commodus est, utique in quibus crassum quidam in pupilla colligitur discussione indigens. Vñ  
sunt



sunt quidam radice eius ad morbum regium à icco-  
ris obstructione proficiscentē, in vino albo eam po-  
tui exhibentes, cum Aniso. Pari modo mansa, den-  
tium doloribus confert.

## EX PLINIO.

Florentibus succus exprimitur, & in æreo vase  
cum melle Attico leniter cinere feruētī decoquitur,  
singulari remedio contra caligines oculorum. Vtun-  
tur & per se succo in collyriis, quæ Chelidonia ap-  
pellantur ab ea. Eadem oculorum aciem adiuvat, si  
addita aqua foueantur. Succus eius cum melle eu-  
hices, nubeculas, obscuritatemq; discutit, cicatrices  
extenuat. Albugines etiam iumentorum.

## DE CHELIDONIO MINORE.

## CAP. CCCXXXIII.

## NOMINA.

**X**ελιδόνιον μικρόν Græcis, Chelidonium mi-  
nus Latinis, Officinis Scrofularia minor vo-  
catur, quòd strumosa radix multis granorum fini-  
menti grumis videatur coaluisse: vel quòd stru-  
mis, quas imitatione Græca Scrofulas vocant, me-  
deatur. Germanis Feiguartzen oder Blatern-  
kraut, id est Ficariā, Pfaffēhodlin, klein Schel-  
uurtz, oder Schuualbenuurtz, oder Meyen-  
kraut nominatur. Chelidonium autem hæc herba  
vocata est haud dubiè, quòd, vt Theophrastus libro  
septimo, cap. xiiij. hirundinum aduentu florem ex-  
citet.

## FORMA.

NN iij

Herba

Specimen  
dicitur  
remittit

Scrofula  
ria minor  
cur dicta.

PLANTARVM HISTORIAE

Herbula est à stolonibus pediculisve pendens, sine caule, foliis Hederae figura, rotundioribus minoribusq; item teneris & aliquatenus pinguibus. Radices habet paruas multas, ex eodẽ callo prodeutes, tritici modo acervatim congestas, quarum tres aut quatuor in longitudinem progrediuntur. Hæc Dioscoridis delineatio prorsus herbae illi quam Scrofulariam minorem vulgò nominant, convenire videtur. Nam hæc herbula est à pediculis pendens, videntur caule, foliis Hederae, rotundioribus multò, minoribusq; teneris & modicè pinguibus. Radices ostendit ex eodem callo prodeutes, paruas, complures in granorum tritici morem acervatim collectas, quarum tres vel quatuor in longum protenduntur. Flos ei Ranunculi ut maiori luteo colore nitens. His addunt locus, tempora, vires, & alia quæ iam commemorabuntur, quæ singula Scrofulariae minori admissim quadrant, ut nemo hanc Chelidonium minus esse inficias ire sine magna impudentia possit.

LOCVS.

In palustribus, prope aquas, & in limitibus humidis, omnibusque vliginosis tractibus ac hortis passim gignitur.

TEMPVS.

Verno tempore, Maio mense, & præsertim hibernum aduentu floret, nec longo post tempore marcescens evanescit, sic ut irrigui limites, qui largo foliorum florumque stipatu pubescebant, confestim

is spoliati glabrescere conspiciantur.

## TEMPERAMENTVM.

Chelidonium minus, Galeno teste, quarti ordinis absoluti est in calefaciendo & desiccando, ideoque magnam præ se fert acrimoniam, gustum erodentem. Nostrium autem vsqueadeo acre non est, vt com manducando sæpe nullam prorsus sentias acrimo- niam, potissimum in eo quod in humido loco natum sit. In hoc autem quod locis siccis prouenit, senties & amaritudinem & acrimoniam, sensim tamen gustum erodentem.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Acrem vim habet, Anemones modo summã cutem exulcerantem. Scabiem & vnguium lepras tollit. Ex radicibus expressus succus ad purgatio- nem capitis addito melle naribus vtiliter instilla- tur. Similiter decoctum eius cum melle gargarissa- tum, caput strenuè purgat, et omnia pectoris vitia.

## EX GALENO.

Chelidonium minus cum acrius sit maiore, illi- tum confestim cutem exulcerat, vnguesq; scabros eiicit. Succus eius per nares purgat, vtpote vehemè- ter acris existens.

## APPENDIX.

Recentiores ea herba in exterendis sicibus ma- risci sive, & strumis, magna experientia vtuntur, vt inde certè Scrofularia nominari, quemadmodũ di- ximus, meruerit. Antiquus etiam ac manuscriptus  
herbarius,

PLANTARVM HISTORIAE

herbarius, sub nomine tamen Pedis vetuli, quo Aeron nominatur, se à quodam qui expertus sit cognovisse scribit, quòd hæc herba contra mariscas ac strumas mirificè prosit.

*Chamaedry  
memorabilis*

DE CHAMAEDRY. CAP.

CCCXXXIII.

NOMINA.

αμυιδρυς Græcè, Tassago Latine, officinis

X nis græcum nomen insedit, vulgo Quercula minor, & à serratis foliis Serratula appellatur.

Serratula latior: Gallicè Chesnette, ou petit Chesne, ou Chamaedry de la germandrée. Chamaedrys verò Græcis dicta est, quasi humilis ac terrestris quercus, quòd scilicet folia Quercus habeat, & huius respectu quasi si humi repat. Sunt qui Serratam nominatam ideo putent, quòd ab ea serra inuenta sit. Dioscorides hæc Teucrium, etiam, propterea quòd Teucro similis admodum sit, appellari à nonnullis scribit.

GENERA.

Et si Diosc. aliq; veteres unicam faciant Chamaedryn, tamen nos, quia plures herbas ad eius formam ac picturam accedere videmus, duo eius genera produximus. Quorū sanè primum vera Chamaedrys existit, & Germanicè Klein Bathengel nominatur. Alius autè rursus duo sunt genera. Vnū enim quod præ cæteris omnibus picturæ Dioscoridis maximè accedit, mas dicitur, alterum verò scemina: neque enim aliter nobis discrimen indicare li-

cuit nisi sexus ratione. Alterum genus vulgaris est Chamædrys, quod iterum duum est generum, masculini scilicet & femina. Mas Germanicè Erdtuueirauch, Femina verò Gamenderle, Blauumenderle, Vergiszmeinnit appellatur.

## FORMA.

Frutex dodrātata, foliis exiguis, forma & diuisuris quernis similibus, amarisq; flore subpurpureo, exili, semine in calyculis atro. Quæ utique descriptio ita herbis illis quas pictas exhibemus respondet, ut nulla prorsus nota reclamare videatur. Sūt enim herbæ palmum alta ut plurimum, exili folio, effigie & diuisura Quercus, amaro, flore penè purpureo & exiguo, ita ut mirari satis non possim, cur nonnulli alteram speciem genuinā Chamædrys esse negent, cum tamen Germanica etiā appellatio pulchre ad antiquum atque adeò græcum nomen alludat. Sed instabit forsitan quispiam dicens, Chamædrys Dioscoridis palmum alta est, hæc tua mēsurā nis solus rā hanc excedit. Fateor sanè, attamen non multum exuperat. quòd si etiam plus exuperaret, nō tamen hoc nomine alterius speciei herba putāda esset: neque enim adeò statam atq; certam mēsurā herbis tribuit Dioscorides, ut quandoque ultra citraq; cōfistere non liceat: verum cum alicui herbe mēsuram adscribit, id ea ratione facit, ut maiori parti individuorū illius speciei quadrare existimet. In prioris itaque inopia, alterius vsus esse potest.



PLANTARVM HISTORIAE

LOCVS.

Nascitur asperis & petrosis locis, interdum etiã  
in montosis & campestribus solidis.

TEMPVS.

Primum genus Iunio & Iulio mensibus floret.  
Alterum autem vere potissimum. Carpuntur semine  
ne praegnantia.

TEMPERAMENTVM.

Ex tertio ordine calefacientium & desiccantium  
facit Galenus. Germanica tamen minus calefacere  
& desiccare videntur, vtpote in regione  
frigidiore nata.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Recens ac viridis in aqua decocta & pota, cõn-  
sistis, tussietibus, lieni indurato vrinae difficultatibus,  
hydropicis inter initia auxiliatur. Cit menses, fae-  
tusq; extrahit. Lienẽ ex aceto pota minuit. Aduer-  
sus venenata cum vino pota & illita efficax est.  
Trita ad praedicta in pilulas conformatur. cũ mel-  
le vetera vlcera purgat. Cum oleo trita, inuncta &  
illita, oculorum caliginem discutit.

EX GALENO.

Chamaedrys vincentem qualitatem amarã ha-  
bet, & est quodãmodo acris. Quocirca meritò lie-  
nem colliquat, vrinam & menses mouet, crassitu-  
dinem humorum incidit, & viscerum obstructio-  
nes expurgat.

EX THEOPHRASTO.

Trissaginis



Trissaginis folia ad rupta, vulneraq; in oleo trita valent, & ad depascentia vlcera. Semen bilem extrahit, & oculis quoque beneficum est. Foliū ad albugines tritum in oleo prodest.

## EX PLINIO.

Aduersus serpentium venena potu illituq; efficacissima. Item stomacho, tussi vetusta, pituita in gula coherescenti, ruiis, conuulsis, lateris doloribus. Lienem consumit. Urinam & menses cit, ob id incipiētibus hydropicis efficax, manualibus scopis eius in tribus heminis aquæ decoctis vsque ad tertias. Sanat & vomicas, & sordida vlcera cū melle. Fit & vinum ex ea pectoris vitiis. Foliorum succus cum oleo, caliginem oculorum discutit. Ad spleenem ex aceto sumitur.

## DE CHAMAECYPARISSO.

CAP. CCCXXXV.

## NOMINA.

*Cypressus pungens*  
*est Chamæcy*

**X**ΑΜΑΙΧΥΠΟΡΥΣΣΟΣ Plinio dicta est, quasi pumila Cupressus. Apud Græcos, quod sciam, eius fruticis nulla fit mentio. Vulgo Cupressus, Germanis Cypresz, (Gallis Cypres) nominatur. Cypressus ab odore & forma foliorum eiusdem nomen unde dicitur claturæ arboris vocata est. Eta.

## FORMA.

In arbusculi formam fruticat, foliis incanis, Ab=Chamæcyrotoni feminae modo scissis. Floribus in summo aequalissimari instar fulgentibus. Totus frutex odoratus est. est Chamæcyrotoni  
Errant mepitys.]

## PLANTARVM HISTORIAE

Errant qui Chamapityn esse arbitrantur: neque enim vt illa humi serpit, sed altius à terra, vt pictura monstrat, consurgit.

### LOCVS.

In hortis passim ac figulinis provenit.

### TEMPVS.

Aestate floret. Paucos autem frutices inuenies in quibus flores intueri liceat, quando per vniuersam vitam nõ nisi vnum hunc, cuius picturam damus, fruticem in quo flores apparuerint, viderim.

### TEMPERAMENTVM.

Apparet in ea, sicut gustus testificatur, leuis quidem acrimonia, sed maior amaritudo, multoq; etiã plus acerbitalis in tota plãta. Resiccat itaque absque insigni caliditate.

### VIRES. EX DIOSCORIDE.

Quum easdem quas arbor Cyparissus qualitates habeat Chamæcyparissus, necesse est vt etiam facultates easdem obtineat. Arboris igitur hæ sunt vires. Adstringit & refrigerat. Folia eius cum passo & myrrha modica pota, vesicae fluxionibus & vrinae difficultati medentur. Pilulae tussæ, & cū vino potæ, contra sanguinis reiectionem, dysenterias, alui fluxiones, orthopnœam, tussimq; profunt. Decoctum earum idem potest. Tussæ cum fico duritias emolliunt, & polypos in naribus sanant. Leprosos vngues cum aceto decoctæ & trita adiectis lupinis tollunt. Intestinorum ramices illita coercent. Folia  
idem

idem possunt. Pilulæ cum coma suffitæ culices abigere creduntur. Folia trita & illita vulnera glutinant, sanguinemque supprimunt. Cum aceto autem trita, capillos tingunt. Illinitur per se aut cum polenta ad erysipelata herpetas, carbunculos, & oculorum phlegmonas. Cerato mixta & imposita vetriculum firman.

## EXGALENO.

Cupressi folia, germina, pilulæ recètes & molles, magna ulcera in duris corporibus glutinât. Ex quo clarum est quòd resiccâdi vim habeat, absque insigni acrimonia & caliditate. Tanta inest ei acrimonia caliditasq; quanta satis sit deducendæ in altum acerbitati: nullam tamen mordicationem aut caliditatem in corporibus efficit. Proinde in alto latent in flaccidis putrescentibusq; affectibus humiditates, sine molestia, tutòque depascitur, quum quæ calefaciunt & desiccant, eas quidem quæ cõtenta sunt absument, ceterùm acrimonia & caliditate alias attrahât. Sic intestinorum ramico affectos iuuat: siquidẽ exiccat & robur addit corporibus præ humiditate laxis, utpote quum adstrictio in altum subeat, eò quòd caliditas quæ illi admista est deducat, ad eam quidem mensuram perueniens, ut præire quidem valeat, nondum tamen mordicare. Quidam ea vtuntur ad carbunculos & herpetas polentæ miscentes, tanquam absumat citra calefactionem eos morbos efficiendam humiditatem. Sũt  
quis

PLANTARVM HISTORIAE

qui ad cryspelata vtantur, admista nimirum polenta cum aqua, aut oxycrato aquoso.

EX PLINIO.

Cupressi folia trita serpentum ictibus imponuntur, & capiti cum polenta, si à sole doleat. Itē ramici, qua de causa bibuntur. Testium quoque tumori cum cera illinuntur. Capillum denigrant ex aceto. Eadem trita cum duabus partibus panis mollis, & è vino Aminæo subacta, pedum ac nervorū dolores sedant, Pilula aduersus serpentium ictus bibuntur, aut si eiiciatur sanguis. Collectionibus illinuntur. Ramici quoque teneræ tussæ cū axungia & lomēto profunt. Bibuntur ex eadem causa. Parotidi & strumæ cum farina imponuntur. Exprimitur succus tusus cum semine, qui mixto oleo, caliginem oculorū aufert. Item victoriati pondere in vino potus illitusq; cū fico sicca pingui, exemptis granis, vitia testium sanat, tumores discutit, & cū fermento strumas. Radix cum foliis trita potaq; vesicæ & straguriæ medetur, & cōtra phalangia. Ramenta pota

Chamaecy menses ciunt, scorpionum ictibus aduersantur. Chamaecy parissi fa mæcyparissos herba ex vino pota contra venena serpentium omnium scorpionumq; pollet.

om̄. chaur  
Est ransfbr

DE CHAMAECISSO. CAP.

CCCXXXVI.

NOMINA.

Hedera **X**αμακίσος, ἢ γῆς σέφανος græcis, Hedera terrestris. Terra corona latinis appellatur.

tw. Officinæ nomen Hederæ terrestris retinuerūt. Germanicè Gundelreb, corrupto sanè nomine vocatur, cum dicendum esset Grundreb, hoc est, humi repens viticula. Nominatur etiam Germanis Erdepheuu, & Erdenkrétzlin, (Gallicè Lierre terrestre.) Chamæcissos verò dicta est, quòd Chamæcissos nunquam non repat humi, foliis Hederæ similis cissos vrbus. Corona terræ, quòd ramulos suos per terram de dicta. spargens, folioso veluti sero eandem coronare videtur. Corona terræ.

## FORMA.

Folia Hederæ similia habet, minora tamen & tenuiora. Ramulos dodrantaes multos, foliis plenos, à terra quinque aut sex procedentes. Flores Leucis similes, minores tamen, & in gustu vehementer amaros. Radix illi est tenuis, alba, & inutilis. Ex hac historia satis constat herbam hodie vocatâ Hederam terrestrem, esse Dioscoridis Chamæcissos. Siquidem foliis Hederæ constat, minoribus tamen & tenuioribus, ac in circuitu incisus. Legendum enim esse  $\mu\iota\kappa\rho\sigma\tau\delta\rho\alpha$ , & non  $\mu\alpha\kappa\rho\sigma\tau\delta\rho\alpha$ , res ipsa docet: nã etsi folia Chamæcissi aliquatenus Hederæ similia sint, tamen rotundiora, atque adeò minora etiam & tenuiora existunt. Et est hic lapsus ab  $\iota$  in  $\alpha$  apud Dioscoridem frequens, ut ex aliis etiam locis suprâ notatis liquet. Ramulis etiam dodrantalibus multis foliosis, qui tamen antequâ scindantur, quinque aut sex à radice procedunt. Flores denique

Dioscoridis locus emaculatur.

PLANTARVM HISTORIAE

denique eius Leucois similes sunt, non quidem luteis, albis, aut purpureis, sed caeruleis: ita ut vehementer errent qui eius flores, neque figura, neque colore floribus Chamæcissi, qui Leucois adsimilantur, esse similes putant. Etsi enim colore neque albi, neque lutei sunt, caeruleos tamen, qui color Leucoiorum est, esse constat. In gustu denique, sicut etiam folia, amari sunt. Radix quoque eius tenuis, & nullius prorsus usus est. His omnibus accedit, quod nomen etiam pulchrè quadrat: neque enim Græcis a

Chamæcissos. *liud sonat Chamæcissos, nisi humilem ac humiliter petem Hederam. Ceterum non esse Elatinem, præter alia multa quæ referre superuacaneum arbitror, terrestri sapor manifestè ostendit, qui in Hedera terrestri non est Emarus & modicè acris est, atque adeò calorem prælatine. se fert. Elatine verò refrigerat atque adstringit. Sic*

Non est non esse Asclepiada, ut taceam quòd Securidacæ Asclepias. simile semen non proferat, vel vnus locus natalis satis monstrat. Asclepias enim in montibus, Hedera autem terrestri in declinibus locis & vallibus, ut Germanicum nomen Grundtreb abundè indicat, prouenire solet. Quæ autem herba sit, Asclepias suo loco dictum à nobis est.

LOCVS.

Nascitur in cultis locis, iuxta etiã sepes & dumeta.

TEMPVS.

In Martio statim erumpit, & floret in magnam usque æstatem partem.

TEM



## TEMPERAMENTVM.

Amaritudo exiguaq; acrimonia foliorum & florum satis monstrant herbam hanc calidam & sic Error quocum esse, ita vt hi qui frigidam esse statuunt, re- runda nonprehensione non careant. tatur.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Folia eius trioboli pondere in aquæ cyathis tribus, quadragenis aut quinquagenis diebus pota, ischiadicis profunt. Morbum quoque regium in senos septenosve dies similiter pota emendant atque expurgant.

## EX GALENO.

Chamæcissi flos quum sit admodum amarus, iecoris obstructions soluit. Sunt qui illum etiã ischiadicis exhibeant.

## EX PLINIO.

Chamæcisson appellant Hederam non attollentem se à terra. Et hæc contusa in vino acetabuli mensura licni medetur. Eius folia bibunt ischiadici tribus oboli; in vini cyathis duobus septē diebus, admodum amara potione.

## APPENDIX.

Has omnes iam commemoratas facultates Hederae terrestri recentiores tribuunt: neque dubium est, quum sit admodū amara, quin eadem habeat, & alia etiam possit quæ illi adscribunt, vt euocare suppressos menses, vrinam mouere, obtusum auditum remouere. Contra pestem etiam tradunt

PLANTARVM HISTORIAE

efficacē esse: id quod equites quoque sciunt: hi enim quoties fibula dicta pestis equum corripuerit, hac contra eandem herba magna efficacia vtuntur.

DE CHRYSANTHEMO.

CAP. CCCXXXVII.

NOMINA.

Χρυσάνθεμον græcis, Chrysanthemum latinis, officinis inuisitatum, Germanis Goldtblum, Schmalzblum, à pinguedine quæ contrito digitis flosculo apparet, & Dratblü. (Gallis Marguerites blanches) nominatur.

Chrysanthemum Chrysanthemon verò à flosculis auri splendorem & colorem præ se ferentibus, dictum est.

unde dictum.

FORMA.

Herba est tenera, fruticis tamen speciem obtinens, leues proferens caules, & multifida folia: luteos flores, vehementer splendentes, & oculi instar circulares. Ex qua sanè descriptione satis clarum est, herbam quam pictam damus, esse Chrysanthemon, quòd illi omnes à Dioscoride traditæ notæ, nulla prorsus reclamante, conueniant. Quibus Democriti in Hydrosopico accedit testimonium, qui herbam hanc quæ Batrachio similis est, Chrysanthemon Græcis appellari scribit, foliisq; Apij esse, maioribus tamen, flore auri colore splendente. Addit denique ab Aquilegiis mirè celebratam esse, eò quòd aquam subesse certum sit, ubi solet emicare. Quæ quidem singula herbæ illi quam depictam exhibemus respondent.

spondent. Nam vt cætera omittam, vbi hæc nascitur aquæ latices subesse non est dubium. Quidam perperam Vuasserhanenfusz Germanicè nominant: nam hoc nomine appellata herba, alia ab ea est, vt in capite de Batrachio docuimus. Nam cum hæc nostra acrimonia vacet, quanquam Batrachii similis sit, tamen in numero illorum esse hoc nomine non potest.

## LOCVS.

Nascitur prope vrbes, in pratis humidis, & aliis locis aquosis.

## TEMPVS.

Maior mense eius floribus prata & loca humida splendescunt.

## TEMPERAMENTVM.

Eiusdem esse cum Buphthalmæ temperamenti, & gustus & facultates declarant. Calidum itaque esse & siccum constat.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Eius flores cum cerato triti, steatomata discutere produntur. Regio morbo correptis coloris bonitatem tempestiuè reddit, à balneo post longiorem in eo moram exitu pota.

## EX PLINIO.

Vesica calculos Chrysanthemum eiicit.

## DE CHAMAELEONE ALBO.

## CAP. CCCXXXVIII.

- Carduus  
suarius. X αμουλέωρ λευκός Græcis, Chamæleon  
Cardopatiū  
tium. nis, officinis & barbaris Cardopatiū ap-  
pellatur. Quod nomen haud dubiè corruptum est,  
deductumq; à dictione Păcration, nam sic olim esse  
nominatū Chamæleonem Apuleius testatur: aut à  
Carduo vario, à qua dictione scilicet litera in p,  
& r in t mutata, in Cardopatiū facilis est lapsus.  
Germanis Eberuurtz, eleganti allusione ad Car-  
duum suarium, nuncupatur. (Gallis Vne herbe  
espineuse semblable à la carline, ou Arti-  
chault saulage.) Chamæleon autē à foliorum  
leon vnde varietate dici cœpit. Mutat enim cū terra colores,  
dictus. Plinio teste: hîc niger, illic viridis, aliubi cyaneus,  
aliubi croceus, atque aliis coloribus videtur. Sua-  
rius autem Carduus dictus est, quòd sues si in po-  
Carduus lēta exhibeatur, perimat. Ob quam etiam causam  
quare no<sup>n</sup> Eberuurtz Germanis nuncupatam puto.  
minatus.

FORMA.

Folia habet Silybo aut Scolymo similia, asperio-  
ra autem, acutiora, nigroq; Chamæleone validio-  
ra. Caule vacat, verum è medio spinam Echino ma-  
rinò, aut Cinaræ similem erigit. Flores purpureos,  
veluti capillos, qui in pappos evanescent. Semē Cui-  
co simile. Radicem in pinguibus collibus crassam,  
in montosis verò graciliorem, in profundo albam,  
aliquatenus aromaticam, graucolentem & dulcē.

Plinius

Plinius lib. xxij. cap. xvij. breuius herbam hanc depingit, sic inquit: Asperiora folia habet, serpit in terra Echini modo spinas erigens, radice dulci, odore grauiſſimo. Quæ certè notæ in vniuerſum omnes, herbe quæ hodie barbara & corrupta voce Cardopatium vocatur, admuſſim reſpondent, ita vt nemo non eſſe Chamæleonè perſpicuè intelligat. Huc accedit quòd facultates etiam eadem ſint. Radix enim Chamæleonis albi hauſta, venenis reſiſtit. Radix etiam Cardopatij ex recentiorum traditione, mirificè venenis aduerſari, & contra peſtilentiam populatim ſeuientem, vt paulò poſt dicemus, efficaciffimum eſſe remedium dicitur. Quòd ſi tamen reſtiora quis protulerit, non grauabimur hinc, vt in alijs quoque, mutare ſententiam.

## LOCVS.

In glabretis montium prouenit, & in ſyluis, vt hinc etiam ſyluaticus Carduus cognominatus ſit.

## TEMPVS.

Iulio & Auguſto menſibus cum ſuis floribus eſſe fodi poteſt.

## TEMPERAMENTVM.

Radix eius calefacit ſecundo ordine abſoluto, deſſecat autem tertio.

## VIRE. EX DIOSCORIDE.

Radix pota acetabuli meſſura, latos lumbricos pellit. Sumitur autem in vino aſtiero, cum decocto Origani. Hydropicis commodè drachma in vino

OO iij datur:

PLANTARVM HISTORIAE

datur: etenim eos extenuat. Contra difficultatē vrinæ decoctum eius propinatur. Pro theriaca cum vino pota est. Occidit canes & sues. Mures item necat subacta cum polenta, aut hydrelæo madefacta.

EX GALENO.

Radix eius potui datur acetabuli mensura contra latos lumbricos cum vino austero. Exhibent etiam aqua inter cutem laborantibus.

EX PLINIO.

Hydropicos sanat succo radice decoctæ. Bibitur drachma in passo. Pellit & interancorum animalia acetabuli mensura succi eiusdem in vino austero cum Origani scopis. Facit ad difficultatem vrinæ. Hic succus occidit canes suesque in polenta. Addita aqua & oleo contrahit in se mures & necat, nisi protinus aquam sorbeant. Radicē eius aliqui concisam seruari iubent funiculis pendentem, decoquuntque in cibo contra fluxiones, quas Graeci rheumatismos vocant.

APPENDIX.

Recentiores radicem Cardui suarij drachma potdere in vino sumptam contra pestilentiae contagia prodesse tradunt. Eadem etiam in aceto decoctam, contra scabiem, impetiginē, & omnes cutis fœditates curatu difficiles conferre scribunt, si eius decoctio lauentur. Idem dentium etiam dolori succurrit.

DE CHAMAELEONE NIGRO.

CAP. CCCXXXIX.



## NOMINA.

Roomstf.  
248P

**X**αμαίλεον μέλας Græcis, Carduus niger  
 aut Vernilagium Latinis dicitur. Officinis  
 hæc planta incognita existit. Germanis allusione  
 ad Latinam nomenclaturam schuuartzer Gar-  
 tēdistel (Gallis Cardonette) vocari potest, quòd  
 scilicet in hortis tantùm culta proueniat. Sunt qui  
 eam à candore foliorum nominet Vuelsch Vucisz  
 Distel, sed prior appellatio ad discriminandas plan-  
 tas melior existit. Chamæleon verò dictus est à va Chamæ-  
 rietate foliorum, quæ pro terra & locorum diffe-  
 rentia, aut admodum viridia, aut subalba, aut cæ-  
 rulea, aut rubra inueniuntur. Niger verò hauddu-  
 biè à radice appellari cœpit.

## FORMA.

Foliis Scolymo similis est, minora tamen, tenuiora  
 que, & rubentia ea habet. Caulem emittit digi-  
 tali crassitudine, dodrantalem, subrubrum, qui in  
 summo habet umbellam, & spinosos flores tenues,  
 hyacinthi æmulos, versicolores. Radicem crassam,  
 nigram, densam, & aliquando corrosam, quæ disse-  
 cta subflouescit, & cõmanducata mordet. Hæc quia  
 dem notæ quanquam planta, cuius hîc picturâ da-  
 mus, serè omnes videantur quadrare: caulem enim  
 euehit dodrantalem, & altiorem etiam, digitum  
 æquantem crassitudine, subrubrû, folia instar Sco-  
 lymi, minora, subalba & leniter punicea, candidû  
 & hispidum florem, hyacinthina purpura varia-  
 tum,

PLANTARVM HISTORIAE

tum, radicem nigrã & subflauam: tamen cum non admodum linguam vellicet commanducata radix, fit vt non parum an legitimus sit Chamæleon niger addubitem. Verum cum multi huius temporis viri eruditi hanc plantam Chamæleonem nigrum esse credant, nolui hoc tempore ab iis profusus dissentire, atque adeò eandem quæ illi, planta huic inde re appellationem volui, maximè cum nullã aliam eidem conuenire apud Dioscoridem descriptionem videam, donec aliquid certius de ea nobis aut aliis compertum fuerit.

LOCVS.

Nusquam sua spõte in Germania provenit, quare cultura indiget. Nascitur autem Chamæleon niger, Dioscoride autore, siccis, cæpestribus, clinosisq; & maritimis locis.

TEMPVS.

Iunio mense floret, ac subinde in capitulis rotundis Augusto mense semen hispidum profert.

TEMPERAMENTVM.

Chamæleontis nigri radix sicca est in tertio ordine, calefacit verò in secundo absoluto.

VIRE. EX DIOSCORIDE.

Radix trita additis exiguo atramento sutorio, cedrino oleo, & axungia, scabiè abigere potest. Abstergit etiam impetigines, admixtis sulphure & bitumine. Decoctum eius collutione detium dolorem mitigat. Cum pari pipere & cera oblita, dolëtibus dentibus

dentibus auxiliatur. Quinetiã fouentur ea dentes, quum decocta in aceto, & calens imposta fuerit. Scriptorio stylo dolenti denti calida admota, eum frangit. Cum sulphure decolorem ob solem faciem, & alphas emendat. Miscetur medicamentis erodentibus. Phagedenas, ferinaq; ac tetra vlcera illita, ad mitiorem habitum transferens sanat.

## EX GALENO.

Radix quiddam letale obtinet, quamobrem eius foris vsus ad scabies, impetigines, alphas, et in summa, ad omnia quæ deterisionem postulant. Præterea emollientibus & discutientibus medicamentis miscetur, ac illita phagedenica vlcera sanat.

## EX PLINIO.

Radice eius lichenes curatur, cum sulphure & bitumine vnâ coctis: commanducata verò dentes mobiles, aut in aceto decocta. Succo scabiem etiam quadrupedum sanant. Et ricinos canum necant.

DE CHAMAEPITY. *hoc longahoc lumen*

## CAP. CCCXL.

## NOMINA.

αμολιτίτις Græcis, Aiuga sine Abiga, x autore Plinio, Latinis dicitur, Inuenitur & Ibiga vocari, quod nomen, Hermolao Ibiga. teste, ferè seruat hodie Illyrici. Hinc abiectis duab. literis i & g, Iba, & ab Aiuga abiectiōe literarū a & g, Iuamanauit in vulgi nomenclatione. Offi- Iua. cine Iuã cognomēto muscatã appellant, Germani ye leu

PLANTARVM HISTORIAE

Chamapiti ye lenger ye lieber (Galli Iuc Muscate.) Cæs-  
tys vnde terum Chamapitys dicta est, quasi humilis & bre-  
dicta. nis, humiliq; depressa picea: nam eius folia piceam or-  
Abiga lent. Abiga verò vocata propter abortus, quos, edu-  
quare vo- cendis iis quæ in utero sunt, excitare solet.  
cata.

GENERA.

Prima. Tria eius sunt genera. Vna foliis Sedi seu Aixoi,  
Alter. quam nos feminam fecimus. Altera ramis ancho-  
Tertia. ra modo incuruis, quam nondum vidimus. Tertia  
mas dicitur etiam Dioscoridi. Harum discrimina  
è descriptionibus certius cognosces.

FORMA.

Prima, herba est per terram serpens, subcurua,  
folia minori Aixoo similia habens, multo tamē te-  
nuiora, pinguiora: hoc est, vt Serapion interpreta-  
tur, super se plus humiditatis tenacis habentia, &  
hirsuta, circa ramos frequentia, odore picea, flores  
exiguos, luteos aut candidos, radicem Cichorij. Al-  
tera cubitalibus est ramis anchora modo incuruis,  
tenuibus, coma supradicta simili, flore candido, se-  
mine nigro. Olet autem & ipsa piceam. Tertia  
qua mascula appellatur, herbula est foliolis, tenui-  
bus, candidis & hirsutis, caule aspero, candido, flos-  
culis luteis, semine secus alas pusillo. Piceam &  
hæc olet.

LOCVS.

Sua sponte, quòd sciam, in Germania non proue-  
nit. Nunc tamen in hortis plantari cepit. Plinius  
tertiana

*tertiam in petris nasci tradit.*

## TEMPVS.

Floret Iunio & Iulio mensibus.

## TEMPERAMENTVM.

Chamæpitys gustu quidem amarum saporem ascri validiorem obtinet. Est autem in calefaciendosecundi, in siccando verò tertij ordinis.

## VIRES. EX DIOSCORIDE.

Folia primæ septem diebus in vino pota, regio morbo medentur. Quadraginta verò ex hydromelite, ischiadicos sanant. Dantur peculiariter iecinos rosis, vrinæ difficultatibus, & renū vitiis. Prosunt etiam torminosis. Ea apud Heracleam Ponticam, perinde atque antidoto contra aconitum vtuntur, bibentes decoctum. Ad antedicta illinitur, cum polenta iure decocti macerata. Trita & cum fico propilulis data aluum emollit. Excepta melle, squama æris, & resina, purgat. Apposita ex melle, ex vtero ducit. Mammarum duritias discutit. Vulnera glutinat. Vlcera quæ serpunt, cum melle illita cohibet. Secunda & tertia eandem vim obtinent, non tamè vsque adeò efficacem.

## EX GALENO.

Effectu expurgat Chamæpitys, abstergitq; viscera plus quàm calfacit, Proinde regio morbo correptis, & omnino quibus facillè iecur obstruitur, bonum est medicamentum. Quin & menses ducit tñ pota, tum apposita cum melle. Sed & vrinæ mouē  
de

PLANTARVM HISTORIAE

de aptum est medicamen. Sunt qui etiam eam exhibent ischiadicis decoctam in melicrato. Herba porro ipsa viridis magna vulnera conglutinat, & ulcera putrescentia sanat. Mammarum præterea durities discutit.

EX PLINIO.

Profunt aduersus scorpionum ictus. Item iecinori illitæ cum palmis aut cotoneis. Renibus & vesica decoctum earum cum farina hordeacea. Morbo quoque regio, & vrine difficultatibus, ex aqua decocta bibuntur. Nouissima contra serpentes valet cum melle. Sic & apposta vulvas purgat. Sanguinem densatum extrahit pota. Sudores facit, perunctis ea. Peculiariter renibus utilis est. Fiunt ex ea & hydropicis pilulae, cum ficu aluum trahentes. Lumborum quoque dolorem victoriati pondere in vino finit, & tussim recentem. Mortuos fetus ex acetico cocta potaq; eiicere protinus dicitur.

A P P E N D I X.

Officina  
rū error.

Recentiores herbarū, & magna officinarū pars, aliam Chamæpityn ostendunt, folio Saluie rimoso, angustiore tamen, & ad radicem maiore, flore subcandido ac luteo, & semine nigro: qua tamen legitima Chamæpitys non est, sed prima potius Sideritidis, vt suo diximus loco, species. Desinant igitur subinde hac herba pro Chamæpity vera vti, ac illius loco has quarum nunc picturas damus vsurpent. Erroris autem huius nulla alia fuit causa, quam



quàm quòd Chamæpitys etiam veteribus alio nomine dicta sit Sideritis. Hinc plerique decepti eam herbam quæ priuatim ac propriè sic nominatur, pro Chamæpity usurpare cœperunt. Sideritis autem nulla alia de causa dicta est Chamæpitys, nisi quòd illi vulnera glutinandi insit facultas.

DE PSYLLIO. CAP. CCCXLI. *psyllium*  
NOMINA.

**ΨΥΛΛΙΟΝ** Græcè, herba Pulicaris Latinè, nomē Græcum in officinis retinet, Germanicè Psyllienkraut (Galicè Herbe à Pucès) nominatur. Tam Græcam autem quàm Latinam appellatio *psyllium* uenit à pulice, cuius effigiem semen eius refert, sortita est herba. Vel, ut nonnullis videtur, quia si viridis in domum feratur, generari in ea pulices prohibeat.

FORMA.

Psyllion folia Coronopo similia habet, hirsuta, longiora, ramoso drantales. Tota herba ad formam graminis uel formam accedit. Coma eius à medio caule incipit, capitula bina aut terna in summo contracta conuoluta uel in quibus semen pulicibus simile, nigrum durumque.

LOCVS

In aruis & incultis nascitur. Nusquam tamen, quòd sciam, in Germaniâ nisi satum prouenit.

TEMPVS.

Flores tota fere est ætate ex capitulis eius, quæ speciem formam obtinent, erumpentes dependent, canis

PLANTARVM HISTORIAE

no capiti haud dissimiles, vt pictura abundè monstrat. Semen verò autumnoprofert.

TEMPERAMENTVM.

Semen eius ex secundo refrigerantium est ordine, in desiccando verò & humectando mediū quos Mesues dammodo & symmetrum. Commentum Mesues de cōmentū. Substantia eius interiore calida nihil moror.

VIREs. EX DIOSCORIDE.

Vis Psyllio refrigeratoria. Cū rosaceo, aceto, aut aqua illitum articuloꝝ doloribus, parotidibus, tuberculis, œdematis, luxatis, capitisq; doloribus prodest. Enterocœlis seu intestinorū ramicibus pueroꝝ rum, & vmbilicis prominentibus cum aceto illitū medetur. Oportet autem acetabuli mensura tusum in aquæ heminis duabus madere, & vbi aqua concreuerit illinire: egregiè siquidè refrigerat: deiectū enim in feruentem aquam, calorem eius reprimit. Prodest erysipelatis. Perhibent si viridis domū importetur, prohibere ne in ea pulices generētur. Tusa cum adipe, sordida & maligna vlcera expurgat. Succus eius cum melle ad aures fluxione tentatus, & vermiculosas concludit.

EX PLINIO.

Vis ei ad refrigerandum ingens. Semen in vsu. Fronti imponitur in dolore & temporibus, ex aceto & rosaceo, aut posca. Ad cætera illinitur acetabuli mensura, sextario aquæ densat ac contrahit. Tunc terere ac crassitudinem illinere oportet cuiuscunque

cunq; dolori, & collectioni inflammationiq; Tenasmo in aqua cū radicib. decoctum medetur. Omnibus articolorum morbis salutare est huius semē ma. defactū in aqua, admistis in heminā seminis duobus resina colophonie cochlearibus, thuris vno.

DE PSEVDONARDO. *valispiranardi*  
CAP. CCCXLII.

NOMINA.

**Y**ευσδοναρδος Græcè & Latine nominatur, Pseudonar quod scilicet nō sit vera & genuina Nardus, dūs vnde cuius Dioscorides & alij veteres meminere. dicta.

GENERA.

Duūm cernitur generū. Alterum procerius est, & maiorem spirat odorem, nec minus quam Nardus placet. Hoc nos Pseudonardum mare diximus. Officina & vulgus herbariorum Spicam à spica Spicæ. tis floribus nominant, Germani Spicanardi (Gallidū Narde, ou Aspic.) Alterum amplitudine & odore minus, quod nos Pseudonardum feminā appellauimus. Officina & herbarij recentiores Lauā Lauandulā vel Lauendulam, eo quod balneis & hominū la. num lauacris expetatur, elotāque omnia si permisceatur odoris commendat suauitate, vocant. Germani ad hoc nomen alludentes Lauendel (Gallū Lauende) nuncupant.

FORMA.

Frutex est folio crassiore, carnosō, angustō colore  
PP languida.

## PLANTARVM HISTORIAE

*languido, in candidum vergente, piloso, frequentibus spicis in aristas sparsis, flosculis in spica ferè caeruleis, in Lauendula autem purpureis.*

### LOCVS.

*Gaudent apricis & petrosiss, tanta suauitatis fragrantia, vt penè flores odoris incunditate vincant, qua dote vestibus inferuntur.*

### TEMPVS.

*Vtraque perpetua coma cætu veris canescit, In Iulio & Iulio mense spicatur, floribusque prægnas est.*

### TEMPERAMENTVM.

*Calefacit & siccit ordine secundo, tenuibusque constat partibus, haud multum à natura Celtica Nardi dissidens.*

### VIRE S.

*Antiquus manuscriptus herbarius easdem ferè facultates Pseudonardo, quas Celtica habet, tribuit, dum in hunc modum scribit: Stomachi dolorem frigidum eiusdem inflationes, vteri dolores, lienis duritiè, iecinorisque obstructions tollit. Stræguriæ & difficultati vrinæ auxiliatur. Capiti ad mota calefacit, eiusque humilitates exiccat. Hinc est quòd recentiores tantisper eius usum in frigidis cerebri & neruorum morbis, apoplexia, paralyssi, & similibus commendent.*

*Sequentia duo Capita, quoniam opere ad finem iam ferè perducto, in exëplari Germanico*

manico circa finē serò inuenimus, & nos ea suo loco reponere non potuimus. Bono igitur animo candide lector, hæc in fine accipe.

DE DIGITALI. CAP. *by m ger hut re m r*  
CCCXLIII.

## NOMINA.

**Q**uod appellatione tum Græca tum Latina herba hæc hodie destituta sit, nulla alia de causa factum existimamus, quam quod veteribus incognita fuerit. Nos pulchritudine eius illecti, & uicium esse diutius non sumus passi. Appellauimus autem Digitalem, alludentes ad Germanicam nomenclaturã Fingerhut, sic enim Germani hanc stirpem nominant, à florum similitudine, que digitale pulchrè referunt ac exprimunt. Hac appellatione utemur, donec nos vel alij meliorem inuenerint.

Digitalis.

## GENERA.

Duim est generum. Vna enim purpureos obtinet flores, idcoque Digitalem purpuream appellauimus. Germanis Brauner Fingerhut dicitur. Altera luteos habet flores, ob id Digitalis lutea dicta nobis est. Germanis Geeler Fingerhut nominatur. In alijs per omnia similes sunt.

Digitalis  
purpurea.Digitalis  
lutea.

## FORMA.

Herba est cubitalis, folijs latis & oblongis, Plā

PP ij tagini

# PLANTARVM HISTORIAE

tagini non dissimilibus, in extremitatibus serratis, floribus à lateribus caulis ordine dependentibus digitalis formam referentibus, purpureis aut luteis. Quibus decidentibus, semen in calycibus latè & oblongū profert. Radix illi est exigua & capillata.

## LOCVS.

Nascitur in montibus, vmbrosis & saxosis locis.

## TEMPVS.

Floret Iulio potissimum mense, atque subinde cadentibus floribus semen producit.

## TEMPERAMENTVM.

Impense amara est herba, perinde atque Gētia-  
na, vt hoc nomine calidam & siccam esse euiden-  
tissimum sit.

## VIREs.

Hæc herba haud dubiè quum opus est extenua-  
tione, abstersione, purgatione, & obstructionis li-  
beratione efficax admodum esse solet. Nam, vt tes-  
tatur Galenus libro quarto de simplici. medic. fa-  
cult. cap. xvij. amari saporis absterunt, expurgant,  
& quæ in venis est, crassitiem incidunt. Quamoba-  
rem menses etiam quæ amara sunt mouere possunt,  
& ex thorace & pulmone pus educere. Quid mul-  
ta? potest hæc herba ferè omnia quæ Gentiana, cui-  
us vires suo in loco inuenient studiosi.

DE OCIMASTRO. CAP.

CCCXLIIII.



## NOMINA.

**Q**uicquid Græcis, Ocimastrum Latinis dicitur. Officinis inusitatum atque incognitum. Germanis Vuild Basilg, (Gallis Basilic saulua=ge) appellatur, Ocimoides vero Græcis haud alia Ocimois ratione dictum est, quàm quòd Ocimo, suis potissimè des cur dimum foliis simile sit. Ocimastrum autem Latini, etum. quasi sylvestre Ocimum appellauerunt. Nam sic i=Ocimaspsum vocare videtur libro vigesimo capite decimo=strum, Syl tertio Plinius.

uestre Oci  
mum.

## FORMA.

Folia habet Ocimo similia, ramulos dodrantales, eosdemq; hirsutos, siliquas Hyoscyamo persimiles, semine nigro plenas, Melanthio seu Nigella simili (legendum enim in Dioscoride τοῦτο ἔσται, & nō Dioscoride τοῦτο ἔσται, ut habent aliqua exemplaria.) Radix dislocus illi est gracilis & inutilis. Ex qua quidem delineatione omnibus palam fit, stirpem, cuius effigiem atque picturā damus, esse Ocimastrum: siquidē folia fert Ocimi, ramulos palmares & quadratos (quod Dioscorides omisit) hirsutos, flores purpureos (quos itidem Dioscorides non explicauit) forma Ocimi floribus similes, qui tamen colore, qui illis candidus est, distant: decidētibus floribus siliquas Hyoscyamo similes, seminis nigri, Melanthio similis, plenas ostendit. Radice etiam nititur tenui & superuacua. His omnibus etiam accedit odor, qui planè

PLANTARVM HISTORIAE

Ocimum referre videtur: ita vt nemo dubitare debeat, quin hæc herba verum sit Ocimastrum, potissimum cum illi Dioscoridis descriptio sic quadret, vt nulla prorsus nota reclamare videatur.

LOCVS.

Nascitur arenosis in locis. Copiose autem iuxta Nirtingam ad Nicerum oppidulum prouenit, vbi id ipsum primum vidi, ac retinere alias, quod sciam mihi nunquam visum.

TEMPVS.

Floret in fine Septembris & Octobri mense, atque simul in siliquis semen profert.

TEMPERAMENTVM.

Ocimastrum, maxime eius semen, est calida & sicca temperaturæ, quod sapor etiam satis ostendit, qui cum modica adstrictione amarus est.

VIRES. EX DIOSCORIDE.

Semen Ocimastri in vino potum, medetur viperarum & aliarum serpentium moribus. Ischiadicis datur cum myrrha & pipere.

EX GALENO.

Ocimoides quidem philiterium cognominant. Radix superuacanea est. At semen tenuium partium, & desiccantis citra mordacitatem facultatis est.

EX PLINIO.

Syluostri ocimo vis efficacior ad eadem omnia, quæ satiuo. Peculiaris ad vitia quæ vomitionibus crebris

crebris contrahuntur. Vomiciſq; vulue, contraq; beſtiarum morſus radix in vino eſt efficaciffima.

## APPENDIX.

Vel ſylueſtre Plinij Ocimum diuerſum eſt ab Ocimaſtro, aut in verbis eiufdem iam productis, error ſubeſt. Quum enim Ocimaſtri radix, Dioſcoridis & Galeni teſtimonio, inutilis ſit, non recte à Plinio dicitur quod eius radix in vino contra beſtiarum morſus efficaciffima ſit: ſed hoc potius, Dioſcoride teſte, ſemini tribuendum erit. Quare in Plinio legendum, contraque beſtiarum morſus ſemen in vino eſt efficaciffimum. Quam ſane lectionem Plinij locus emendatur.

Dioſcoridis autoritas abunde confirmat, qui Ocimaſtri ſemen cum vino potum, contra viperarum & aliorum reptilium ictus efficacem eſſe tradit.

COMMENTARIORVM DE  
Stirpium Historia ſinis.

PP iiiij

EXPLI

# EXPLICATIO QVA-

## R VNDAM VOCVM TOTO

hoc opere passim occurrentium, in quibus assequendis non admodum peritus lector hærere possit.

Acetabula.



Cetabula ab aceto denominata videtur: quanuis alij ab accipiendo dictum putent, atque hinc est quod scribant acceptabulum: vasculaque fuerunt orbiculata, concava, sine marginis latitudine, quæ aceto plena ad intinctus ponebatur. Dehinc vox ad omnia alia quæ similem concavitatem habent, translata fuit. Primumque sic concavas partes in polyporis flagellis, quibus id animal nititur, & velut admiculis sultu exurgit, nominaverunt. Translata etiam vox ad feminarij locos, vocaueruntque acetabula venarum arteriarumque: ora, quæ in utero feruntur hiætia. Transtulerunt postremo etiã hoc nomen ad herbam, quam eã ob causam Acetabulum dixerunt, quod folia acetabulo similia in orbem circumacta, sensimque sic ut sensum fallat, in concavam lacunã descendentiã habeat, & ΓΤΥΛΗΔΩΝες Græcè nominantur.

Acinus.

Acinus nõ tantum grana interna vuae, quemadmodum quidam existimant, sed totum fructu, qui ex succo,

succo, & parte quæ veluti caro est, & ex vinaceis, & ambiente forinsecus cute cõstat, significat. Testis Galen. qui lib. 2. de facultatibus alimẽtorũ sic scriptum reliquit: Acini corpus ex quatuor partibus cõstat, ex ea scilicet quæ eius veluti caro est: exq; humore per eam disperso, vnde vimĩ: præterea ex nucleo, atque eo quod omnia hæc foris circũcludit mēbranofo tegumento. ῥῶξ Græcis dicitur. Aculei, Aculei. quæcunque duriuscula in cuspidem turbinata pũctionẽ infligũt spiculorũ modo, nominantur. Acus Acus. purgamentũ frumenti, leuissimũ scilicet in eo quod ventilabris extra aream iaculatur. Adnata, vel Adnata. Adnascentia, siue Appēdices, ramuli dicuntur quos caulis nonnunquam ex se mittit, quasi nouã adscititiãq; prolem. Sic autem vocantur, quod quasi cauli adnascantur & superaccedãt. Græci πύρρα-φύλλος, quod circũ caulem erũpentes accrescãt, appellarunt. Ale, cavi inter caule, & ramulos an Ale. fractus, vnde sinuatim noua proles egreditur, facta ab humanis alis trãslatione, dicuntur. Græci μάλαξ vocant. Alabastra sunt seruandis odoribus ex solidissima & frigidissima materia facta vascula, sic dicta græcis, quod ob læuorem suã capi tenerique manibus non faciliẽ possent, lubricaq; dilaberentur. Hinc alabastrites lapis quẽ nunc Alabastrũ vocant, quoniã ex eo alabastra fierent, denominatus est. Aluta pellis seu coriũ dicitur postquam Aluta. ad

VOCVM DIFFICILIVM

ad vsum & opus calceorum & aliarũ rerũ concinnatum est. Hinc Alutamen, siue alutamentũ, opus ex cõcinnatis pellibus factum. Et Alutarũ, pellium

- Alsiosa.** & coriorum concinnatores. Alsiosa non dicuntur ea quæ frigidis locis gaudent, sed cõtrà potius quæ
- Amuleta.** algores ferre non possunt. Amuleta remedia sunt presentanea aduersus venena & fascinationes, quæ lia quidã in annulis, & è collo suspensa gestare solent,
- Amphora** Amphora mensura est quæ capit duas urnas, seu
- Apices.** octo congios. Apices quæ in medio calycis seu folliculi quo flos clauditur, erumpunt, stamina sunt, quæ veluti flamẽta ab intimo floris sinus profiliunt. Habent apices sæpius in summo quidpiam crassiusculum, à qua similitudine nomen acceperunt. Arbor est quicquid à radice statim simplici caudice, brachiatum ramis, surculosum, dissolutuq; contumax assurgit. Articuli sunt partes quæ in nodos quosdã intumescunt, à quibus per sepe ramuli pdeunt.
- Asparagi.** Asparagi quæ primũ in lucẽ prodeunt olerũ germina, priusquã in folia explicentur, recentissimiq; turiones qui edẽdo sunt, dicuntur. Arista, est quæ ut acus tenuis, longa, eminent à gluma. In summa arista quasi apices & cornua sunt spicarum.
- Bacca.** **B**acca sunt fortius minutiores herbarum, fruticum, arborũve, qui dispersius rariuq; enascuntur: vt sunt partus lauri. Atque in hoc ab acinis differunt, quod ÿ densius proueniant. Brachia sunt plantarum,



plantarum, præcipuè autem arborum ramuli, quod  
instar brachiorum in homine extendantur. **Bulb.** Bulbi  
bi radices sunt rotundæ tunicatæ, quales sunt hya-  
cinthi, asphodeli, & colchici.

**C**achryes sunt oblonga panicularum modò ni Cachryes  
camenta, quæ squamatim compacta propens  
dent è ramis. Crescunt hyeme, vere dehiscunt in fla-  
uescentes squamulas, & folio prodeunt, decidunt:  
qualia in abiete, picca, & aliis permultis videre li-  
cet. Plinius pilulas nominat. Calathus est rectus **Pilula.**  
turbo, hoc est, id quod ex angustiis in latitudinem Calathus  
se diffundit. Calathi effigiem planè referunt flores  
liliorum. Calyx folliculus est, quo flos primum, Calyx.  
mox seminis factus clauditur. Capillamenta **Capilla.**  
particulæ teretes & oblongæ in capilli modum ex-  
mentata dicuntur. Caput est id quod sursum de- **Caput.**  
orsumve in globum extuberat, aut in orbem glome-  
ratur. Si magnitudine cesserit, capitulum nominat-  
tur. Extremâ tamen vitis partè caput etiâ vocant.  
id est, ultimum & productissimum flagellum. **Ca** Capreoli.  
preoli sunt coliculi intorti veluti cincinnati quidâ in  
ipsis pampinis tenerioribus apparètes, quibus vitis  
veluti manibus quibusdam adminicula complecti-  
tur, ac comprehendit. Si enim vt vitem teneant, ser-  
punt ad locum capiendum: vnde à capiendo capre-  
oli dicti sunt. Caro dicitur id quod cortici subest. **Caro.**  
Caudex dicitur in arboribus & fruticibus, id quod **Caudex.**  
à radice

VOCVM DIFFICILVM

- Caulis.** à radice supra terram simplex assurgit, & in quod  
 à radice fertur alimonia. Caulis verò idem quod  
 supra solum simplex profilit in herbis nominatur.  
 Sic utique caudex ad frutices & arbores, caulis ad  
**Cervix.** herbas duntaxat pertinet. Cervix est pars illa à  
 capitatis radicibus prodiens. prælonga, teresque:  
**Cyathus.** sic dicta, quòd in colli speciem figuretur. Cya-  
 thus Græcis ἀνώ του χύει, id est, à fundendo  
**Cyma.** dictus, est duodecima pars sextarii. Cymæ herbas  
 rum delicatiores tenerioresque coliculi, quos à pri-  
 ma germinatione, & in summa stirpe proferunt.  
 Nam cum vernum tempus appetit, primo quoque  
 foliorum pullulatu, præclusis adhuc florum calycis  
 bus, quosdam quasi turiones, olus subministrat, in  
 quibus floris primum, mox seminis fetus conclus-  
**Cirri.** ditur. Cirri sunt capillamenta quæ contorta cri-  
**Clavicu-** spantur. Clavicula coliculi sunt, quibus quasi ma-  
**le.** nibus proreptans vitis admimicula comprehendit.  
**Coma.** Coma est quicquid hilari venustate criniū mo-  
**Congius.** do, summa ramorum vel coliculorū exornat. Con-  
 gius, qui Græcè χούς dicitur, sex sextariorum ca-  
 pax mensura est. Eadem etiam congiarium appel-  
 latur. Conus Græcis, vel pyramis, est inuersus tur-  
**Conus.** bo, hoc est, id quod ex latitudine in arctius protra-  
 hitur ac fastigiatur. Cui calathus, & diximus, cō-  
**Cor.** trarius existit. Cor est quod in medio ligni resi-  
 det, & tertium à cortice continetur, velut in ossi-  
 bus

*bus medulla.* Ab aliis *matrix*, à nonnullis *medulla Matrix* nominatur. *Corymbus* est *hederarum* vna de pen- *Corym-*  
dentibus acinis coacta. Transfertur tamen ad mul- *bus.*

*tos herbarum fructus.* *Cortex* pars est vltima à *Cortex.*  
subiecto corpore separabilis, veluti *crusta* quaedam  
ad tegendum data. *Cotyle* vox est in *Græcia* na- *Cotyle.*

ta, nam *Romani* *hemina* vocabulo vtuntur. Vide  
in dictione *Hemina*. *Crenæ* sunt quaedam in ex- *Crenæ.*  
*tremis oris incisuræ*, à quibus *crenata* herbarum fo-  
*lia* vocantur, hoc est, *ferrata*, per ambitumq; secta.

*Cubitus* est mensura quanta patet à cubiti flexu *Cubitus.*  
*va* vsque ad summum medium digiti, quæ sex pal-  
*mis*, digiti sive vigintiquatuor constat. *Culmus* fru *Culmus.*  
*menti calamus* est, qui spicam sustinet.

**D***ecussis* antiquis ad X literæ figuram fiebat, *Decussis.*  
quæ apud *Latinos* *decem* significat. Hinc *de-*  
*cussari* est in speciem literæ X diduci.

*Dilutum* dicitur, quod est mixtum: vnde *vinum* *Dilutum.*  
*aqua* mixtum dicitur *dilutum*. *Dilutum* verò sub-  
*stantiuum* factum, est id liquidum, in quo aliquid  
certo tempore maceratum & infusum fuit: vt si in  
*vas* vini appositum *absinthium* fuerit, deinde post in-  
*teriectum* tempus abstractum, id *vinum absinthij* dilu-  
*tum* vocatur. *Dodrans* est mensura duodenum di-  
*gitorum*. Aliàs *palmus* maior *Latinis*, & *Græcis* *Dodrans.*  
*αὐθαπυλ* dicitur. *Dodrantalis* itaque *cauliculus*  
*vocatur*, qui longitudine *duodenas* æquat *digitos.*

*Echinus*

VOCVM DIFFICILIVM

- Echinus.** Echinus est quicquid numerosa congerie aculeorum stipatur, siue tegmen, siue caput, siue cacumen fuerit: sic dictus quod globoso spinarum agmine maris herinaccum mentiatur.
- Fibra.** Fibrae capillamentis germanae sunt, quae herbarum arborumque minutiones sunt radice, in quas velut extremas, crassiores, effusa sparguntur.
- Fimbria.** Fimbriae sunt vestium extremitates, à quibus & fimbriata folia dicuntur, quae in ambitu in quosdam fimbrias exeunt. Flagella dicuntur cymae arborum & ipsarum summae partes, quae ad cuiusque venti flatum mouentur: unde etiam nomen traxerunt ab eo quod flatibus petantur. Flagella etiam sunt vitium rami oblongiores, & productiores, aliis tamen minores, ab ipsis brachiis sursum ascendentes: dicta flabella prius, à venti flatu scilicet.
- Folliculus.** Folliculus theca rei cuiuslibet, quae granum vel semen continet inuolutum. Sic membranosa cutis acini folliculus dicitur.
- Fructus.** Fructus, quod carne & semine compactum est. Frequenter tamen pro eo, quod in uolucro perinde quasi carne & semine coactum est, accipi solet.
- Frutex.** Frutex est quod à radice caudice multiplici, ramosumque sese attollit, ut rubus. Frons interdum pro ramo ponitur. Proprie tamen dicitur id quod ipse ramus circumquaque producit, multa interdum folia habens, & non nihil corticis, ac veluti cauliculi.

Gemma

**G**emma in vite idem est quod oculus, quia ve  
 luti ocellus quidam conspicuus, aut gemma  
 quedam excellens conspici possit, cum primum è  
 vite prodit, aut sarmento. Hæc inuente vere sese os-  
 tendit, & ab ea primum flos, deinde fructus pro-  
 dit tam in ipsis vitibus, quam arboribus. **Geniculi.**  
 Geniculi siue genicula sunt nodi qui in herbis, aut legu-  
 minibus, aut etiam sub fruticibus apparent. Sic ge-  
 niculate radices nominantur, quæ nodis quibusdam  
 interstinctæ protuberant, rotundæ & leuiter capi-  
 tulatæ. **Gluma.** Gluma est folliculus grani quod in spica  
 continetur, vel grani theca. **Grossi.** Grossi appellantur  
 fici, quæ non maturescunt. Priuatim tamen in bife-  
 ra sico eas intelligunt, quæ per messes maturantur,  
 Has grossulos Græci vocant ὀλίβου.

**H**emina Romana vox est, ex Græco quidem  
 ἡμιστον, quod dimidia sextarii pars sit, deri-  
 uata. Græcis κοτύλη nominatur. Caput uncias de-  
 cem mensurales, vt copiosè in annotationibus no-  
 stris in quartum de Tuenda sanitate librum Gale-  
 ni demonstrauimus. Herba est quod à radice fo-  
 liatum, sine caudice provenit, sæpiusque semen in **Herba.**  
 caule fert.

**I**nternodium, quod inter artus vel genicula me- **Internod-**  
 dium intercedit, dici consuevit. **Interuenium,** dium.  
 quod inter venas intercipitur. **Iuba** est arundina- **Interue-**  
 cea coma effusa, qualis in milio est: metaphora de- **nium.**  
 sumpta **Iuba.**



VOCVM DIFFICILIVM

- Iulus.** sumpta à iubis, hoc est crinibus animalium à collo pendentibus. Iulus tam Græcis quàm Latinis est quod in corylo compactili callo racematim cohaeret, & veluti praelongus vermis, singulari pediculo pensile nititur, & fructum præcedit.
- Lachryma.** **L**achryma est is humor, qui statim defecto caudice, vel ramo, aut tantum ipso ligno, profilit, & apparet. Lanugo in herbis atque arboribus lanata quaedam est hirsuties, quæ folia, coliculi que calescunt. Liber pars corticis interior quæ ligno pressius adheret. Is quibus scribimus libris nomen dedit. Libra Romana capit uncias duodecim mensurales. Ligula quarta pars cyathi dicitur, hoc est, semuncia, demptis scilicet duobus scriptulis.
- Loculamenta.** Loculamenta sunt seminum involucria, quæ veluti parvæ capsulae ea recludunt. Lomentum fabarum farina est. Laciniæ partes sunt extremæ partitulatim decoris causa concisæ, orarumque summæ caesuræ. Inde folia membratim per flexuras digesta, vel natiuis scgminibus discreta, laciniata vocitantur. Sunt tamen qui lacinosum pro sinuoso vsurpent.
- Malicorium** **M**alicorium est mali punici putamen. Malleolus novellus est palmes immatus prioris anni flagello, cognominatus à similitudine rei, quod in ea parte qua deciditur ex vetere sarmento, prominens utrinque malleoli speciem præbet. Vel, quod à capillæ



capillatus utrinque, & surculatus solebat feri. Ma Matrix.  
 trix, vide in dictione Cor. Medulla, vide ibi Medulla.  
 dem. Mucro est acumen in quod pars quæcunque Mucro.  
 definit. Sic foliorum multorum, siliquarum quarun-  
 dam, & spinarum omnium extrema in mucronem  
 acuminantur. Muscus est id quod in ipsa corticis Muscus,  
 superficie quarundam arborum lanuginosum appa-  
 ret, veluti cavi quidam ipsarum arborum villi. In  
 quibusdam etiam quedam ipsarum arborum quæ  
 visitur villosa flosculorum congeries, quæ quod cen-  
 ferta sit densaque florescat, muscus dici consuevit:  
 ut in Ligustro, & complurib. aliis. Muscaria sunt Muscaria  
 in orbem radiata herbarum coma, cacuminaq; in fa-  
 sces coacta: à flabris similitudine, cuius ventilatus  
 musca conuiuiis abiguntur, dicta.

Nucamenta dicuntur ea quæ callo squamae Nucamen-  
 tum compactili pendent è ramis nucum, ro- ta.  
 borum, picearum: sic dicta, quod sint quasi  
 quedam naturæ rudimenta, pineam nucem face-  
 re condiscantis.

Oculus gemmula illa in herbarum surculis, pri- Oculus.  
 mum germinationis argumentum dicitur.

Alma dicitur maius vitis flagellum, unde Palma.

P nascuntur vna. Palmus veteribus duplex Palmus.  
 fuit. Minor digitorum quatuor habebatur,  
 Græcis  $\tau\alpha\lambda\epsilon\upsilon\varsigma$  vocatus. Maior digitorum duos  
 decim,  $\alpha\pi\theta\epsilon\alpha\mu\eta$  Græcis dictus. Palmites dicuntur Palmites.

VOCVM DIFFICILIVM

- tur qui è stirpibus ac surculis quotannis prodeunt: sic nominatæ, quòd in modum humanarum palmarum virgulas quasi digitos edant. Pampini sunt frondentium ramusculorum comæ coliculiq; fructus fouentes, & ab impendente vindicantes iniuria. Hinc pampinare, est pampinos superfluos ex vinea detrabere, posteaquàm fronduit. Panicula dici potest quicquid sublonga vel subrotunda effigie tumet vt quæ pendet è picearum ramis. Lanosam quosque comam in milio, panico, arundine, & qualem in aruis complures herbæ, & in palustribus iunci gerunt, Latini paniculam dixere. Pappus tam Græcis quàm Latinis est lanugo ex floribus aut fructibus decidua. Sic etiam lanosi quidam villi, qui deflorescentibus aliquot herbis remanent, & postmodum in auras euanescent, pappi sunt, vt in senescione, soncho, & plerisque aliis fit. Pediculus, siue quod idem habetur, Petiolus, id est quo folium, fructus, aut flos dependet. Pedamenta quibus stat recta vinea dicuntur, hoc est, quibus veluti pedibus nititur. Nominantur etiam à quibusdam pedamis. Pilula, vide Cachrys. Pyramis, vide Conus. Propago. Propago dicitur vitis vetula depressa, atque in terram per inflexos arcus submersa, vt ex vna plures emergant. Pulpa in arboribus est, quod nos in animalium corporibus musculum appellamus. Pulvinus est quod inter sulcos eminulum protumet, sic dictus

dictus quòd quandam referat puluinorum in quibus sedemus, similitudinem.

**Q**uincuncialis figura, eius figura quæ decussim antiquis significabat, media est. Fiebat verò decussis ad X literæ formam, quæ quidem apud Latinos decem significat. Atque hæc si per mediū secetur, remanebit V figura, quæ quinarium numerum, atque adeo quincuncem demonstrat. Sed hæc quidem multoties tum superius, tum etiã inferius multiplicata, figurã facit, quæ quincuncialis appellatur. Talem planè Trichomanis cauliculi efficiunt.

Acemus pro vua accipitur. Neque tantùm Racemus

**R** ipsius vitis est, sed etiam hedera, & aliarum herbarum, aut fruticum vuas quasdam producentium. Dicitur etiam ramosum id, quo dependent acini. Rami sunt, qui in caule fissi multiplices sparguntur.

Armenta prælonga sunt vitium virgulæ, in Sarmenta

**S** quas vitis luxurians spargitur: hoc est, vitis ipsius brachiorum & caulium ligna, tãdum sunt in ipsa vite, quàm dũ excæta, & excæta sunt. Scapus est caulis qui in styli modũ sursum proreptat, aut in altũ fertur, ducta à colūnaribus scapis similitudine. Scopus ramosum id, quo dependent acini. Sesqui vocabulum cū aliqua mensura vel modi, vel numeri, vel tēporis collocatum,

VOCVM DIFFICILIVM

- non integrum modò id cui iungitur explicat, sed integrum & semis. Sic sesquilibra, libram vnã & semis significat. Sesquimensis, integrum mensem
- Sextarius** cù dimidio. Sextarius capit vncias viginti men
- Siliqua.** sũrales. Siliqua tegumentum est, quo vel grana leguminum, vel herbarum semina concluduntur. Nam non modò legumina, sed & complures quo
- Sinus.** que & herbe & frutices siliquas proferunt. Sic
- Spica.** nus alarũ causa sunt. Spica est quod culmus extulit. Hãc antiquitus rustici specam vocabant, & à spe videtur nominata: eam enim quòd sperant fore, serunt. Tria verò continet, granum, glumam, & aristam. Spica mutica est, quæ non habet aris-
- Spongia.** tam. Et mutica, quasi mutila nominatur. Spon-  
gias antiqui olitores vocarunt radículas illigatas & connexas: Hinc Asparagi sativi & altis radices multis irretite capillamentis coalescentes, & inter se implicatæ, ac quasi in vnitatem coeuntes spongiolæ, & spongiæ spongiosæq; appellantur.
- Stamina.** Stamina sunt qui in medio calycis erumpũt apices: sic dicta, quòd veluti filamenta ab intimo floris
- Stipula.** sinu profiliant. Stipulae folia sunt culmũ ambiens
- Stria.** tia. Striae partes sunt quædam quæ protuberant et eminet. Hinc striatus caulis, qui huiusmodi striis est præditus, aut striaturis exasperatus. Strigiles etiam, si Vitruuius credimus, appellantur. Stolon-
- Stolones.** nes appellantur coliculorum soboles, inutilisq; è radice

radicibus fruticatio. Suffrutices sunt quæ com- Suffruticia  
 pluribus ramulis surculi (sive lignosis) scatent, sed mi- ces.  
 nutis constant foliis. Surculus, quod ex ramis sim Surculus.  
 plex ac individuum oritur, estq; velut germē quoda-  
 dam ex ipso tronco vel caudice productum.

**T**hyrsus est caulis, idque nomen sibi vendica Thyrsus.  
 uit, quod virgule in modum, vel teli rectitu-  
 dinem consurgat. Tomentum Latinis omne id Tomentum  
 quo culcitra ad molliorem & calidiorē quietem  
 infarcuntur, dicitur, siue id lana sit siue pluma, si-  
 ue quod voluerit aliquis, excipiendis molliter &  
 & fouēdis calore corporibus nostris aptum. Sic Di-  
 ctamni folia, quod mollia videntur esse, tomentu-  
 tia & lanea dicuntur à Dioscoride, hoc est,  $\psi\alpha\lambda\lambda\omicron\epsilon\iota\delta\eta$ .  
 Tori prominentes partium calli, Tori.  
 & in se pulparum modo collecti nominantur. Graeci  
 $\kappa\omicron\upsilon\delta\upsilon\lambda\lambda\omicron\varsigma$  vocant. Hinc  $\kappa\omicron\upsilon\delta\upsilon\lambda\omega\delta\omicron\varsigma$ , id est,  
 torosus, quod idem Latinis est, ac nodi formam præ-  
 se ferens. Triens quatuor cyathi. Tunica est Triens.  
 tenuis cortex & veluti membranaceus, quo vel ar- Tunica.  
 bor, vel radix inuestitur. Sic caepe folliculis est tu-  
 nicatum. Turbo dicitur quicquid ex acumine tē Turbo.  
 dēs in amplius spaciatur. Hinc Turbinatum, quod  
 ex angusto continenter in latius prodit. Sicut turbi-  
 nata conspicitur pyrorum forma. Per multa etiam  
 herbarum folia in mucronem turbinantur.

Turiones sunt teneritates summitatum ipsarum Turiones.



VOCVM DIFFICILIVM

- Topiariū.** arborum, quæ singulis annis crescunt. Topiarium opus est quod ex arbore, frutice, vel herba ad decorem componitur, in testudines aut cameras fornicatum. Hinc Topiaria dici merentur arbores vel herbae quæ nimirum huic operi, quod flexiles sunt, ac suo lentore sequaces, accommodantur.
- Vascula.** Vascula, seminum involucria sunt. Venæ sunt que in plantarum foliis apparent, & ramulos & humorem habentes. Vermiculatum quod rosæ modo, quasi purpurisso, rutilat, dicitur. Verticillū ticillum florum vel foliorum ambitus, qui coliculos aut ramulos herbarū coronat, existit: ab instrumenti muliebris similitudine dictū, quod fuso vertendi gratia solitum est adhiberi. Vinacei, grana sunt acinorum, ὄψος & Græcis nominantur, quæ pressis vis cum folliculo abiiciuntur.
- Virga.** Virga est quæ ex radicibus, aut caudicis lateribus exit. A nonnullis virgæ appellatæ sunt soboles.
- Virgultū.** Virgultum surculus is est, qui terræ committitur, vt in arborem insurgat. Viticulae non palmites aut sarmenta sunt, sed flagella quæ vitis modo reptantia longè latèque vagantur, ac vicinos frutices nacta sic intricat eos, vt iis perinde quasi pedamentibus abutantur: vel scandentia suis irretiunt clauiculis, quibus quasi digitis herent, quales in cucumeribus, cucurbitis, & plerisque aliis inueniuntur.
- Umbella.** Umbella est floris seminisve pedamentum, in plures



plures digestum longiores pediculos, qui simul ex fastigio eodem orti in latius continuo radiantur, singulique vel florem, vel semen sustinent, in orbem circumactum. Græci hunc floris habitum *ουμβέλιον*, Latini verò quoniam umbellæ, qua mulieres vultum vindicant à sole, & æstum arcent, circumactam effigiem gerit, umbellâ dixerunt. Umbilicus Umbilicid in pomis est, quod in eis medium vel prominet, cuius vel conditur. Ungues in rosis & foliatis floribus Ungues intellexerunt veteres, imas suorum foliorum partes, quibus in capite suo coherent, decoloresq; dependent. Vel breuius: Unguis infima pars foliorum rosæ alba appellatur.

## ERRATA.

- Fo. 2. pag. 2. vers. penult. lege in hunc modum, hypochondrijs iccinori &c.
- Fo. 3. pag. 1. vers. 13. lege, Eadem potest præstare cum Sapa aut lenticula.
- Fo. 5. pag. 1. vers. 19. lege, Plinius lib. 21. cap. 21. Marcem quidem campestre &c. Ibidem vers 22. legendum, eiusdem nomenclaturæ. expungenda itaque virgula post eiusdem. Ibidem vers. 25. lege, quod masculinum appellamus.
- Fo. 8. pag. 1. vers. 10. Ex Macro Aemilio.
- Fo. 11. pag. 1. vers. 11. lege, de Acoro vero affirmare.
- Fo. 12. pag. 1. vers. 22. lege, tubercula facultatem obtinet.
- Fo. 22. pag. 1. vers. 4. Sic legendum est, acris, ut piper, admodum sit.
- Fo. 25. pag. 2. vers. 15. cum axungia.
- Fo. 30. pa. 1. ver. 11. mollib. dütaxat spinis prædita.
- Fo. 57. pag. 2. vers. 21. ἑρπωλιὰ
- Fo. 63. pag. 2. vers. 25. lege, κνίδι.
- Fo. 81. pag. 2. vers. 21. Ieiuno ieiunium.
- Fo. 99. pag. 2. vers. 12. ἑλίττον.
- Fo. 106. pag. 2. vers. 7. γλυκὺ ῥέγιζα.
- Fo. 109. pag. 2. vers. 9. aspergula minor.
- Fo. 219. pag. 1. vers. 20. Hirundinariam.
- Fo. 392. pag. 2. minus contra minores.
- Fo. 395. pag. 1. vers. 15. suffitur.

